

De la copie de ce livre de l'Université de Padoue par le sieur de la Roche-Beaucourt le 1774
A-10437

CLARISSIMI
IVRISCONSULTI,

ET
PROTONOTARII APOSTOLICI
ADMODVM REVER. DOMINI.


M. ANTONII CVCCHI
Institutionum Maiorum, seu Pandectarum
Iuris Canonici

PENTATHEVCVS PRIMVS.



CVM INDICE TITVLORVM, ATQVE
etiam materiarum locupletissimo, iuxta ordi-
nem Alphabeticum.

CVM PRIVILEGIIS PONTIFICIS MAXIMI:
ET REGIS CATHOLICI.



P A P I A E


Ex Officina Hieronymi Bartoli.

MDLXXIX.

1480 10
MADE IN U.S.A.



PRIVILEGIUM PON. MAX.
GREGORIUS PAPA XIII.



LECTE Fili salut. & Apostolicam Benedictionem. Cum, sicut nobis nuper exponi fecisti, tu ad communem omnium studiosorum utilitatem opus quoddam, Institutiones maiores, seu Pandectas Iuris Canonici intitulatum composueris, illudque, quod iam per dilectum filium Inquirentem in illis partibus existentem reuisum, & approbatum fuit, typis dare, in lucemque edere cupias, sed uerearis, ne, postquam in lucem prodierit, ab alijs imprimatur, quod in non modicum tui damnum, & detrimentum tenderet. Nobis humiliter supplicare fecisti, quatenus tibi super hoc opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur indemnitati tuae consulere, teque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi, ne opus huiusmodi haecenus non impressum infra Decennium post huiusmodi libri impressionem à quocumque absque tua licentia imprimi, aut vendi, seu venale haberi, teneri, aut proponi, praeterquam ab eo, cui tu commiseris, ac licentiam impartitus fueris, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus, inhibendo propterea omnibus & singulis librorum impressoribus, & bibliopolis, ubicumque sub excommunicationis latae sententiae, in terris sanctae Romanae ecclesiae mediatae, uel immediate subiectis, ac quingentorum Ducatorum auri pro vna camera Apostolicae, & altera medietatibus, tibi applican. & à contravenientibus absque aliqua Iudicis declaratione, & decreto ipso facto tortens, quotiens contravenientum fuerit, incurren. & irremissibiliter exigent. poenis, ne infra Decennium praedictum opus huiusmodi imprimere, seu ab alijs, praeterquam ab eo, vel eis, cui, seu quibus opus ipsum imprimendum commiseris, impressum uel modo uedere, seu uenale tenere, uel proponere, aut aliàs habere audeant, uel praesumant, Ac mandantes uniuersis uenerabilibus Patribus Archiepiscopis, Episcopis eorundem, Vicarijs in spiritualibus generalibus, ac in statu nostro Ecclesiastico, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Iudicibus, Potestatibus, Barisellis, Caeterisque alijs, ad quos spectat, ut quotiens, & quando pro tua parte requisiti fuerint, siue eorum aliquis requisitus fuerit, tibi in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes praedicta ad omnem tuam requisitionem contra inobedientes, & rebelles etiam per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia dicta auctoritate exequantur, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachij secularis auxilio. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac etiam iuramento, confirmatione apostolica, uel quavis firmitate alia roboratis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, etiam si de illis specialis specifica, & expressa mentio, seu quavis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice donata specialiter & expresse derogamus. Caeterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod transumptis in eodem opere, siue libro impressis ubique tam in iudicio, quam extra plena, & indubitata fides adhiberi debeat. Dat. Tusculi sub Annulo Piscatoris Die Tertius Februarij. M. D. LXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Subscripta P. Tarrus.

Atergo: Dilecto Filio Marco Antonio Cucco Papiensi. I. V. D.

In plica anguli A. Calorius.

A a

PRIVILEGIUM REGIS PHILIPPI.



PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, vtriusq; Siciliae, &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Significauit nobis Ven. Dom. Marcus Antonius Cucchus Iurisconsultus, & Prepositus Ecclesiae sanctae Mariae Peroni Ciuitatis nostrae Papiae, se in publicum emittere velle opus in iure canonico ab ipso nuperimè compositum, appellatum, Institutiones maiores, seu Pandectae iuris canonici, numquam antea editum, sed valde vereri, ne libro edito, alij illum iterum excudentes impensae, ac diligentiae suae fructum intercipient; atque idcirco sibi à nobis hac in re cauere, atque pro uideri humiliter petijt. Nos viris omnibus rem literariam adaugere studentibus fauendum censentes, morem ei gerendum esse duximus. Itaque praesentium tenore statuimus, & inhihemus impressoribus, Bibliopolis, alijsque omnibus, & singulis, ne hinc ad annos sex ab edito libro numerandos narratum opus imprimere, aut imprimi facere, alibiue impressum in hoc dominium importare vel venale habere, aut vendere audeant, sub poena amissionis omnium librorum, ac praeterea nummorum aureorum scutorum decem, cuius poenae dimidium fisco nostro, reliquum supplicati applicetur. Mandantes quibuscuinque officialibus, & Iudicibus Dominij nostri Mediolani tam mediatis, quam immediatis, vt praesentes literas inuiolatè obseruent, & obseruari faciant, procedendo contra inobedientes iuxta earum dispositionem, atque tenorem, in quorum fidem praesentes fieri, nostrique sigilli impressione muniri iussimus. Dat. Mediolani Die XVI. Julij, MDLXXVIII.

Locus Sigilli.


Signata Landrianus.

In forma patentium registrata in filo.



SANCTISS. D. N. D. GREGORIO XIII.

PONT. MAX.



QVÆCVMQVE ad iuris Pontificij disciplinam spectant Beatissime Pater, ea constat Pontifici Romano iuris ipsius auctori accepta ferri, ad scribique omnia, quae res planè sollicitum habebat animum meum, ne lucubrationes, quas ad publicam studiorum vtilitatem proximis annis elaboravi, absque sacratissimo Sanctitatis vestrae nomine, & titulo circumferrentur; Verùm ingenij mei mihi nota humilitas, à qua nihil non tantae celsitati immensis spatijs impar edì posse exploratum habeo, impensè monebat, quantum mihi ex hac audacia casus imminere posset, item corusca supremi istius, tremendiq; fastigij Maiestas, quo sedens S. V. Christiani orbis habenas moderatur, cuiusque admiranda religione deterriti mortales propius adire formidant, splendore immenso me repellebat; Rursus verò animum quandoque recipiebam, cum mecum reputarem, Sanctitatem. V. consueisse de excelso isto loco humilia quoque benignè respicere, & splendoris istius uim quandoque mitigare, vt omnibus, in quibus aliquod publicae vtilitatis desiderium cognoscit, liberè ad eam accessus patere possit. Hac igitur ratione confirmatus ad sanctitatis V. pedes in praesentia pronus accedo, illisq; prouolutus supplex oro, vt hunc librum ex Pontificia materia contextum, quamuis neq; ingenio cultum, neq; industria elaboratum, minimèq; dignum, qui tantae Maiestati offeratur, æquo animo pro solita humanitate accipere, serenoq; vultu intueri dignetur, vt, quod superest operis (longè autem plus superest, quam hactenus perfectum sit) placido aspectu recreatus ad finem mente conceptum perducere alacrius possim: Ego verò Deo omnipotenti vota faciam, perpetuasq; preces ex animo fundam, vt Sanctitatem, V. cum isto optimo gubernandi consilio gregi suo seruet, longoq; in annos incolumem producat. Amen.

Beatitudinis vestrae.

Deuotiss. ad Deum orator, & humil.
Seruus. M. Antonius Cucchus,

Ad Lectorem.



QUANTA sit Iuris Pontificij dignitas, auctoritas, quanta utilitas, atque item delectatio Lector Studiose, neminem vel mediocriter in eo versatum latere opinor, cum enim ipsum Pontificem Maximum De Vicarium auctorem habeat, cum de sacramentis ecclesie, sacrisque omnibus, & sacrificijs, & de cultu caelitis exhibendo agat, cum precipuus finis, scopusque ipsius sit, mortalibus ad beatas, caelestes que sedes viam monstrare, & rectam parare, quis neget, seu effectricem causam, seu materiam, seu finem eius spectemus, nullam scientiam huic dignitate, vel auctoritate conferendam esse? Utilitate porro quanta affluat, ex eo colligi potest, quod haec scientia velui plurimum scientiarum magistra, & disciplina est, namque imprimis sacrae theologiae sinus omnes penetrat, omniaque scrutans, subtiliterque enucleans certa omnium precepta prebet, non infinitis, concertationumque plenis disputationibus confusa, & obscura, sed absolutis Summorum Pontificum sanctionibus, vel Conciliorum Constitutionibus diffinita; Item Iuris civilis cognitio non magis dilucida ex ipsis Caesarum, & Iurisconsultorum fontibus, quam ex Pontificijs hauriri potest, ex quo non semel contingit, ipsos Iuris Caesarici Summos interpretes in arduis, grauibus que altercationibus leges Pontificias uti certiores litium suarum, equiores que arbitros adire, earumque diffinitionibus libenter acquiescere, quare dici audent posse videtur, Iuris nostri libros, omnes Iuris civilis bibliotecas, & auctoritatis pondere, & utilitatis vbertate superare. At quanta sit ipsius in cognitione delectatio, prater incredibilem voluptatis fructum ex harum scientiarum collectione redundantem, declarant temporum varieg mutationes, hominum toties inuerti mores, parum, qui diuersis temporibus floruerunt, ex quorum scriptis haec scientia magnum incrementum accepit, singularis doctrina, & spectata sanctitas, tot Conciliorum generalium cause intellecte, eorumque irrefragabiles in maximis questionibus decisiones, tot summorum Pontificum inter magnos, potentissimos que Reges de grauissimis negocijs responsa, & Constitutiones, quae omnia ex libris Pontificij Iuris, veluti ex quadam occulta historia ediscere licet.

Sed hac una re tamen minus perfecta haec scientia videbatur, quod nec primum ipse limen, nec quibus gradibus ad summa ascendi posset, usquam apparebat, quod ego incommodum ab ipsa iuuentute mea sentiens, & dolens, quamuis ianua pro rei amplitudine extruenda melioris, peritioris que fabri opus esse animaduertirem, quod potui tamen pro illa aetate officium praestare non dubitavi, & fenestram qualemcumque edito priorum institutionum libello aperij, hoc quidem proposito, vt latiores olim aditus ad penetrantia patefacerem, quod proximis annis facere aggressus fui, & institutiones maiores, id est, prioribus illis locupletiores componendas suscepi, in quibus consilium meum idem fere, quod in prioribus illis fuit, nempe ad interiora huius scientiae, & ad summa, sed ampliore ianua, & gradibus commodioribus euehere.

Verum quia, si Deus omnipotens ausibus nostris annuerit, quod possimus conceptum mentis opus ad finem deducere, tale est futurum, vt non satis commodè vno fasciculo adstringi possit, statuimus, ad maius commodum in tres tomos illud partiri, & quinq; libros singulis partitionibus tribuere, quos tomos propterea pentatheucos appellare placuit, Nunc uero (Deo omnipotenti gratia) primus pentatheucus prodit, nec longa mora (vt spero) alter subsequetur, modò idem, qui sapientiam & intellectum dat paruulis, qui que mihi haec suggestit, Deus Trinus & vnus propitijs adstet, ac faueat, Tu candidè lector animum nostrum publicae utilitatis studiosum agnosce, & mecum Deo omnipotenti preces funde, & Vale.

INDEX TITVLORVM OMNIUM Pentatheuci ordine Alphabeti digestus.

- A**bbate. fol. 256.
Archidiacono. 206.
Archipresbitero. 209.
- B**aptismo. 434.
Breuiibus, & Bullis Apostolicis. folio. 27.
- C**anonicis. foli. 213.
Cardinalibus. f. 91.
Cognitione legali. fol. 642.
Com mendatarijs. fol. 264.
Concilio oecumenico. 79.
Confirmatione, & confirmati potestate. fol. 339.
Confirmationis sacramento. 449.
Consecratione Episcopi, & monialium, & benedictione Abbatis. f. 348.
Constitutionibus Conciliorum. f. 3.
Constitutionibus in vniuersum. 5.
Consuetudine. 47.
Custode, seu Guardiano. f. 264.
- D**iacono, subdiacono, & ordinaib. minor. 224.
- E**conomis. f. 268.
Electione. f. 291.
Episcopis. f. 124.
Exrema vnctione. 545.
- G**radibus cognationis, & affinitatis. 639.
- H**oris Canonicis. f. 26.
- I**mpedimentis matrimonij. f. 601.
Iure canonico. f. 1.
- L**egatis Apostolicis. 111.
- M**atrimonio. 569.
Mandatis Apostolicis. 41.
Missa. 506.
Monialibus. 253.
- O**conomis. 268.
Officio & potestate capituli ecclesiae cathedralis. 196.
Ordinibus clericorum. 67.
- P**allio eiusque auctoritate & vsu. f. Patriarchis. 170. (352).
Personis Ecclesiasticis nullo ordini adscriptis. f. 169.
Postulatione praelatorum. 330.
Potestate electi. 336.
Potestate ordinandi, & literas commendatitias dandi. f. 395.
Pontifice Maximo. f. 69.
Praeposito. 210.
Presbitero, parrocho. 217.
Primicerio, seu cantore. 212.
Priuilegijs clericorum. 271.
Priuilegijs. 30.
Priore. 263.
Procuracionibus. 377.
- Q**ui promoueri ad ordines non possunt. 407.
- R**escriptis. f. 11.
Regularibus. f. 332.
- S**acramentis ecclesiae vniuersum. 431.
Sacramento poenitentiae. 454.
Sacramento eucharistiae. 484.
Sacramento ordinis. 543.
Sponsalibus. 548.
Stilo. 44.
Synodo, prouinciali, & dioecesana. 388.
- T**emporibus ordinationum. 426.
Translatione Episcopi, & inferiorum. 355.
- V**icarijs Episcoporum. 179.
Vicarijs in diuinis. 227.
Vita & honestate Clericorum. 282.
Visitacione per platas facienda. 356.



Tituli Primi Libri.

- 1 Iure Canonico.
- 2 Constitutionibus Conciliorum.
- 3 Constitutionibus in vniuersum.
- 4 Rescriptis.
- 5 Breuibus & Bullis Apostolicis.
- 6 Priuilegijs.
- 7 Mandatis Apostolicis.
- 8 Stylo.
- 9 Consuetudine.



MARCI ANTONII CVCCHI

IURISCONSULTI

Institutionum maiorum, seu Pandectarum Iuris Canonici,



LIBER PRIMVS.

DE IVRE CANONICO TITVLVS I.


Epitome.

Ius Canonicum cur sic appelletur, quid sit ex quibus constet, quam vim habeant dicta sanctorum patrum, consuetudo, priuilegia, Regulae cancellariae, Communes Doctorum opiniones, Decisiones Rotae, & Constitutiones Aegidianae breuibus perstringitur.

SVMMA RERVM.

- 1 Ius Canonicum cur sic appelletur.
- 2 Ius Canonicum quare dicatur Ius Pontificium.
- 3 Ius Canonicum quid sit.
- 4 Ius Canonicum ex quibus constet.
- 5 Dicta sanctorum patrum ponuntur inter partes Iuris Canonici.
- 6 Consuetudo quam auctoritatem habeat.
- 7 Iudex non debet iudicare de legibus, sed secundum eas.
- 8 Leges quando dicantur institui, & quando firmari.
- 9 Priuilegia sunt leges privatae.
- 10 Regulae Cancellariae habent auctoritatem legis.
- 11 Regulae Cancellariae non habent auctoritatem eo Pontifice mortuo donec a successore confirmentur.
- 12 Communes opiniones doctorum, quam auctoritatem habeant.
- 13 Ius Civile seruatum deficiente lege Canonica.
- 14 Inter duas sententias communes quid agendum.

- 15 Iudex non debet arbitrium suum dare alicuius fauore.
- 16 In foro conscientiae nihil est arbitrarium.
- 17 Cancellaria non dat literas ad decisionem cause ambiguae propter duas communes contrarias.
- 18 Praesertim in his quae ad animam spectant.
- 19 Cancellaria non dat literas appellanti, quando est dubium in iure an sit appellationi deferendum.
- 20 Decisiones Rotae non habent legis auctoritatem.
- 21 Nec Constitutiones Aegidianae.



Ius Canonicum hoc nomine appellatur, quod normam bene, & recte viuendi praebet, nam, *κανον*, graeca vox Latine regula interpretatur, a *κ* ius Pontificium quoque dici potest, quod a SS. Pontificibus auctoritatem roburque accipiat, *τ* estque constitutio Ecclesiastica, *ν* id continens, quod in diuinis scripturis, & legibus secularibus

a c.ij. dist. ij.

b c. i. ca. di. ij.

a *Abb. c. quali* a
ter. ij. de accus.
b *d. c. ij. dist. ij.*
c *c. i. d. ist. xvij.*
d *c. i. & ij. dist.* b
xx. 4
e *c. consuetudi*
nis. dist. xi.
f *c. in istis. di-*
stin. iij.
g *c. regula. in fi.* 5
dist. iij.
h *Relym. in c. ex*
parte. i. de resc.
Dec. & Rip. i. c.
i. de consl. Gom. d
& Mando. in p. 6
em. reg. cancell.
i *Gom. & Man* e
dof. vbi sup.
k *Rel. in c. i. nu.* 7
24. de consl. ubi
& alij.
l *c. i. de ope. no.* 8
nunc.
m *not. in d. c. i.* f
de consl. fa. l. a-
zblata. ff. de rfa. 9
n *Hiero. in pu.* g
seu pract. cano.
fol. 114. 10
o *Doc. in c. i. de*
consl. Dec. & Ri
pa. & Moder. in
rub. ff. si cer. pe. h
p *Ost. a. v. d. r. i.*
praxi lib. vij. c. i. i
vij. nu. 5. 12

bus inuenitur, A Diuinae vero leges na-
tura consistunt, quod sit, vt quaecunque
diuinae voluntati, seu canonice scriptu-
rae contraria probantur, eadem etiam
naturali iuri inueniantur aduersa, &
quaecunq; diuinae voluntati, seu canoni-
cae scripturae, seu diuinis legibus post-
ponenda censentur, eisdem naturale ius
praeferi oporteat. b
Constat tamen ius canonicum ex con-
stitutionibus in generali Christiani or-
bis concilio Apostolice sedis auctoritate
congregato editis, & ex constitutioni-
bus, quae a S. Pontifice, nunc solo,
nunc patrum Cardinalium concilio ad-
hibito, seu ad interpellationem alicuius,
seu etiam vtrius factae sunt, c
Sed & t sanctorum Patrum pia scripta,
Catholicaeque sententiae Pontificum Ro-
manorum auctoritate inter leges, con-
stitutionesque canonicas relatae legum
vim nanciscuntur, & pro legibus ab om-
nibus seruari, & custodiri debent. d
Irem consuetudinis, t id est, iuris illius,
quod moribus instituitur, non vilis est
auctoritas, nam pro lege suscipitur, cum
nec sacris canonibus, nec humanis legi-
bus obuiat, e de qua suum titulum in-
fra subiiciemus. Ac sciendum, quod,
quamquam homines de legibus iudi-
cent, cum eas instituant, cum tamen fue-
rint institutae, & firmatae, t non licebit
Iudici de ipsis iudicare, sed secundum
ipsas: t Instituantur autem leges, cum
promulgantur, firmantur, cum mo-
ribus vtentium, approbantur, sicut. n.
moribus vtentium in contrarium non-
nullae leges abrogantur, ita moribus vtē-
tium ipse leges confirmantur. f
Sunt t & quaedam leges priuatae, quae
vel odio, vel fauore alicuius speciali co-
tra communes Iuris normas factae sunt,
quae priuilegia appellantur, o de qui-
bus proprium tractatum faciemus.
Nec omittendum t est, constitutiones
quoque eas, quas S. Pontifices quibus-
cunque temporibus succedentes scri-
bis suis publicis praescribere solent, quas
regulas Cancellariae vocant, legis com-
munis auctoritatem sortiri, n quam-
diu Pontifex Max. viuit, t nam eo ex hu-
manis sublato, & earum constitutionu
ius extinguitur, quoad a successore fue-
rit suscitata. i
Sed t & Iurisperitorum insignium sic

quentibus calculis receptae sententiae, vbi
legum deest constitutio, pro lege seruan-
tur, n In primis tamen Casareae leges
adiri debent, deficiente lege Ecclesiasti-
ca, & consuetudine. i Quod, t si variae
inter Iurisperitos sint sententiae, nec sa-
tis constet, quae magis recepta sit, piacu-
lum non committit, quisquis alterutram
ex eis fuerit secutus: m caueat tamen lu-
dex, ne harum sententiarum electionem
pretio, aut precibus, aut potentum, vel
amicorum gratiae, & fauori deferat po-
tius, quam causae circumstantijs, vix. n.
mihi persuaderi potest, t quicquid in po-
li foro Iudicis arbitrio esse permittum,
quantumlibet alij contrarium sentiant,
quotus enim quisq; est, qui suo iudicio
in causa ambigua, in hanc vel illam
sententiam non inclinet? quod naturale
iudicium quisquis humana quadam af-
fectione mutatus inuenerit, alioque tra-
duxerit, non potest non iudicium aduer-
sus animae suae salutem prouocare, t No-
solum verò Cancellariae literas dare, qui-
bus quaestiones huiusmodi ad eò inter
Iurisperitos ambiguas decidat, t praer-
sertim in sacramentalibus, & his; quae pec-
catum concernunt, t nec literas appellan-
ti concedit, vbi insignes Iurisperiti, an
eiusmodi appellationi deferendum sit,
inter se non consentiant, ne grauiorem il-
latum, aut alteram ex opinionibus pro-
bare videatur, n
Decisiones t verò Patrum in Rote audi-
torio conscriptoru non solent (vt maxi-
mae alioqui auctoritatis sint) legis vim
& potestatem nancisci: o nec t constitu-
tiones ille, quas quondam Aegidius Car-
dinalis, dum Piceno agro praesisset, ea in
pronincia constituit, passim extra eam pro-
uinciam obseruari solent, quamquam ea-
rum plures veluti peritiae in Curia Ro-
mana custodiantur, ac tota ecclesia Ro-
manae subiecta ditione. p

De Constitutionibus Conciliorum,
Titulus. II.

EPITOME.

Edocet, quae sit Conciliarium Constitutio-
num potestas, & quae sint quatuor prin-
cipalia Concilia, quibus in locis, & quo-
ties fuerint celebrata, & quod singulo-
rum opus fuerit.

Summa

SVMMA RERVM.

- 1 *Constitutiones Conciliorum proprie ap-*
pellantur Canones.
- 2 *Praecipue sunt inter alias constitutiones.*
- 3 *Constitutionibus Conciliorum non cen-*
sentur derogatum, nisi per mentionem spe-
cialem.
- 4 *Constitutio Concilij censetur habere clau-*
sulam derogatoriam.
- 5 *Ratio cur diffidili tollantur.*
- 6 *Concilium quando dicatur legitime con-*
gregatum.
- 7 *Concilia quatuor principalia.*
- 8 *Cur quandoq; dicantur quatuor, quando*
quo octo praedicta Concilia principalia.
- 9 *Quae sint quatuor concilia, & de Concilio*
Niceno.
- 10 *Concilium Constantinopolitanum primum.*
- 11 *Concilium Constantinopolitanum secun-*
dum.
- 12 *Concilium Constantinopolitanum repeti-*
tum.
- 13 *Concilium Ephesinum.*
- 14 *Concilium Calcedonense.*

CONSTITUTIONES t igitur Conci-
liorum, quae proprie Canones appel-
lantur, inter caeteras Iuris Canonice par-
tes praecipuum locum habent, tanta est
enim Conciliorum generalium potestas,
& auctoritas, vt nulla constitutione, le-
ge Rescripto, vel priuilegio eis vniquam
derogari censetur, nisi specialis mentio
de eis facta sit: traditum quippe est, Co-
ncilij constitutione caeteris omnibus, quae
ipsi repugnare possent, derogare, a qua-
uis enim ipse quoque constitutiones, quae
sunt in Concilijs generalibus, ab ipso Po-
pulo Maximo robur, & auctoritatem ac-
cipiant, quemadmodum & reliquae, &
propterea ius Pontificum dicatur, quia
tamen adhibito generali orbis Christi-
ani Concilio maturius emanasse videtur,
nam, quod a pluribus queritur facilius
inuenitur, & quia propter vniuersalem
consensum firmiorem nanciscuntur au-
thoritatem, propterea sit, ne tam facile a
solo Pontifice Maximo tolli, & auferri so-
leant, aut eis derogari, n neque enim par-
tato conuentus vniuersi orbis Christi-
ani, & solius Apostolici consistorij esse de-
bet, quamuis Alciatus libr. vj. paradoxo-
rum c. x. nihilo magis conciliares, quam
Pontificias Constitutiones aestimandas

caeteris omnibus solus repugnans ce-
seat. Oportet tamen Concilium sum-
mi Pontificis auctoritate esse congre-
gatum, ipsumq; Pontificem, aut lega-
tos eius in hoc specialiter deputatos
Concilio interfuisse, & vocatos esse om-
nes, & quoscunq; Episcopos, & Prala-
tos vniuersi Christiani orbis admini-
strationem habentes, & Iurisdictione
Ecclesiasticam, vt infra titulo, de Con-
cilio oecumenico dicturi sumus. Sed
quamuis constitutiones omnes in Co-
ncilijs generalibus, vt supra, sedis Apo-
stolicae auctoritate congregatis editae
legis vim habeant, & ab omnibus cus-
todienda sint, quatuor tamen sunt in
primis Concilia generalia, quae vsq; ad
vnum apicem immutilata seruare, ac
paci honore, & veneratione digna ha-
bere, ac quae praedicauerunt, & statu-
erunt, modis omnibus sequi, & predi-
care, & quaecumque condemnauerunt,
ore, & corde condemnare necesse est,
quae Concilia interdu quatuor (vt
diximus) interdum vero octo dicitur, vt
quatuor quidem, quia in quatuor lo-
cis celebrata sunt, octo autem, quia oc-
to vicibus conuenerunt. Ea sunt, Pri-
mo Nicenum bis celebratum, nam pri-
ma vice sub Siluestro Pontifice, Con-
stantino Imperatore contra Arrii he-
resarcham Alexandrinum presbyte-
rum asserentem tres inaequales in tri-
nitate gradus, & Patrem filio maiore,
& filium Spiritu sancto, & Spiritu san-
cto creaturam, a trecentis & octode-
cim patribus celebratum est, damna-
ta Arrii praedicta heresi, & impieate,
viginti Canonibus conscriptis, deinde
& septimo loco post alia concilia
congregata iterum Synodus trecentu
sexaginta septem patrum Adriano Po-
pulo Maximo Constantino Imperatore
hereses eorum confutauit, qui san-
ctorum imagines caelitus abholendas
suadebant, vt historiarum Ecclesiasti-
carum scriptores tradiderunt.
Alterum Concilium appellatur Consta-
tinopolitanum, nam licet illa in vrbe
olim Romanorum Imperatorum se-
de post concessam Pontifici Maximo
Romae, ac tutissimo religionis asylo,
nunc Christiani nominis infensissima
atrocissimaq; hoste, pluries generalia
Concilia facta sint, vnum tamen Con-

a not. in c. i. de
consul.

b c. i. de iudic.
doc. in c. at si cle-
rici. §. i. co. ti.

c c. sancta octo,
& seq. dist. xvi.

stantinopolitanum Concilium appellatur, Prima autem in ea vrbe Synodus vniuersalis habita est, dum Pontifex Romanus esset Damasus, Imperatores autē Gratianus, & Theodosius, fecitq; Canones tres, heresimq; Macedonij Constantinopolitani Episcopi damnauit negantis impię, spiritum sanctum Deum esse, cui centum quinquaginta patres interfuerunt, qui tamen potius sententiam Damasi predictam heresim damnantis probauerunt, quam nouam sententiam tulerunt, hæc verò Synodus Constantino politana inter quatuor præcipua refertur.

- 11 Altera quoque vice in eadem vrbe Concilium œcumenicum est factum, quod fuit in ordine cæterorum Conciliorum quintum, vt in libris Conciliorum videri licet, de quo & clemens Monilianus Cardinalis Aræceli cap. xij. de Cõcilio œcumenico meminit, quod Iulij S. Pontificis temporibus Iustiniano Imperatore aduersus Theodorum, & alios socios factū est, Ac duabus alijs vicibus repetitum est, sexta, scilicet atq; octaua in ordine cæterorum cõciliõrum vice, nempe Cõstantino Imp. Pontifice Agathone, qua synodo Macharium Anthiochenū Episcopum, & socios eius asserentes, vnam voluntatem, & operationem in Christo damnarunt, ac postremò aliud Concilium eadem vrbs vidit, Adriano Pontifice, Imperatore Basilio.
- 13 Tertius locus vbi Concilium celebratū fuit, cum bis iam alijs in locis Nicæe scilicet, ac semel Constantinopolis celebratum fuisset Conciliū, enumeratur Ephesus, in quo centum Patres Cælestino S. Pontifice, Imperatore Theodosio Iunior Nestorium vrbs Episcopum Constantinopolitanæ impia Blasfemia asserentē beatam virginem Mariam non DEI, sed hominis tantummodò genitricem fuisse, aliamque personam carnī, aliam Deitati tribuentem damnarunt.
- 14 Quartum ꝑ Concilij nomen recensetur Calcedonenſe, quod post prædicta tria, scilicet, Nicenum primum, Constantinopolitanum primum, & Ephesinum celebratum fuit, Martiano Imperatore, Leone S. Pontifice, in quo centum & triginta Patres, Euticem Constantinopolitanum Abbatem Leonis sententiam ante Concilium latam sequuti damnarunt,

asserentem Christum post humanam assumptionem diuinam tantum naturam retinuisse, non etiam humanam. Sic videtur, quatuor Conciliorum nomina à locis supra numerari, videlicet, Nicenū, Constantinopolitanū, Ephesinum, Calcedonenſe, quamuis octo vicibus eis in locis conuentus habiti sint.

De Constitutionibus in vniuersum. Titulus III.

EPITOME.

Constitutiones S. Pontificis quam auctoritatem habeant, quis possit facere legem, qui sit legis finis, quando obligare incipiat lex, quid si quis ignorantiam legis habuerit, an ea obligetur, & quæ ignorantia sufficiat, quomodo probeatur. Quid si lex recepta non fuerit, quos obliget lex summi Pontificis, & quando obliget in foro conscientia, qua in re plura ponuntur exempla, quando lex possit etiam præterita, vel præsentia negocia respicere, An actus contra legem factus sit irritus, & quomodo lex tollatur, abrogatione, actu contrario, lege posteriore, non vsu.

SVMMA RERVM.

- 1 Constitutiones S. Pontificis habent legis auctoritatem.
- 2 Constitutiones sum. Pontificis interdum appellantur bullæ, interdum decreta.
- 3 Decretales Epistolæ, quæ sint, & quam auctoritatem habeant.
- 4 Princeps in dubio videtur velle, ut quicquid statuit inter partes, habeat auctoritatem legis.
- 5 Contractus Principis habet vim legis.
- 6 Inferiores S. Pontifice quandoq; habent potestatem legis condendæ.
- 7 Quisquis habet perpetuam Iurisdictionem, habet auctoritatem statuendi contra subditos.
- 8 Episcopi, Archiepiscopi, & alij superiores habent potestatem legis faciendæ inter subditos.
- 9 Duces, Marchiones, Comites possunt facere legem.
- 10 Legati possunt facere legem, quamuis non sint perpetui.

11 Lex

- 11 Lex qualibet rationalis esse debet.
- 12 Finis legis est bonum publicum.
- 13 Particularis, contra quem facta creditur lex, appellare potest.
- 14 Lex seruanda est, quamuis dura tam in foro animæ, quam in foro poli, dummodo ratione non careat.
- 15 Lex presumitur in dubio non carere ratione.
- 16 Lex non obligat ante publicationem, & lapsus bimestris post publicationem.
- 17 Publicationem non sufficit factam in curia Principis, sed fieri debet in provincia.
- 18 Consuetudo Pontificum in publicatione suorum constitutionum.
- 19 Constitutiones Pont. Max. sufficit publicari Romæ.
- 20 Ius canonicum an differat à Iure Ciuili in publicatione legum.
- 21 Scientiam habentes legis post publicationem ante lapsum bimestre an ea ligentur.
- 22 Scientia legis non presumitur, nisi post lapsum duorum mensium.
- 23 Ignorantia legis non facit admittitur, post lapsum bimestre.
- 24 Iusta causa ignorantia quæ sint.
- 25 Ignorantia legis quandoq; probari potest iuramento.
- 26 Ignorantia legis allegata sine cause expressione solo iuramento probatur.
- 27 Leges Principum inferiorum ligant ante lapsum bimestris.
- 28 Constitutio synodalis ligat ante bimestre lapsum.
- 29 Leges quandoq; expriment tempus, à quo ligare debeant.
- 30 Lex non dicitur perpetua, nisi fuerit recepta.
- 31 Ratio superioris dicitur.
- 32 Quomodo id sit intelligendum.
- 33 Non recipientes legem à principio peccant.
- 34 Lex non recepta non est conscribenda inter alias leges.
- 35 Cathæcumini & Indæi & alij Infideles ligantur lege Pon. Max. cum sub eo habitant.
- 36 Iudæi admittentes crimen Ecclesiasticum possunt puniri a Summo Pontifice.
- 37 Iudæi peccantes contra legem naturæ vel Mosaicam puniuntur à Pontifice Maximo.
- 38 Iudæi possunt esse hæretici, & puniri de

- hæresi à sum. Pontifice, et quando hoc.
- 39 Iudæi seruant legem Mosaicam in successione ab interfecto.
- 40 Pontificis Maximi lex seruanda est etiam in foro poli.
- 41 Etiam quod solim statuerit penam contrahenti, nec prius statuerit quod fieri debeat.
- 42 Secus si lex forum à foro distinguit.
- 43 Secus si lex fundata esset in presumptione, quæ falsa esset.
- 44 Emens iusto pretio rem Ecclesiasticam uenditam ex iusta causa, sed sine solennitate est tutus in foro conscientia.
- 45 Contrahens sine dolo & fraude cum muliere vel minore non adhibitis solemnitatibus est tutus in foro poli.
- 46 Electus dignè à maiori parte capituli nõ seruata forma est tutus in conscientia.
- 47 Non solvens condemnationem, uel multam, uel duplum, aut quadruplum an habet conscientiam tutam.
- 48 Peccans leui culpa non peccat, si non soluit penam ex hoc inflictam lege.
- 49 Index moderans ex causa penam legis nõ peccat.
- 50 Legis natura est, ut futuris negocijs tantum scripta sit.
- 51 Lex trahitur ad præterita & præterita negocia, si hoc expressit.
- 52 Item cum legis ratio respicit præsentia, uel præterita.
- 53 Item cum expectat executionem actus præteriti.
- 54 Item si facta sit causa declarandi.
- 55 Nisi illa declaratio concernat futura.
- 56 Item si communis usus aliter se habeat.
- 57 Vel lex det ordinem procedendi.
- 58 Actus contra legem factus est nullus & irritus.
- 59 Secus in lege prætoria Ciuili.
- 60 Secus in lege Ciuili permittente non prohibente.
- 61 Secus si prohibitio sit temporalis non perpetua.
- 62 Secus si penam statuerit aliter facienti.
- 63 Lex nõ uidetur uelle imponere duplicem penam facienti actum contra legem.
- 64 Actum euens contra legem sine solutione tributi non facit actum irritum, quamuis ad solutionem penæ imposita teneatur.
- 65 Lex sit, ut sit perpetua.
- 66 Expedit quandoq; leges mutare.
- 67 Lex tollitur plurius modis.

68 Abro-

a. c. i. causis, ubi Fely. de re iud. l. fin. C. de legib. l. item ueniunt. §. c. a. t. r. u. m. de pet. h. a. r. e. R. i. p. in c. i. nu. 8. de referri. b. Cor. conf. 2. 3. 4. col. si. lib. ij. R. i. p. ubi sup. c. l. C. a. s. a. r. ff. de publi. c. l. pen. C. de don. an. nut. Alex. l. ciuitas col. si. ff. si cert. pet. Dec. R. i. p. & alij. c. i. de referri. d. c. ij. de maiori & obedi. c. ij. de Const. in sex. e. Bar. communi ter probatus in in. l. omnes popu li. de iust. & in. f. C. ad. conf. 8. Rom. 3. 5. Ias. l. si. ff. de Const. princ. i. Calcan. conf. 7. C. r. 1. 3. nu. 2. g. c. erit aut lex dist. iij. l. cum Pontific. ff. de bon. damna. h. Bar. probatus ab omnibus. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. re. i. l. prospexit. ff. qui & a quibus Berous. in c. i. de const. nu. 2. 2. 1. et in c. cum omnes nume. 20. cod. ti. tulo 4. k. Bal. in R. hui⁹ tit. col. ij. ver. cō. Sti. & in l. i. col. a. iij. c. si plu. vna sent. b. l. Esaiæ c. x. m. c. i. ubi Abb. de postu. pral. c. in istis. §. leges. di. 4. l. leges sa. cratissimæ. C. de legi. Bero. post alios. c. cognoscentes. nu. 51. e. ti. n. In auten. ut facti. ano. const. in rub. & nig.

68 *Abrogari uel derogari lex quando dicatur.*
 69 *Lex non debet mutari sine ingenti utilitate, uel necessitate.*
 70 *Abrogata lege non censentur abrogati adus ante abrogationem facti.*
 71 *Lex non censetur abrogata à Principe per actum contrarium.*
 72 *Quando lex tollatur per actum contrarium.*
 73 *Lex tollitur posteriore lege contraria.*
 74 *Lex quando tollatur contrario usu.*
 75 *Lex abrogata non est ponenda inter alias leges.*
 76 *Legem abrogatam allegans non tenetur falsi.*
 77 *Legis ratio manet, cum desuetudine abolita est, non aliàs.*
 78 *Leges non positæ in noua compilatione censentur abrogatæ.*

QUAMQUAM verum sit, Constitutiones Conciliorum (vt diximus) præcipuam quandam inter ceteras Constitutiones auctoritatem, & prærogatiuam habere, illasq; Conciliorum prædictorum quatuor Constitutiones reliquorum conciliorum constitutionibus antecellere, non ideo tamen fit, quin & alia constitutiones ab alijs condendæ legis auctoritatem habentibus factæ seruari debeant, fat eas præsertim quæ à S. Pontifice emanant, tam eas, quas solus, vel cum Cardinalium patrum Concilio facit, etiam nullo consulente, & propriè decreta appellatas, vel vt vulgò, bullas, & quàm eas, quas etiam ab alijs consultus, seu solus, seu etiam cum Cardinalibus negotio collato edit proprio vocabulo appellatas Decretales Epistolas, ubi sum. Pontifex declarauit, velle se, eas legis communis vim, auctoritatem quæ habere, quinetiam credendum est, quicquid princeps inter partes consultus respondit, confestim pro lege communi custodiendum esse, & que etiam, si non expresserit, velle se, id generalis legis vim habere, in dubio tamen id velle, præsumendum a esse, quod & certius esse eraditur, si rescriptum illud iuris cõmunis obseruationem tueatur, &

5 proceditq; hoc etiam in cõtractu Principis, nam & is pro lege habetur, si Principem id velle constet. c
 6 Possunt tamè & alij quidam post supremum Principem, id est, post sum. Pontificem, & Imperatorem leges statuere, à suis subditis custodiendas, & quisquis. n. iurisdictionem in aliquos perpetuam habet, is & condendæ legis inter eos seruandæ potestatem habere perhibetur, & vultu sunt & Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Duces, Marchiones, Comites, & tam etiã leges, quas cõdunt, iuri communi repugnent, & si perpetui nō sint, qui magnam habent potestatem, statueri possunt, vt legati. f
 12 Quilibet & verò constitutio & lex honesta, rationabilisq; esse debet, & nam legis anima esse ratio perhibetur, nec sine ea viuere, aut constare valet, & est igitur constitutio ad boni vniuersalis finem dirigenda, nam, si alicuius priuati commodum, vel odium spectet, non erit iusta dicenda, etiam si sub specie, & ficto prætextu boni vniuersalis facta videatur, & poteritq; is, contra quem facta sit, & cuius odium spectet, ab ea appellare, & quamuis & tamen rigida, ac dura lex quavis ratione videatur, si alia ratione adiuuetur, nō minus seruare eam oportebit, tam in foro interiore anime conscientiam spectante, quàm in foro contentioso, & iudiciali: & ac semper in dubio est præsumendum, legem ratione non carere, quamuis ratio ab vno quoque de iuris strari facili non possit, nec in promptu appareat. x Meminerint autem legum conditores, quæ propheta Esaias exclamat. l. Vg, qui condunt leges iniqtas (inquit) & scribentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes & infra, quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis.
 16 Oportet etiam legem, & constitutionem esse publicatam, vt subditos obliget, & post publicationem lapsum esse spatium bimestre, vt poterit constitutionis illius notitia ad subditos manare, & quod non solum de generali publicatione facta in curia ipsa Principis est intelligendum, sed etiam de publicatione facta in provincia illius, quem dicta lege, vel constitutione deinceps præten ditur, nam & si in curia Principis, qui nullum sibi præscere cognoscat, vel patia

tur, publicatio facta sit, & ditorum mensum effluerit spatium, illi non censentur ea coerceri, qui absentes à curia in provinciis fuerint, nisi post factam ibi publicationem, vt tradidit Abbas à cæteris probatus in hoc perpendens authenticam Iustiniani supra citatam Constitutionem. A à qua ius nostrum non discrepare aiunt. & Consueuerunt tamè sum. Pontifices, cum suas cõstitutiones, seu bullas (vt vocant) in publicum profertur, expressè in illis testari, velle se, vt post earum publicationem in acie campi floræ, & ad valvas Basilicæ Apostolicæ pro publicatis habeantur: & est propterea illi sententia subscribendum, nempe summi Pontificis constitutionis factis esse in vrbe Romana publicationis, idq; vsu ipso ferè seruari, vt Abbas Panormitanus, Paulus Eleaz. Gomelius, Syluester, Dominicus Soto, & alij a tradidere, & Et quavis non defuerint, qui ius nostrum à Cæsareo in hoc discrepare crediderint, dixerintq; ius & nostrum constitutiones, & ante lapsum bimestre à die publicationis ligare, & ea tamè sententia frequentissimis iuris consultorum pronūtiatis explorata est, & illud certè pi oculudubio receptum videtur, nempe eos, qui legis promulgata notitiam, scientiamq; ue habuerint, ante lapsum duorum mensium, statim ea coerceri, quàm eius scientiam habuerint, postquam fuerit publicata, nec expectandum esse duorum mensium lapsum, & quod tamen verbis nouelleg cõstitutionis minimè adiuuatur, quæ ait, post bimestre lapsum spatium leges valere, ergo si tunc demum legis accipit vigorem, neque scientes antea obstringet, vt rectè & Soto edocuit, quò ad forum exterijs, licet in foro interiori aliud esse credat Soto, & verum ego eã rationem in foro quoque interiore militare opinor, nam si antea legis non habet vigorem, quàm post publicationem duomenses sint lapsi, peccare vtiq; non videtur, qui eam legem non custodit, quam scit, nondum legis auctoritatem habere, nisi tamè ipsius in legis fraudem fore quis commiserit, antequam promulgaretur, vt in quodã Bartholi exēplo, & cui tamen exemplo locus non esset post legem publicatam, cum tunc ille iustam conquerendi causam non haberet, & sed

tamen nō præsumitur, aliquem scientiã legis habere, nisi post lapsos duos menses, & sed eis lapsis, si velit quis, ignarum se legis fuisse quouis modo probare, nō facile admittendus erit, nisi iustam, necessariam, probabilemq; ignoratiõis causam probarit, & puta, si de constitutione summi Pontificis agatur, & probet is, q. ignorantia alleget, se apud eos fuisse, penes quos sanctissimi Pontificis nomē, & acta nullo in honore sunt, puta, apud Turcas, vel etiam Christianos eos, qui nudum christiani hominis nomen gestant, cæterum se christianæ doctrine, & vitæ hostes infensissimos, & apud Gallos, & Germanorum, & Helueticorum aliquos recessus incolentes: vel, si aetatem, puta, infantiam probet, vel agriditatem, vel furorē, aut arctum carcerē, hæc certè, aut similia possunt iustā ignorantia causam præbere, & Nec fluctuanda admodum, aut plena probatio exigitur, nam & iuriurando soli, si ita iudex arbitratus fuerit, eius, qui ignorantiam allegat, fides adhibenda erit, ubi eius natura: negocium sit, vt probationes facile non inueniantur, quomadmōdum in primo exemplo cõtingere potest, secus in posterioribus exemplis, & cum enim arctus, agriditudo, furor, aut arctus carcer in provincia non difficilis probationis sint, non erit temerè soli iuriurando res credenda, sed probationibus legitimis adiuuanda, quibus probatis ignorantia quoque resulabit probatio, si verò de ignorantia ipsius probatione simplicitèr agatur, causa non allegata, iusiurandum sufficere, iudex arbitrari poterit. i
 27 Item & leges eorū principum, qui supremi non sunt, etiam ante lapsum temporis bimestris obligant, & nec opus est, eas alio in loco, extra quem resideant, promulgari, & quæ ratione & in constitutione Synodi provincialis idem concluditur, vt non bimestre tempus expectetur, sed possit etiam prius ligare, angustior enim horum provincia aliam publicationem non desiderat, nec tempus. x Ignorantia tamen iuris vera, quæ iusta causa non defendatur, sed ex lata culpa contingat, neminem excusatum faciet, nisi forte lex dolum requiratur, vel ex his casibus sit, quibus lata culpa dolo equiparari non solet, & Verum



e. c. vt animarū de consli. in sex. ubi gl. & gl. Bu. Abb. Fel. in c. d. nobis. pri. de sc. excom. Fel. in c. cognoscentes. col. lum. iij. iij. cōcl. Bar. & Taf. in l. cum eos populos. c. de sum. trin. Dida. in c. alma mater. S. x. n. 11 et seq. Cla. i. pra. cri. q. 85. col. ij. b. gl. in clem. ij. vers. ex nunc. de heret. i. cum sin. gu. de preb. in sc. xto. Ab. Dec. Fe. ly. Ber. in d. c. co. gnoscentes. c. Sylu. ubi sup. d. d. c. i. i. S. leges e. S. sed & quod princ. Inst. de in. re nat. f. Sylue. d. vers. lex ver. vi. casu. g. Fel. in c. ij. de treu. & pace. h. c. i. de consli. i. gl. & doct. d. c. i. Coar. d. c. alma mater. S. x. col. iij. k. doct. in d. c. i. d. consli. ubi Ber. m. 61. l. doct. ubi sup. iudiciale inqu. sitorum. xer. in. uocare. n. 4. et 5. m. Cald. cō. 30. de testa. & cōsi. x. de consl. Alc. li. ff. si cer. peta. Fel. in d. c. i. col. xij. et Ber. n. 164. n. Ab. et doc. d. c. i. de consl. o. Did. i. reg. pec. catū. par. ij. S. v. num. 4.

si lex noua pœnam statuat nouam, & ma-
iorem pro facto aliàs à iure vniuersali
prius damnato, maxima inter doctores
controuersa est, vtrum ignari eius legis
illi pœnæ recenter indicta adstricti sint,
sed verior, magisq; recepta videtur sentē-
tia, non posse hoc incitiae prætextu hu-
iudmodi recentis constitutionis pœnam
effugere, eo quia excusatio nulla adiuu-
to esse illi debet, qui facinus à iure publi-
co, & vniuersali damnatum committit,
licet pœnam speciali constitutione indi-
ctam ignoret, quamuis à spiritualibus pe-
nis hac specie se tueri queat fortasse. A
Contingit tamen frequenter, tempus ex
primi in constitutionibus (puta ex nunc
prout ex tunc) vel tempus mensis, aut a-
liud, quo ligare, & obligare incipiunt, cui
temporis præfixioni standum est, v quo
ad actus irritationem facti contra legem,
non quò ad pœnam, durum est enim, pe-
na aliquem irretiri, antequàm legis scien-
tiam habuerit. c
Post legis promulgationem, & duorū men-
sum lapsū, non tamen continuò dicen-
dum erit, ratam eam, firmamq; perpetuò
fore, sed receptam esse oportet, vt legis
perpetuæ habeat vigorem, v quapropter,
si populus eam legem nunquam vlu rece-
perit, vinculum nullum iniiciet, nec vide-
atur hoc cuiquam absurdum, q; princi-
pis legum conditoris potestas quodam-
modo à populi arbitrio pēdere videatur,
cum & ipsi populo, quam habet potesta-
tem, Imperator acceptam ferre debeat, &
aut certe principis conuientia, qui sub-
ditos, vt legem obseruent, nō compellit,
hoc efficere videtur, cum scit, ei non ob-
temperari, q; quod scilicet intelligendum,
si maior populi pars eam non receperit,
vel certum personarū genus, secus si mi-
nor pars tantum populi, vel certi generis
personarum, eam non admiserit, & pecca-
torum tamen vacant hi, qui nulla iusta
ratione ducti aduersus voluntatem Prin-
cipis cōditoris, à principio in causa sunt,
ne iusta lex principis publicā vtilitatem
spectans recipiatur, eiq; obuiam eunt, &
nec huicmodi lex à subditis non rece-
pta inter alias leges conscribenda erit.
Constitutio igitur S. Pontificis, vt supra fa-
cta, edita, & recepta omnes passim deuin-
cit, qui Pontifici Romano subsunt, n non
solum constitutionis tempore, sed & futu-
ris temporibus, & quinqueniam f Cathecu-

meni, & Iudej, alijq; infideles ab obser-
uatione Pontificie cōstitutionis immu-
nes non censentur, cum ditionis Eccle-
siasticæ terras incolunt, q; possuntq; Iu-
dæi à Iudice Ecclesiastico iure coerceri,
si crimem aliquod Ecclesiasticum admi-
serint, Item si cōtra legem naturæ, vel
Mosaicam peccarint, & ac punitur post-
sunt interdum etiam criminis hæresis
Iudæi, si illis in dogmatibus deuent, in
quibus secta eorum cum nostra religio-
ne conuenit, uel si fautores, defensores,
aut receptatores Iudæi hæreticorum in-
uenti fuerint, vel christianos ad hæreses
adducere malis peruersionib. enisi fue-
rint, vel dogmata cōtra christianam do-
ctrinam inter christianos spargere, li-
brosq; prohibitos igni destinatos, apud
se detinuerint, nam huiusmodi libros
hæresibus refertos apud Iudæos inuen-
tos, & Gregorius, & Innocentius com-
buri olim iusserunt, eorumq; hospites
puniri, ac nouissimè id quoque Paulus
Quartus executus est, & In præsentia
quoque nonnulli Iudæi in vinculis cau-
sam dicunt hac in civitate Papiæ, eò q
libri à catholica ecclesia interditi apud
eos reperti fuerint, & præsertim liber,
qui appellatur Talmud, plures aduer-
sus CHR. D. N. blasphemias continēs,
Iulij 111. constitutione Iudæis sub pœ-
na omnium honorum, & vltimi suppli-
cij interdicitus. In successioneibus ta-
men ab intestato legem Mosaicam inter
Iudæos seruari non legem Pontificiam,
aut Cæsaream frequentibus sententijs
receptum est, licet fortè aliud sensisse vi-
deantur, in successioneibus ex testamen-
to prouentibus. x
Ad eò autem constitutio Principis, Ponti-
ficisq; Romani ab omnibus custodienda
est, q; vt in foro quoque illo, quod ad
salutem æternam prospicit, rationē red-
diturus sit, qui iustam veri principis le-
gem non custodit, n quod f admitten-
dum credo, & si lex pœnam certū quid
facienti, vel omittenti protinus im-
posuisset, nec prius cauisset, vt id fieret, vel
non fieret, cum, & si explicitè lex non
præceperit, vel vetarit id fieri, eo tamen
ipso, quo aduersus committentem, aut
omittentem sancit, statuitq; pœnam, fa-
ctis id præcipere, aut vetare videatur, &
culpa lætali animam obligare, ut rectè
Didacus scripsisse videtur, o quamquā

Henticius

Henticius Gandauensis, & Alfonso de
Castro ab eo citati incertiores uideatur
fuisse, & nescio qui alij; f secus tamen
erit, si lex ipsa hunc forum à contentio-
so diuiserit, ac declarauerit, diuersas
esse utriusq; fori obseruationes, ueluti,
cum ait, donationem Ecclesiæ factā su-
peruenientibus liberis, quos non cogita-
rat, superuenturos, in foro poli reuocari,
quamuis aliud in foro contentioso ob-
seruandum esset, uel f nisi præsumptio
fundamentum eius legis esset, A nam,
qui rem aliter se habere, & contra præ-
sumptionem certum habet, potest tuta
conscientia legem illam nō seruare, n (in
lege tamē fingente idem non sentio, qd
de lege præsumente, cum altera proba-
tioni locum faciat, altera nequaquam)
quia hoc in foro ad cælestem sedem di-
rigenda, ueritas sola inspicitur, quocirca
(ne res exemplis careat) f qui iusta cau-
sa, iustiq; pretio venditam Ecclesiasticā
rem emerit, quamuis solennitates iure
traditas non adhibuerit, de salute ani-
mæ sollicitus esse nō propterea debet,
quamuis contentiosum iudicium perti-
nescendum ei sit, ut ego opinor cū Au-
gust. Berou aduersus Decij sententiā, c
quemadmodum f & si securus esse po-
test, qui citra dolum, & fraudem cum
muliere, aut minore contrahit, non ad-
hibitis statutorum solennibus, uel sine
licentia uiri, n quam sententiam magis
probo, quamuis Didacus & aliud senten-
tiant: Sic & traditum f est, non esse, quod
sibi ad salutem æternam metuat is, qui
merito, & dignè à maiore collegij parte
electus est, quamuis forma electionibus
faciendis tradita non sit seruata f. Dubi-
tatum etiam uidi, an, qui secerero intel-
lexerat, pretium rei, decreto imminutum
iri, possit pretio iusto, sed maiore ante
decretum publicatum eam rem uende-
re, nullo animæ periculo, ita, an qui in
maxima annonæ caritate frumenti co-
piam habens, cum sciat, breui magnam
frumentum vim allatum iri, & pretij con-
sequeter casurum, teneatur ciuibus hoc
notum facere, & frumentum suum mi-
noris uendere, qua in questione S. Tho-
mas, g ait, non teneri uentorem ad res-
tutionem, quamuis malè fecerit, & ob
id possit aliqua pœna puniri, quia uen-
ditor merces uendit eo pretio, quò iuste
communi hominū iudicio æstimaban-

a c. si. xvij. q. i. Berou. d. c. i. n. m. c. c. xvij. & sequen. post alios.
b c. tua nos. ubi no. de sponf. c. is qui sitem. eo. ti. c. inquisitionis
de sent. excom. Fel. c. sicut dignum. col. si. ad fin. de homic.
c Berou. d. c. i. n. 281. gl. c. sine exceptione. xij. q. ij. & in ca. qua
in ecclesiarum. de consl. & in c. i. ver. reddit. de in. te. rest.
d Abb. in c. relatum. i. de testi. col. ij. Fel. Dec. Berou. d. c. i. Ber.
dec. i. n. 13.
tur, licet perfecti hominis esset copia fu-
ture nuntiatio, n Aiant q; uisusq;
48 Scole Doctores, peccatū æterna dam-
natione dignum non committere cum,
qui lege uiolata pecuniaria pœna contu-
matiam delictumue muldante eam pœ-
nam non soluit, nec talem pœnam exi-
gendam, aut soluendam esse in eo foro,
vt cum pœna dupli, aut quadrupli im-
ponitur (puta) furi, uel ei, qui soluendo
legato pio contumax est, alijsue simili-
bus exemplis, & que tamen sententia
Decio non placuit, qui credit, pecunia-
riā pœnā delicto parato parē & debe-
ri, & exigi in foro cōscientiæ posse, quia
obligatio ex delicto fit ex iure naturali,
& quia publicè uilitati inmitur exigē-
ri, vt delicta puniantur, cui Decio, & ego
ad stipulor, si de illa pœna loquatur, q
ciuitati, vel fisco ob crimen pendenda
est, non de ea, quæ parti læsæ applican-
da est, neque enim citra animæ lue peri-
culum maiorem pœnam exigere potest
damno, quod ipse p. p. p. fuit, quam
uis fortè publica uindicta id pati, aut et
desiderare uideret, quocirca is, cui res
furto, subtrahita fuerit, quadruplum in
hoc foro non consequetur, nec fur id
soluere obligatus erit, alijsq; huiusmo-
di exemplis, & si forte aliud dicendum
cuiquam uideretur, si pacto & conuētio-
menicum quandoque sine Pont. Maximi autoritate a solis patribus Cardinalibus vocari, tamen, cum idcirco haberi concilium oportet, quia Pontifex ipse Maximus in hæresim lapsus dicitur, vel si iter regnum sit, sedesque Petri vacet, Pont. Max. obitu, & scisma imminat, vel negotium aliquod graue, & necessarium vniuersæ ecclesie emergat, cuius prouiso nec moram, nec dilationem vllam ferat, vel patiatur, puta ex hæresis, vel scismatis causa, & quæ etiam cessante Sum. Pontifice, ac patribus Cardinalibus Reip. christianæ curam in magna ecclesie, vigentiæ necessitate, & periculo negligentibus, creditur etiam Imperatorem Ro. posse concilium oecumenicum ritè, & reete congregare vnâ cum alijs catholicis ecclesie Romanæ principibus viris, & possent etiam Cardinales, eiusve negligentibus alij ecclesie prelati, & clerus Romanus, ac Imperator concilium congregare, si Pon. Max. fato functus sit, & conuentum habere sit necesse, vel si pontificatu se abdicarit, vel demens, & insanus factus sit, ad eod ineptus ad regendam ecclesiam vniuersalem sit, sed quamuis legatur, non semel Imperatores concilij interfuisse, eorumque etiam autoritate congregata, non tamen passim id fieri licere credendum est, sed tunc demum, cum alij predicti negligentes sunt, crederent etiam nonnulli, quod, si qua gravis causa aduersus Pont. Max. agitata sit, possit tunc Imperator concilium congregare, coram quo lis agatur, ne papa in sua causa ius sibi dicat, quod tamen non sine Pont. Max. autoritate faciendum est, & quod t. proximi temporibus contigisse Reip. Venetæ ex Annalibus Petri Bembi comperio, qui aduersus Iulium II. conciliū congregare nitentur, penes quod causa eorum, & lis cum pontifice Maximo vertens cognosceretur, quorum tamē Venetorum causam iustam affirmare ego non ausim, dum ad concilium appellarunt, eaq; ratione illud congregare nitentur, cum superiore titulo edocuerimus, non posse a papa ad concilium appellari, possunt etiam interdū pauciores numero Cardinales imminente scismate concilium indicere sedandi

sedandi scismatis gratia, cæterosque nihil hoc curantes, & concilium negligentes in mora constituere, eorūque suffragia lucrari. a Quibus vero casibus Concilium absque Pontificis Maximi autoritate congregari potest, non alijs de negocijs potestatem habebit diffiniendi, quam his ipsis, propter quæ illud cogi permittit est, oiaque extra tentata irrita erunt. b Existente autem scismate sic procedendum est, ut vel vrerq; eorum, qui ad Pontificatum electi fuerint, cedere cogatur, aut vnus vel plurius iudicio diffiniendum permittatur, quis potior electorum esse debeat, vel compromissum in aliquem fiat, vel quod res duratur sorte, quibus si modis scisma tolli non poterit, extremum erit concilij oecumenici remedium. c Quod si dubitet quis (quia diximus supra, posse Concilium a Cardinalibus vocari, cum suspectum habent de hæresi Pontificem Maximum) quomodo possit Papa hæreticus haberi, an tequa iudicatus sit, ac si nondum pro hæretico censetur, nec haberi talis potest, vel debet, quomodo possit sine eo Concilium ab alio cogi, dicendum sic puto, quod, simulatque ex indicijs nõ futilis suspitio oritur, eum talem esse, hæresis videlicet labe infectum (Dij talem terris auertite pestè) licebit tunc Cardinalibus Concilium vocare, & super hoc cõsultationem habere; Quamuis enim iam dictum sit, Pontificem Maximum Concilio ipso esse superiorem, nec ab eo iudicari posse; nihil tamen hoc impedit, de hæresis crimine questionè, cognitionemque; de eo per Concilium haberi, tamen papa hæreticus, non papa amplius, Deiq; Vicarius, & supremus christiani orbis sator, & presul dicendus est, sed Diabolus, & omnium mortalium infimus, pessimus, & ipso iure pontificatu priuatus: atque interim, dum de hoc cognoscitur, ut hoc de negotio questio haberi possit, talis habendus est, cuius dignitatis supremæ nulla ratio pro veritatis indagatione habeatur, hinc Anastalij nomen abholutum esset, & qui post eum in pontificatu successit, eodem quo ille nomine & numero appellatus est, scilicet Anastasius secundus,

non Anastasius tertius, quasi ille nunquam papa fuisset. f Hæc vero tali casu datur procedendi series, & forma; nam, si apud graues, optimosque viros non bona de Pontifice Maximo sit fama, quia hæresis creditur suspitione laborare, quæ fama non possit conuenientibus oculis dissimulari, quod magnum inde scandalum, & periculum metuatur ecclesie Dei, erunt partes Illustrissimorum patrum Cardinalium, pontificem ipsum interpellare, ut inualescentem contra se famam abholere, & errores sibi adscriptos detestari velit, catholicamque Romanam fidem fateri, etiam literis suis ad eos transmissis, penes quos fama huiusmodi resideret, idque Pauli Apostoli exemplo: quibus si monitis, & interpellationibus acquiescere detraheret, interpellandus rursus erit, ut concilium vniuersale cogere, alijue illius cogendi ius & potestatem dare velit, quo concilio coacto, de his questionibus haberetur, ob quæ papa fama indistinctè adducta esset, illo autem hoc quoque facere, id est, concilium vocare negligente, alijue eius vocandi ius dare, possent cardinales tunc ipsi concilium vniuersale congregare, & cum eo de iustitia famæ contra pontificem exorta cognoscere; Cardinalibus vero ipsis negligentibus Imperator, alijque principes christiani hoc exequi possent, atque etiam ipsi ecclesie prelati possent vtrò, à nemine licet vocati continere, quod sub Marcellino papa factum legitur: & debebit quidem tunc papa moneri, ut post congregationem concilij factam, ei velit autoritatem suam in partiri, sed quamuis eam prestare non fuerit nihil tamen fecius à concilio facta valebunt, & robur suum allequentur. Quo in conuentu, si reperit fuerit, Pontificem Maximum in malam cõtra se exortam famam opere complese: concilij patres omni studio conitentur, ipsum, à tali errore abducere & sacris scripturæ libris, & testimonijs ad semitam veritatis reuocare, etique per suadere, ut errorem suum perthgens detestetur veritatemque; publicè fateatur, intra terminum, quem synodus ei præscripserit, quo reculante, veluti hæreticus censetur, & hoc modo infra scripro

Pet. a Mon. in ti. de nume. assentiam in concil.

Abbin. q. incip. Episcopus, Dec. in c. ofius, de elect. Pet. a Mon. in ti. de concil. præemin. Mæ tua, in tra. de concil. nu. 53. & seq. Zab. in consil. cl. a quo alij hauserit.

Acuius 24. q. 1.

c. si quis, de ecclesia. i. q. i. c. sane. xvi. q. vlt. c. dicam. xxiiij. q. i. Catal. tra. de pot. pap. num. xlv. Card. Alex. in d. c. si papa. dist. xv. Iaf. c. d. xcv. col. vi. li. iij. Alb. in d. i. par. nu. 111. & seq. Berga. ubi sup. Petr. a mon. ubi sup.

Alb. ubi supra, in i. part. num. 114. post Bellam & Car. di. Alex. in d. c. Anastasius dist. xi.

St. apost. cap. xxx.

c. nunc autem. dist. xxi.

a § Card. Alex. in d. c. si papa, ex Zabar. apost. ad Ab. in d. c. signifi. casti, de ele. Tul. Clar. l. v. §. si. q. xxxv. col. ij. in pra. cri. b § c. Ego N. de iureiuran. c § c. si episcopus, ubi gl. & doct. dist. xvij. Card. Araceli. c. xvij. de concil. œcumen. c. non oportet. c. episcopus. ad Synodum, & c. placuit, & seq. ea. dist. xvij. Pet. a mont. titu. de vit. pralat. d § d. c. ego N. de iureiur. e § Cata. ubi supra. nu. 66. & 67. in tract. de potest. pap. f § Catald. ubi supra. n. 69. g § Catal. ubi supra. Pet. de mō. re. in hoc trac. cōci. quis pos. Corrad. i. c. i. §. iij. de potest. Imp. ver. decimo quarto. nu. 8. ver. ampliat. tur prædicta. h § gl. in c. placuit. dist. 18. Car. Araceli. cap. 17. de concil. œcume. i § d. c. ego N. Petr. a monte. in hoc trac. in vit. de cit. præla. ad concil. k § d. c. Ego N. ubi Io. Andr. Petr. mon. ubi supra. nu. 2. l § c. si episcopus. dist. 18. d. c. Ego N. ubi Io. and. Petr. a Monte. ubi supra. Mant. hoc trac. nu. 130. m § Pet. a Monte. in titu. concilio qui deb. interesse. n § In c. graue, de præb. Duaren. lib. i. c. de sac. ecc. ministr. o § c. episcopus non debet, c. non oportet. dist. xvij. Io. an. & Inno. in c. graue. de præben. Catal. ubi supra. nu. 64. & 65. p § in c. in nomine domini. dist. xxij. c. Adrianus. dist. lxxij.

non eo probatur tñ, vocatos alios non fuisse, cum potuerint vocati esse, & non venisse, vel tales forte erant, quos vocari non oportebat, aut aliquibus excusationibus iustis detinebantur, ne vocati venire possent, quod rectè ratiocinatur Cataldinus Boncompagnus: si tamen aliud negotium, quod fidei agendum in concilio foret, non esset ademptum fortè arbitrium Pontifici Maximo, quos elegisset, Episcopos tantum vocandi, ceteris omissis, ut idem Cataldinus præcitatus scriptum reliquit: Nec minus tamen diceretur concilium vniuersale, quamuis omnes citati non fuissent, vel citati non interfuissent, & absentium vices, & eorum, qui venire contempserint voces, præsentibus accrederet: si Iustè impeditos tamen, si ad excusandum se literas, vel nuntios transmiserint, nullatenus in culpa habendos constat, quapropter non prius ad aliquam censuram contra eos, fas est, venire, quod ipsi moniti de hoc fuerint, nec leuis qualibet agritudine excusationem præstabit, aliàve causa leuis, sed graues, & necessariæ dūtaxat. Non tamen quis ad concilium, nisi specialiter citatus accedere tenetur, quibus ceteros eò cōstitutis videat. x vna tñ literis plac. citatio, vel monitio sufficit. Et, quod iusto impedimento derenti fuerint, poterunt suos procuratores, legatos, vel nuntios mittere, qui eorum vice intersint, neque enim reiciuntur, vel poterunt vni ex Prælati vices suas, & suffragia mandare, qui in concilio fuerint. Alios tamen prælatos Episcopis inferiores ad synodum œcumenicam vocari non est necesse, puta Abbates, Præpositos, multoque minus alios inferiores, & simplices sacerdotes, & multo etiam minus Laicos, & si Principes sint, nec vsque cautum reperiri, qui nam ad Concilium vocandi sint, scripsit Abbas Panorminus, nam quamuis possit (ubi ita esse deat) hos quoque Pontifex Maximus vocare, si quem ex ipsis iudicet, Concilio in rem esse, & adiumento posse, o quod factum sæpe inuenitur. Verum prius non iudicandi, aut diffiniri vlla potestas conceditur, sed audiendi, assistendi, & consulendi tantum,

tum, nisi forte, & diffinendi ius eis tribuere Pontifici Maximo visum fuerit, a quod interdum viris doctri-
 34 na præstantibus concedere solet: & pos-
 35 sunt tamen laici Principes, & per lega-
 suos suos ei interesse, nec desideratur,
 b vt, cum vocati sunt, ipsi meriter sint, a
 43 modò eorum legati munus pro dictis
 36 principibus obeant; eruntque; hæ prin-
 cipum secularium partes præcipue, vt
 h inchoandi opportuna est tempestas in
 eunte vere, & autumno, quibus tem-
 poribus nec frigoris scuities, nec ma-
 gnis æstus pertimescendus est. i
 44 Concilij vniuersalis maxima est po-
 testas, ad eò quidem, vt etiam ipsi Pon-
 tifici Maximo præsit in his, quæ ad fidei
 c spectant, in alijs vero non spectan-
 tibus fidei negotium Pontificem Ma-
 ximum ipsi concilio præesse receptum
 d est, vt quamplures Theologie, & iuris
 37 Pontificij Doctores relati à Paulo
 Borgasio ad numerum septem, & triginta
 K scripserunt, & multi que alij ex-
 inde, ac ferè quotquot scribere ad pri-
 mam decretalem Epistolam tituli de
 Constitutionibus, & plures ad primam
 I papiter constitutionem tituli de Iudicijs,
 ubi Augustinus Berous, nouissimus, &
 Illustrissimus Cardinalis Albanus in præ-
 citato suo tractatu de potestate Papæ,
 qui in prima eius tractatus parte, seque
 alios Doctores, affirmat etiam, non licere
 45 Pontifici Maximo sponte se Concilio
 subjicere, neque amplitudini Pontificiæ
 maiestatis, quæ à Deo est, & quicquam
 m detrahere, ac p inde perperam, & incon-
 n sultè eos pontifices Maximos fecisse, &
 qui concilio se subiecerunt, ideoque &
 Ludouicum Romanum male contrarium
 consulendo respondisse in suo Consilio
 quingentesimo vicesimo tertio, san-
 42 tioreque consilio sententiam alibi quata-
 lisse in singulari suo centesimo quadra-
 gesimo tertio, aut certe, ut idè ipse
 Albal-

a Fel. in c. i. in prin. de spons. ar. c. sedem. 3. q. 6. & cap. ad apo-
 stolicæ de re iud. in sex. Pe. de mon. in d. trac. tit. congre. con.
 quis possit. Corrad. ubi prox. sup. nu. 9.
 b d. c. ad apostolicæ. Corrad. & Catal. ubi supra.
 c c. principes. in si. xxij. q. 7. Card. Araceli. c. xvij. post Io. de
 Turrecre. in sum. de eccl. potest. libro tertio, capit. xxi.
 d Turrecrem. & Car. Araceli. ubi supra. e gl. in c. Adrianus. dist. lxxij. et c. si de his que sunt à præla. f c. ecclesia. f conse. dist. iij. g no. in c. fin. de his que sunt à præla. c. Adrianus in si. dist. lxxij. cap. nos ad fidem. di. xvi. Mar. Mant. in hoc trac. nu. 58. et sequen. b c. ad apostolicæ de re iud. in sex. in §. & quia ubi gloss. ver. & turrim. Inno. in c. sup. his. de accus. Card. Araceli. c. xvi. Catal. ubi supra. nu. 27 & 41. i Card. Araceli. c. 23. Catald. n. u. 6. Man. nu. 185. & seq. k decernimus dist. xvij. c. si cut olim de accusat. Man. in hoc tra. n. 175 l gl. d. c. si papa. d. c. Anast. & inc. mandastis. n. q. 7. & Bor-
 gas. in tract. de irreg. par. ij. tit. de dispen. concil. Card. Araceli. in hoc tract. c. xxxij. Tul. Clar. l. v. §. si. q. xxxv. sen. recc. seu in pract. crimi. m cap. i. dist. xxij. n Io. And. & Fel. in c. ecclesia s. Mariæ, de constit. Rom. singul. 134. Car. Alex. in c. inferior. dist. 21. Alex. & Ias. in l. est receptum. ff. de iur. om. iud. Tul. Clar. ubi supra.

a Ioann. 8.

b d. c. manda-
stis.

c d. c. manda-
stis.

d d. c. nunc au-
tem. ubi glos.

e glo. d. c. nunc
autem. versic.
farcellin' ad
i. Alba. in d.
npart. sui tra.
nu. 14. vsq; ad
nu. 21. Inl. Cl.
ubi sup.

f Platina, in
vita Pau. 2.

g Berous, in
d. c. i. nu. 6. de
iudi.

h Ab. & alij
in d. c. i. de iu.

i Bero. in d. c.
i. nu. 131. &
seq. de ind. Al-
fon. de Cast. li.
de iusta heret.
pun. i. capit. 6.

k c. sacrosan-
ta in fi. c. con-
stantinopolita-
na. c. renuncia-
tes. dist. xxij.
ca. antiqua. de
priuil. leg.

Albanus præcatus ait, cum Pontifices Concilio humilitatem suam declararunt, veluti se illi subijciendo, nõ ed fecisse, quò se concilij Imperio submitterent, sed vt sponte sua, & ex quadam vrbantate potius, quàm obligatione, actionum suarũ rationem redderent D. N. I. Christi exẽplo, dicẽtis, quis ex vobis arguet me de peccato? A quæ interpretatio, & ratio in eo quadrat Pontifice, qui calumniosè impetit, atque vitæ integer, & sceleris purus sic concilium subijisset, ß non ita facilè (nisi fallor) in eo tamen congrueret, qui erroris sui conscius Concilij trutinam experiri non detraha- set, cuiusmodi fertur Pontifex Marcelinus fuisse; aliud enim est, se expurgare, quàm iudicio alieno se submittere, sed omninò quidem certè non potest tale ipsorum Pontificum factum nisi Christianæ cuidam, humiliq; voluntati adscribi, qui scientes, se in vitio, & culpa esse, veluti Maiestatis suæ oblit, cum Prophetæ Regalis more dicere potuissent, Tibi soli peccauit, hominibus tamen culpam suam fateri non dedignarentur, eorumq; expectare censuram, id verò potius, vt homines, quàm Dei Vicarij facerẽt, què admodum etiam non vt Vicarij Dei, sed vt homines peccauerant, imò & Sixtus idem in eadem epistola sua omnibus episcop. scripta, his verbis vitur, dicens, licet euadere aliter satis potuissent, suspitionem tamen fugiẽs coram omnibus me purgavi, scilicet à suspitione, & emulatione me liberàs, sed non alijs, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciẽdi formam dans. c Marcellinũ verò non Concilio se subiecisse, sed coram eo errorem fallum, & in se ipsum depositionis sententiam tulisse legitur. d

47 Quinetiam receptum est, nec in hæretis quidem crimine Pontificem Maximum posse à Concilio iudicari, & deponi, si ipse prius, quàm iudicium sequatur, errorem suum agnoscat, & derelictur, ß quamuis nonnulli, quorum sententia merito ab ecclesia Romana damnata sunt, contrarium tutari frustra enisi fuerint. f. Hinc iudicare potest vnusquisq; iniustam esse illius, qui Pontificum vitas conscripsit,

quærimoniam, dum aduersus Paulum secũdum aulus fuit minitari, conciliũ se vniuersale appellare, vt de iniuria, si bi quam illatam assererat à Pontifice, cognosceret, quapropter iustas suas te meritatis pœnas dedit, dum in compe des, terrumq;ue carcerem eiusdẽ Pontificis iusta coniecctus fuit. f

49 Hęc quoque enumerantur inter cæteras conciliorum autoritates, f quòd, vbi ei Sum. Pontifex interest, & præest, ab eo appellari non potest, & quamuis f tunc possit, cũ vice Papæ legati eius interfunt, vt diximus supra, quocirca non magis concilij, quàm ipsius Pontificis Max. hoc tribuendum auctoritati videtur: f sic eodem exemplo cõcilium Sum. Pontificis auctoritate cõgregatum suspectum dici non põt, h quamuis illud possit, quod legati eius alteriusve auctoritate coactum sit, vt Berous, & alij nonnulli aduersus Abbatem Panormitanum sensere, i dicentes, f in fidei quidem negotio Ecclesiam, quæ in ipso œcumenico, & vniuersali concilio refertur, errare nõ posse, in alijs labi autem cõcilium, & decipi quandoque posse, nouũ non esse, vt euenit, f cum Hieronymi sententiam sequuta est ecclesia, Concilij repudiata opinione, dũ quæstio esset an possent rapta suo raptori matrimonio collocari, f & concilium Calcedonen se pariter non rectè pronuntiasse diffinitum est. (quamuis ex quatuor primis præcipuisq; concilij sit) cum diffiniuit, Patriarchã Alexandrinũ Cõstantinopolitano præferri oportere, quæ diffinitio tamen accepta nõ fuit ab ecclesia, cũ Constantinopolitano primus post Romanum Pontificem locus competat, vt ex Leonis ipsius quinquagelima septima Epistola cernere licet. x

55 Hinc, f si quãdo eueniat (quod quidem perrarò euenire solet, & vtinam numquam eueniat) concilij aliam esse, q; Pontificis Maximi sententiam, excepto fidei negotio, Pontificis Maximi sententia præferretur sententia concilij, in his verò, quæ ad fidei negotium spectant, concilio potius, quàm pape obtemperandum erit, quamuis enim possit, vel solus Pontifex Max. quoscunq; fidei articulos decidere, vt diximus

ximus

ximus, vbi tamen concilium vocauit, iam videtur ab illa sua potestate recel- sisse, eãque in concilium transtulisse. A Admonet tamen Cardinalis Aræceli capite trigellimo quito, & sexto, de cõcilio œcumenico, vbi huiusmodi. con- trouersia exoritur, bene esse, vt nihil in concilio concludatur, quoad Sũ. Pontifex, & concilij patres in vnam eã demque sententiam concordēs conue- niant, quò melius ecclesie consulatur opinio num varietates vitando. Verũ alij absolute, simpliciterque dixerunt, Pontificis maximi potius, quàm cõcili- i in quæstione fidei ambigua sententiã spectãdam esse, quod discretissimè, & fortissimè defendit Cardinalis am- plissimus Hieronymus Albanus, neq; iniuste quidem, cum Pontifici maximo in folio petri sedenti, & partibus iudicis fungenti spiritus sanctus non desit vnquam, cuius auxilio, & ope af- flatus Pontifex Maxim. velit, nolit, in his, quæ fidei negotium spectant, rectè iudicare cogitur, hinc & videmus, quòd, quas concilia condunt, constitu- tiones, ab ipso Pontifice Maximo con- firmationem, roburque & auctorita- tem expectant, vnde apparet diffinitio ni ipsius standum esse etiam cõtra cõ- cilij vniuersi opinionem, nec conce- dendum est, quòd Pontif. Maximus concilium cogendo omnem suam au- thoritatem diffiniendis fidei articulis in concilium transtulerit, quandoqui- dem ad eum confirmandarum consti- tutionum causa acceditur, nec potuit hanc à se potestatem abdicare, perse- rã igitur glossemã illud sensisse dicẽ- dam est, quo legitur, Pont. Max. teneri i quæstione fidei synodũ vocare, & eo ca- su Synodũ existere S. Pont. ß maiorẽ, quam præter rationes prædictas ipsa quoque Diui Hieronymi auctoritas cõfutat, c qui ad Damasum Pontifi- cem Maximum scribens ait, quòd, si cõfessio sua Apostolatus Damasii iudicio comprobata fuerit, quicumque eum culpate voluerit, se imperium, vel maliuolum, vel etiam non catholi- cum, sed hæreticum cõprobabit, quã- uis enim Hieronymi verba prædicta de personis non habentibus auctori- tatem discutiendorum articulorum si- dei, non autem de conciliis œcumeni

a Turrecre. in summ. eccle. c. lxxiiij. & Card. Aræceli. c. 3
de concil. œcumen. gl. c. hæc est fides. xxiiij. q. 1. gl. in c. Ana-
stasius. dist. xix.
b gl. c. Anastasius. uer. concil. dist. 19.
c c. hæc est fides xxiiij. q. prima.
d Ab. in quæstio. incipit. Episcopus, Dec. in d. c. ostus, Alba.

is intelligenda videantur, quib. concilij, hæc autoritas diffiniendi com- petit generalis, f si ipsius locutio etiam cõcilia comprehendere posse videtur.

58 f Coarctatur verò conciliorum pote- stas ad ea negocia, super quibus vocata fuerunt, sine Pontificis Maximi iussu, & auctoritate, seu ex vrgenti aliqua causa ex supra narratis abique Pape au- thoritate congregata sint, quod si nul- lacaula spãtis expressa fuerit, sed gene- rales tantum, puta, vt hæretes extirpẽ- tur, & Christiana Republica conli- latur, eamque saluam esse curent, nul- lis cancellis concilij potestas coercendi- tur. g Concilium auctoritate Apo- stolica congregatum habet spiritualiũ omnium administrandorum latam po- testatem, f & in eo tota, & vniuersa ecclesia refertur. g canonum f au- tem ipsorum interpretatio à concilij conditorum ad Pontificem Maximum spectat, sacri enim Canões ita aliquid constituunt, vt suæ interpretationis auctoritatem. S. R. E. referunt, quia hi demum interpretari canones pos- sunt, qui condendi auctoritatem ha- bent, h hinc videmus, diris execratio- nibus sanctum esse, & interdictum, ne quis. S. Tridentini concilij consti- tutiones commentari, vel interpretari ausit, & certos huic negotio pfectos ef- se Cardinales. Nec omittendũ est, f ge- sta in concilio Pontificis Max. auctori- tate congregato omnia ipsi Pontifici attribui, eiusque constitutiones dici, i quamuis non ideo robur illud amittant, quod demonstrauimus supra maius inesse constitutionibus Conci- liaribus, quàm Constitutionibus Sum- morum Pontificum. f Diximus etiam supra, ad Pontificem Maximum spe- ctare, Canones ipsos conciliorum con- firmare, vel infirmare. Item non ad- mitur eidem potestas, ipsorum cano- num relaxationem concedere, quan- do in iure diuino innixi non sunt, nec fidei articulos, aut sacramenta eccle- sie

in d. tracta-
de concil. seu
de potest. pa-
ij. par. n. 127
e Innoc. &
Hostien. in c.
transmissa de
elect. cataldi
nus. nu. 75.
f ca. ecclesia
dist. i. de cõse-
crat. eccle.
g capi. sicut
enim. xi. quæ-
stio. i. Card.
Aræceli. ca-
pitu. 36. ca.
statutum. de
rescrip. in se-
xto, capitulo
vbi periculũ
de electio. in
sexto, Ioan.
Andr. in ca-
pitulo signifi-
casi. de cle-
ficio. Mar.
Mant. in hoc
tracta. num.
167.
h Doctor. in
rubric. de cõ-
suet. ubi Bero-
us in numero
nigesimo sex-
to. & idem
Bero. in capi-
tulo primo.
eodem titulo
& Abba. &
Dec. in capi.
ostus. de cle-
ficio.

K

a c. sicut quadam. dist. xiii. c. contra. xxv. q. 1. c. non debet, de consang. & assi.
 b c. v. i. c. c. exposuisti de preben. Rom. cōf. cccxxv. Pet. Rebus. in prax. benef. in tit. de dispensa. ad plura benef. n. 3 t & 3 2. Stafil. de lit. gra. tit. de quali. & sta. bene. vers. & in prax. missi. Rpt. decif. c. lxiij. ad si. Borgas. tit. de disp. episc.
 c c. domino sancto. dist. 50. d. gl. in sum. dist. 17. cap. regula. dist. ij.
 e gl. in d. sum. ma. di. 17. & d. c. regula. Berous. c. i. n. 1. de iud.
 f d. c. regula. dist. iij. & per totam. dist. 18 g no. in c. g. r. a. ne. de preben. Duare. li. 1. c. iij. de benef. c. si. d. his que fiunt à prala. h c. decernimus. dist. 18. i doct. in d. c. graue. de preben. & cap. ad sedem. 35. q. 5 Duare. ubi su. K ca. si quis à proprio. 21. q. quinta. l capitulo accusatus cum sequen. ij. q. vi. Duaren. v. bi supr. Gondiff. in tract. de legato. q. x. numero. 27. in ann. B. r. acb. lib. tertio. q. d. 2. de epif. Bor ga. in tract. de irreg. par. 3. tit. de episcop. m d. c. si quis à proprio. n Berou. in c. i. numer. 18. 67
 69. & sequen. de iud. post alios ibi. o di. 18. i. sū. p gl. ibi. in ver. constituendi. vbi et Arc. & Io. de Turrecr.

d celi, b quæ tamen & insu Pontificis
 e Maximi fieri posse indubitatum est, & cum legati ipsius præsentia.
 Concilii igitur, quæ à patriarcha, prima te, vel Metropolitano sunt, in prouincia Episcopi omnes illius prouincie interesse debent, f nec tamē ab eis excluduntur & collegia aliorum presbiterorum, quæ appellantur capitula, vt nonnulli senserunt, licet pleriq; aliud opinati sint, g Abbates quoq; & monasteriorum præfectos conciliis prouincialibus interesse non inuitile erit, h quis fortè inuiti, & reluctates, vt ad h sint, compelli, nō posse, credatur, h sed & eos tñ cogi posse, verius, receptiuus que est: i hoc autem in synodo clerici mores corrigi, ac reformari solent, nā, si quis ab Episcopo iniuriam sibi illatam conqueratur, eo in conuentu de quærela ipsius cognoscetur, & poterit episcopus, si dignus sit, criminis illati reus fieri, & puniri, k nō tamen à gradu suo deici, & exturbari in Synodo prouincialibus Episcopus debet, vel grauiori pœna multari, l quamuis olim m posset. m Traditum est et, hodie quoque licere conuentui prouincie meriti Episcopum verbo deponere, suspendere, & excommunicare, quāuis actu, & facto hanc depositionis sententiam exequi non possit Romano Pontifice inconsulto. n Et quamuis Gratianus dixerit, concilia huiusmodi prouincialia, nec Constitutiones facere, o nec diffinire posse; o eius tamen sententia iure merito ab vniuerso iurisperitorum Theatro explosa fuit, p nisi forte sic dictū Gratiani interpretis, vt non possint condere generales constitutiones extra prouinciam, vel Diocesim vim habituras, nec de arduis negotijs ad sedem Apostolicam spectantibus quicquam diffinire, vt prædicti interpretes dixerunt, cum alioqui certum sit, etiam Episcopum posse constitutiones in sua Diocesi facere, et diffinire, nedū Episcopo superiores. Habetque concilium prouinciale iurisdictionem in omnes prouincie prelatos etiam in criminalibus, & ad illud potest ab inferioribus tribunalibus interponi appellatio: sed & ipsorum tamen conciliorum prouincialium, & Diocesānarum diffinitiones appellacionem

a tionem admittunt, A & † reculari veluti suspectum potest concilium prouinciale, ex causa, si concilij caput, id est, Archiepiscopus, Primas, vel Episcopus suspectum sit, vel, si concilium contra aliquem vnum vocatum sit, hac enim causa, vel vna sufficere, vt suspitioni locum facere possit. b Conuētus autem huiusmodi semel quotannis saltem, ac, si fieri possit, duabus vicibus haberi debent. c ad quod episcopi vocati accedere tenentur, si quis autem Synodo adesse neglexerit, vel ceterum fratrum, antequam concilium soluarur, deseruerit, alienus à fratrum communione sit, nec recipiendus est, nisi in sequenti Synodo absolutus fuerit, d excusandus erit tamen, si graui corporis infirmitate, aliaue ineluctabili necessitate impeditus fuerit, ne accedere ad concilium possit, e dummodo excusationes suas literis, vel certis nuncijs apud Synodum proponat, ac vno saltem teste probet. f Legati quoque Apostolici conciliorum prouin-

a c. neminem. c. vltra, tertia questione sexta.
 b Berous, in dicto capitulo primo, numero centesimo decimono, post Abbatem, & alios.
 c capit. habeatur, & sequen. & capit. quoniam, distinctione decima octaua.
 d cap. si quis autem Synodo. & c. si quis episcoporum. dist. 18. e c. episcopus ca. placuit. c. si quis autem Synodo, capitulo. si episcopus. c. si quis episcoporum. distinctio. xvij. f d. c. placuit vbi gloss. uers. literatorie, & uers. rationem distinctio. xvij. g capitulo. quoniam quidem, capitulo. si episcopus. capi. placuit. cap. si quis episcoporum. distinctio. xvij. Speculat. in hoc tit. §. superest. versic. sed numquid legatus. Innocen. & Abb. in capitulo. graue, de preben. Gondiffal. in tract. de legat. questione decima, numero secundo, & tertio. h Gondiffal. vbi supra, numero quarto, & quinto.



ILLVSTRISSIMO, ET
REVERENDISS. VIRO

Vincentio Gonzaga

S. ROM. E. CARDINALI
OPTIMO.



M. Antonius Cucchus. S. D.



SMPERAM forte pra manibus recognoscendum, ut vna cū alijs
excutiendus calcographis daretur, hunc de Cardinalibus tractatum,
iam triennio ante à me elucubratum, cum lætissimum nuntium huc
allatum est, te in ipsum ordinem Cardinalium auscultum fuisse, quo
nuntio sanè pro eo ac debui, magnum gaudium accepi, non eo quidem
tantum, quòd hac dignitas iam tot seculis incumda amplissima sa-
milia GONZAGÆ hospes, & alumna bis autem proximis annis

intermissa quodam quasi postliminio à te recuperata in causam gētem
redierit, sed & multò magis, q̄ heroicis virtutibus, splendoriq; isti regio, & Ecclesiasticis
istis vereq; Christianis moribus, qui in te elucent, suis honor habitus sit, item, quia hu-
iusmodi virorum in Collegium istud cooptatione sperandum est, sic Republicæ Christianæ o-
ptimè cōsultum iri. Quare optabam hac perfusus lætitia ad te inuisendum quamprimū ac-
cedere, ut tecum potius, quàm tibi hoc nomine gratularer, idq; è vestigio excutus fuisset,
nisi & uiarum angusti aditus propter eum, qui ex contagionis periculo iam exacto, metum
adhuc nondum ab omnib. excussum suberat, & frequentes, quæ hoc initio te fortasse absq; mo-
ra sollicitant, salutationes monitus fuisset, ut in aliud opportunius tempus hoc officium ser-
uarem. Perim hoc interim tamen nolui committere, ut, quòd in me est, aliquam gaudij
huiusce mei significationem darem: Cum igitur in tempore mihi contigisset, de Cardinalibus
sermonem habere, tunc cum te Cardinalem renuntiatum accepi, opportunum, aptumq; esse
existimaui, pro gratulatione tibi hunc ipsum tractatum nuncupare, sic enim quasi tecum
loqui mihi videbar, cum mentem meam ad te conuersam haberem, dum hæc pararem. Non
sunt hæc quidem tanti, ut fastigio tuo congruant, sed tu tamen, pro tua in omnes pariter,
humanitate, scio, animum potius offerentis, quàm rem ipsam spectabis: nec spero tibi in-
gratum fore, si istius tuæ accessionis, & dignitatis munera, potestatemq; & auctoritatem,
sub oculis veluti posita, promptaq; habeas, quòd libello hoc meo facere studui, & curavi.
Hoc igitur primum obseruantiæ erga te meæ indicium velim ne asperneris, donec maior mi-
hi occasio demonstrandi erga te propensæ mei studij offeratur. Vale. Papiæ Prid. Kal. Mar-
tij anno salut. MDLXXVIII.

DE CARDINALIB.
TIT. III.

EPITOME.

Traditur, quæ nam sit Cardinalium di-
gnitas, & unde eorum institutio ortū
ducat, quo in ordine ecclesiastico v-
nusquisque Cardinalis sit, ac quot sin-
gularū ordinum sint tituli, quis pos-
sit Cardinales creare, quòd sit eorum
officium, & quando primum ceperūt
Cardinales Pontificem Maxim. crea-
re, multa prerogatiuæ enarratūr col-
legij Cardinalium, tam sede vacante,
quàm Pont. Max. viuentē, multæ quo-
que singulorū Cardinalium tam in
iudicijs, quàm extrà, item in benefi-
cialibus, ecclesiasticisque negocijs, &
legibus generalibus loquentibus.
Qui prohibeantur esse Cardinales,
an Cardinalis inuitus eligi possit, vel
dignitate illa se abdicare. Cardinalis
an Episcopus fieri possit, vel econtrà,
qui Episcopus est, an Cardinalis fieri
possit, & qui Cardinalis simul & epi-
scopus est, cui magis deferuere tenea-
tur Episcopatu ne, an Romanæ Cur-
ria.

SVMMA RERVM.

- 1 Cardinales sunt unum corpus cum S. Pontifice, & pars capitis ipsius.
- 2 Cardinales habent primam dignitatem post Papam.
- 3 Cardinales sunt ad exemplum sacerdotum lenitici generis.
- 4 Apostoli successerunt loco sacerdotum lenitici generis.
- 5 Cardinales cur sic dicti.
- 6 Incertum, quo tempore cardinales crea-
ri ceperint.
- 7 Insignia cardinalium quis primus in-
duxerit.
- 8 Cardinalium officium numquam desuit
licet nomen desset.
- 9 Nulla ecclesia creare potest suos canoni-
cos Cardinales excepta Rom. sine au-
thoritate Pontif. Max.
- 10 Cardinales uniuersi, aut etiam singuli, si
habent ordinem episcopatus comuniun-
ctum titulo, appellari solent fratres
S. Pontifice, aliàs appellantur filij.
- 11 Cardinalatus quem ordinem exigat
- 12 Cardinalis non habet uocem, qui non sit
Diaconus.
- 13 Cardinalium episcoporū tituli quot sint
- 14 Cardinalium presbiter. tituli quot sint.
- 15 Cardinales non omnes appellantur cum
titulo.
- 16 Cardinalis Hostiensis præcellit cæteris.
- 17 Cardinalis Hostiensis numus inungendi
Imperatorem, et Pontificem Maximū.
- 18 Cardinalium non est diffinitus numerus.
- 19 Conuenit Cardinales non esse pauciores
septuaginta duobus.
- 20 Cardinales quandoq; fuerūt ad numerū
ducentum secundum aliquos.
- 21 Pontifex Maximus creat Cardinales non
alius.
- 22 Collegium non potest creare Cardinalem
sede uacante, & cur ita.
- 23 Pontifex Max. non tenetur exquirere
consensum collegij in creatione Card.
- 24 Cōcilium generale potest unum aut duos
Cardinales creare usu exigente.
- 25 Pontifex Max. an possit aliquem inui-
tum creare Cardinalem.
- 26 Cardinales æquiperantur præfatis præ-
torio.
- 27 Cardinales debent assistere S. Pontifici.
- 28 Cardinalis ex datione galeri plenum ius
acquirat.
- 29 Cardinalium officium eligendi Sum. Pō.
- 30 Pontifex Max. quando creetur, vel eliga-
tur à S. Concilio generali.
- 31 Pontifex Max. à quibus eligeretur olim.
- 32 Pontificis Max. electio olim confirma-
batur ab Imperatore.
- 33 Ludouicus Imperator primus cōstituit
ne laici in deligendo Pontifice se im-
miscerent.
- 34 Episcopi aliquando elegerunt S. Pont.
- 35 Concilium generale, nec Sum. Pontifex
possunt statuere ne Cardinales eligant
Summum Pontificem.
- 36 Summus Pontif. potest statuere modum
eligendi sui successoris.
- 37 Collegium quandoq; potest consistere in
duobus, & papam eligere.
- 38 Collegij potestas maior est vacante sede
quàm papa viuentē.
- 39 Collegium vacante sede multa potest ad
Pont. Max. spectantia, quæ non potest
Papa viuentē.
- 40 Collegium potest vacante sede Cardina-
lem in legationem mittere, & Cardina-
lem famq; restituere.
- 41 Collegij Card. sententia nō appellatur

- 42 Collegium cardinalium est in possessione, ne papa aliqd arduū faciat sine ipso.
- 43 Collegium potest facere concilium vniuersale pontifice Max. negligente.
- 44 Collegium potest excommunicare intrusum in papatum.
- 45 Potest revocare legatum de latere.
- 46 Et cogere aliquem cardinalem, vt legationem suscipiat.
- 47 Pontifex Max. non potest alienare ecclesie res pretiosas, nec dare in scudum sine consensu cardinalium.
- 48 Cardinales omnes quandoque se subscribunt alienationibus, & privilegijs.
- 49 Collegium cardinalium an concedere possit facultatem extrahendi aquam de flumine publico navigabili.
- 50 Collegium card. non habere auct. Sen. R.
- 51 Collegium card. et vacante sede non habet auctoritatem in his, que non sunt statuta per Pont. Maximos, vt auctoritatem habeant.
- 52 Pont. Maximus extinguere non potest dignitatem cardinalatus.
- 53 Cardinales habent minorem potestatem sede vacante, episcopi maiorem.
- 54 Cardinales digniores sunt, cum pontifici Maximo assistunt.
- 55 Nisi absentes legationis causa sint.
- 56 Poena offendentis cardinalem in persona.
- 57 Offendens cardinalem reum perduellionis, non incurrit predictas penas.
- 58 Cardinalis non potest recusari suspectus in iudicijs, nisi ex magna causa.
- 59 Vel nisi agatur de causa alterius cardinalis, quod tamen non procedit indistincte.
- 60 Cardinalis recte facit, si abstineat à iudicando in causa, in qua est recusatus uti suspectus.
- 61 A sententia cardinalis appellari potest.
- 62 Appellari non potest à sententia collegij cardinalium.
- 63 Cardinales habent auctoritatem episcopalem in ecclesijs suorum titularum, quamuis ipsi non sint ipsi episcopi.
- 64 Cardinales possunt vti pontificalibus in ecclesijs suorum titularum.
- 65 Possunt benedicere solemniter.
- 66 Possunt ordines conseruare.
- 67 Corrige, & excommunicare.
- 68 Beneficiorum suorum fructus absentes in curia Romana percipere.
- 69 Idem in familiaribus cardinalium.
- 70 Cardinalis à suo titulo abesse non debet,
- quamuis sit episcopus.
- 71 Cardinales non comprehenduntur in quacumq; dispositione generaliter loquente.
- 72 Nisi specialis mentio de ipsis facta sit, vel dispositio sit fauorabilis.
- 73 Regule cancellarie an comprehendat cardinales.
- 74 Constitutio Iulij de fructibus beneficiorum seruandis successori an comprehendat cardinales.
- 75 Constitutio concernens bonum publicum, & salutem animæ, comprehendit etiã cardinales.
- 76 Indultum Leonis concessum Duci Med. an comprehendat cardinales, vt detur assessor in causa laicorum.
- 77 Excommunicatio generalis non includit cardinales.
- 78 Cardinales non soluunt annatam pro beneficijs.
- 79 Delegatio facta cardinali non continet clausulam, vt iustitiam faciat.
- 80 Cardinalibus datur indultum, vt possint proferre beneficia suarum ecclesiarum cathedralium.
- 81 Cardinali testanti aliquid sibi mandatū vno vocis oraculo Sum. Pontificis creditur.
- 82 Cardinali dicenti se esse legatum quādo creditur.
- 83 An credatur cardinali in præiudicium alterius.
- 84 Cardinali an credatur sine iuramento, tam in iudicio, quàm extra.
- 85 Cardinali occurrens, qui ad supplicium mortis ducitur, liberandus venit, nisi delictum sit atroc.
- 86 Supradictum privilegium non potest exerceri per substitutum.
- 87 Cardinales absoluuntur à patria potestate quò ad utilitatem.
- 88 Cardinales filijs. an testari possint de bonis, que habebant ante cardinalatum.
- 89 Cardinales ex indulto restantur de bonis quæstis ex redditibus ecclesijs.
- 90 Licentia testandi concessa cardinali cõsumitur factò semel testamento, & finitur mortuo Pont. Max. qui concessit.
- 91 Domus cardinalium habent immunitatem.
- 92 Cardinales carcerem priuatum habere possunt.
- 93 Cardinali condemnando maior testium numerus exigitur, quàm in alijs.
- 94 Cardinalis non potest puniri de delictis

antc

- ante cardinalatum patris, & quare.
- 95 Mandata contra cardinales signantur manu propria Sum. Pont.
- 96 Cardinalis delegatus Sum. Pont. potest demandare obseruationem terminorū alteri etiam sine licentia Sum. Pontif.
- 97 Cardinalis non opus est, quod inibeat illi iudici, cui prius causa madata erat.
- 98 Auditores possunt procedere in causa licet alteri delegata, ante inhibitionem factam.
- 99 Inhibitio non fit cardinalibus, sed intimatio, vel denuntiatio tantum.
- 100 Intimatio facta cardinalib. habet vim inhibitionis.
- 101 Cardinalis non inibet cardinali.
- 102 Causa semel cardinali commissa nõ potest deinde alteri inferiori committi.
- 103 Clausula, appellatione remota, in delegatione facta cardinali, quamcumque appellationem, nedum friuolam remouere censetur.
- 104 In causa ambigua ferrenda est sententia pro cardinali.
- 105 Cardinali restanti in sententia, se vidisse assa creditur.
- 106 Cardinales episcopi prestant iuramentum fidelitatis, Sum. Pont. alij cardinales non.
- 107 Illegitimus non potest esse cardinalis.
- 108 Legitimus non potest esse cardinalis.
- 109 Monachi, & canonici regulares possunt esse cardinales.
- 110 Monachi effecti cardinales non sunt soluti omnibus substantialibus regulæ.
- 111 Regulares effecti cardinales recuperant facultatem testandi, & disponendi de rebus suis.
- 112 Cardinales debent eligi ex omni lingua & natione.
- 113 Cardinales cui consiteri debeant peccata sua.
- 114 Cardinalium familiares delinquentes, à quo puniendi.
- 115 Cardinales debent litigare per procuratorem, etiam in causa criminali.
- 116 Cardinalis an possit renuntiare ei dignitati.
- 117 Episcopus an cardinalis fieri possit reuocato Episcopatu, vel e contra.
- 118 Cardinalis S. Praxedis non potuit obtinere ab Innoc. III. vt fieret Episcop.
- 119 Canonici, et Cardinalis simul quis esse non potest.
- 120 Auctoritas sententia, quod cardinalis, et episcopus simul quis esse non debeat.
- 121 Cardinales nonnulli recensentur, qui etiam episcopi fuerunt.
- 122 Aliquorum error opinantium, posse Cardinalem Episcopatum habere.
- 123 Pontifex Max. quomodo possit dispensare, ut aliquis sit Cardinalis & Episcopus.
- 124 Cardinales singuli non tenentur de iure diuino assidere S. Pontifici licet uniuersi teneantur.
- 125 Cardinales singuli non tenentur ad respondendum qua ratione conuincatur.
- 126 Cardinales cur efficiantur administratores Episcopatus.
- 127 Cardinalis qui Episcopatum habet, cui potius deseruire debet.
- 128 Episcopus contrahit matrimonium cū sua ecclesia.
- 129 Pontifex Max. eligens Episcopum in Cardinalem videtur dispensare, ne teneatur in Episcopatu residere.
- 130 Collegij Cardinalium officium.
- 131 Protectores regnorum sunt ex Cardinalibus.
- 132 Cardinalibus indigentibus subueniri debet per Pont. Max.
- 133 Pontifex Maximus quandoq; se appellat cardinalem.

ALTER post œumenicum Concilium Ecclesie Catholice est Senatus, à Cardinalium, magnæ spes, imò salus altera Romæ, nam Cardinales, & vnus corpus dicuntur esse cum Pontifice Max. & penè pars capitis, & primam dignitatem secundum Pontificem habent. c Horum Cardinalium institutio more eorum sacerdotum facta videtur, qui in lege veteri appellabantur Sacerdotes Leuitici generis, vt disertè exposuit Innocentius III. infra scriptis verbis, videlicet.

„ Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt.) sed ea legis veteris verba de hoc loquẽtia habentur in capitulo decimosextimo Deuteronomij : & sunt hæc, videlicet.

„ Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris, inter sanguinẽ, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, &c. Surge & ascende ad locum, quem elegerit Dom. Deus tuus,

a cap. ecclesia habet. xvi. q. i. c. in nomine domini. di. xxij.

b Io. de Lien. in. c. ij. de cler. non resi. Barb. in hoc trac. q. i. nu. 25. Lind. Bolog. de pote. papa. nu. x. G. Gas. de pensi. q. lxx. Hier. Man. fred. q. lxx.

c Ho. in ca. dilectus. i. col. ij. de preb. ubi etiam alij Card. in clem. ne Romani de cle. And. sicu. de preban. Card. q. i. part. i. nu. 44. ad fi.

d c. per venerabilem, qui filij sint legi. ubi Abb. & idem Abb. in ca. ex gestis, col. i. de cler. non resid. Spec. in tit. de legat. §. sequitur, in princ. Barb. in contra. ca. i. par. q. i. nu. 3. & seq.

a c. sacrosan- Et a. ad fi. dist. xxij. ubi Arc. ca. presbiteri. xxiiij. dist. ca. fraternitatis. dist. lxxi. gl. in. c. ij. de of. fi. Archiep. b Alc. in lib. i. pr. eter. mis. o. rum, Lancell. Corrad. lib. ij. c. ij. si. i. nu. 16 tit. de instit. Card. in tēplo iudic. c. num. 34. & seq. d. c. ij. de cler. non resi. e. c. si quis pec. cunia. 79. dist. f. c. pr. sul. ij. q. iij. g. Arch. in c. ubi periculum de ele. in sexto Car. i. in clem. ne romani. s. porro, de elect. in sexto. Alb. de Res. in R. C. de sum. trini. Barbat. in hoc tracta. q. i. nu. v. Manfre. hoc trac. c. ij. b. Oldr. consi. lxiij. Marti. in tra. ij. q. xvij. & tra. de prin. ci. q. 484. Ana. in ca. ad lib. erandum. co. v. de iud. Fel. c. n. te. col. 6. de re iud. Pet. à mont. in mon. nar. conc. tit. de Car. n. i. Cor. ra. li. ij. c. ij. s. i. nu. 7. in tēp. iudi.

tuus, veniensque ad Sacerdotes leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, quaresque ab eis, qui iudicabunt, tibi iudicij veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, & sequarisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram &c. In lege autem Evangelica eorum sacerdotum Leuitici generis loco successerunt Apostoli Domini: Cardinales ergo, quum sacerdoti ipsi magno, idest Pontifici Maximo assistant, potestatis eius participes facti, quemadmodum sacerdotes leuitici generis assistebant magno sacerdoti Aaron, & Apostoli Christo, merito vtrorumque exemplo introducti videntur. & merito Cardinales appelluntur, quod his veluti validis cardinibus fores Ianue Catholice Ecclesie fulciantur, & vertantur, a quo nominis insigni, & cuius quidam magistratus, ut praefecti praetorio, & Africae, & Asiae olim in Codice Theodosiano appellati sunt, ut meminit Alciatus. b. Ambiguum est tamen, ac ferè incertum, quando hoc nomine primùm honestati, insignitumque sint, cum alij ante Siluestrum, alij post eum id factum opinentur, qua de re late Lancellotus Corradus Hieronymus, Manfredus, Cardinalis Albanus, post Andreas Siculum, & Martinum Laudensem, sed Paulus Borgasius Episcopus Nemosiensis in praecitati sui tractatus de irregularitate, sexta parte, titulo de Simonia, c. diffusissimè hanc rem prosequutus est, referens Claudium Parisiensem, Platinam, & Malonem quendam antiquum Historiae Christianae scriptorem, & Augustinum de Anthona, & concludens tandem, Innocentium Quartum, cuius Pontificatus cepit anno salutis M C C X I I. Praesbyteris, & Diaconis vrbis Romae, quibus eligendi Sum. Pontificis authoritas data erat, huius nominis honorem, & ornatum dedisti, cum antea simplices sacerdotes ecclesiarum, vel Rectores, sine honore, aut pompa essent, quod postremum verum non credo, cum longè ante Innocentium mentio Cardinalium frequens legatur, nam & Leo Quartus,

qui longè ante Innocentium fuit, memoriae scriptisque mandavit, Anastasium Praesbyterum Cardinalem tituli B. Marcelli ab omnibus in Synodo canonice esse depositum, eò, quod parochiam suam annos quinquaginta contra canonum instituta deseruisset. d. qui Leo teste Platina floruit anno 848. scribitque idem Platina in vita Siluestri Tertij, qui fuit anno salutis 1040. Siluestrum esse creatum; Et in vita Nicolai, cuius Pontificatus incidit anno salutis 1058. memorat, hoc decretum ab eo conditum fuisse, ut, si quis pecuniari, aut gratia humana, aut populari, militari sine concordi, & canonica electione Cardinalium fuerit in Throno Petri collocatus, is non Apostolicus sed Apostaticus diceretur, &c. vnde apparet; iam tum Cardinalium nomen extitisse, & ad eos designandi Pontificis Maximi ius spectasse, qui Platina pariter multis in locis mentionem de Cardinalibus facit ante Innocentium Quartum; ut in Leonis v. r. i. aliorumque P. s. successorum vita, item reperitur, quod Siluester Papa in generali synodo residens dixit, Praefectus non damnatur, nisi lxxij. Testibus, Praesbiter autem Cardinalis, nisi cum lxxij. testibus non deponatur, Diaconus verò Cardinalis vrbis Romae, nisi cum xxvij. testibus non condemnabitur, & legitur quoque eiusdem Siluestri Papae decretum in prima actione, Can. v. ut Diaconi non essent plures per parochiarum exanone, nisi duo & Cardinales vrbis Romae septem, de praedicto loco tamen, quem Gratianus supra à me relatus memorat, nihil in libris Conciliorum compertum habeo. Nec tamen his assentiri possum, qui hunc nominis, & dignitatis illustrem honorem Pontiano, & Marcello Pontificibus Max. acceptum ferunt, licet ex chronici Martinianis legatur, ac probetur ab Archidiacono, Cardinali Florentino, Alberico de Rofate, & Andrea Siculo, e sed meritò non recipitur, neque ab Oldrado Laudensi, nec à Martino pariter Laudensi, nec à Ioanne de Anania, nec Felyno, nec Petro à Monte, nec Lancellotto Conrado, nec alijs. h

Conueniunt quidem omnes ferè praedicti, Innocentium Quartum ea, quae nunc Cardinales gestant, insignia galeae cubri, & birreti, & strata vehiculi deferendi ius, auctoritatemque eis concessisse, quorum omnium insignium cardinalibus ex privilegio competentium qualitatem, & modum, atque etiam rationem, & significationem nouissimè post alios Hieronym. Manfre. ponit in tractatu hoc suo capite. v. Item omnes affirmant, nunquam Pontificem Maximum suis consiliarijs caruisse, quamuis olim hoc cardinalium nomine illi consiliarij non appellarentur, & eisdem tamen potestatis erant, ferè, cuius hodie sunt, cardinales. a. Sed sciendum, quod quatuor nonnullae cathedrales ecclesiae etiam praeter Romanam privilegij hoc habeant, ut principes sacerdotes suos cardinales appellent, ut ecclesia Compostellana, & Ravennas Metropolitana, & Mediolanensis: hae auctoritate ecclesiae Romanae tamen in illi concessum est ecclesiae, cardinales habere, b. neque illi cardinalium nomen merentur. c. Pontifex Max. ubi cardinales in vniuersum appellat, fratres eos nuncupare solet, singulos verò filiorum nomine, nisi episcopatus ordinem titulo suo annexum habeant, nam eos fratres etiam nuncupatim appellare singulos solet. d. Hi verò cardinales, vel episcopatus ordinem ei dignitati annexum habent, vel praesbyteratus, vel diaconatus, nam cardinalatus ipse non est ordo, sed dignitas, & officium, ut alijs quoque edocuisse nos meminimus: nec quispiam cardinalis sine diaconi saltem titulo esset solet, e. nec inter cardinales suffragium ius habet, qui diaconus non sit. f. Sex sunt episcoporum cardinalium tituli S. Hostiensis, Portuensis, Albanensis, Praenestinus, Sabinensis, Tusculanus; his olim & titulus S. Rufinae apponebatur, sed ea ecclesia postmodum Portuensi Ecclesiae annexa, vnitaeque fuit, ut docet glossa ad septimam regulam cancellariae Innocentij octau. Praesbyterorum tituli feruntur octo, & viginti, diaconorum octo decim longo ordine, & pulchra serie alibi enumerati: quemadmodum. n.

conue-

a. c. in parochia. xvi. q. i. c. in ecclesiasticis. xij. q. ij. Barb. in hoc tract. q. i. nu. 24. Lancell. Corrad. ubi sup. nu. 17. b. Archid. in c. omnes. dist. xij. Hieronymus Manfredus, in hoc tract. cap. ij. c. gl. in c. pudor. xxxij. q. ij. A. b. in c. bone pri. col. ij. de postulat. pralat. R. g. b. in trac. de consue. fol. 22. Gomez. in reg. cancell. de an. na. l. 1. §. q. xlviij. §. 293 D. & E. d. Abb. c. monuit. col. ij. de his que sunt à prala. c. i. in fi. ubi gl. de of. fi. leg. in sexto. e. Clem. v. hi qui. §. illi vrb. ubi Card. de ara. & quana. li. i. in c. ij. de of. vrb. Mar. Laud. in tract. i. q. vlt. & n. tra. l. ij. de Card. q. 14. f. Specu. in tit. de legato. §. sequitur. Cassa. in catal. glor. nammi. Lancell. supra. nec. institutio. em. nu. 14. g. Manfr. de ci. cccxxi. h. Bar. in ca. antiqua. d. privileg. Martin. Laud. in trac. i. de cardin. q. xxxvij. i. est numerus, i. nam, est aliqui credat tot esse oportere cardinales, quot Apostoli, Discipulique Domini fuerunt, alij verò, non plures creati oportere, quam eorum hactenus conscripti inueniuntur tituli, receptum est tamen frequentioribus sententijs, de arbitrio Pontificis Max. totum hoc negotium pendere, qui potest & plures & pauciores, prout

SVPRIMUM inter ecclesiasticos ordinis diximus supra esse Episcopatum iure nostro, cum ergo instituti nostri sit, de ordinibus singulis specialiter agere, ab hoc incipimus, nam, quod de Pont. Max. actum est supra, ut de dignitate potius, quam de ordine actum est, merito ab alijs disinctum de eo agendum fuit, quamuis enim & ipse inter Episcopos censetur, quo titulo & se ipsum appellare solet, nempe vrbis Romae Episcopum, (A non tamen verum esse credas, quod vulgò dicitur, ecclesiae Lateranensis Episcopum appellari eum, nusquam enim hoc in iure scriptum inuenitur, edocet glossa ad septimam regulam Cancellariae Innoc. octauus,) quia tamen ceteris omnibus episcopis Romae episcopus praestit, & princeps est, plurimaque praeter alios priuilegia habet, ne videretur neglectus, si cum alijs vna sermo habitus de eo fuisset, operae pretium duxi, de eo specialiter supra tractare, nunc verò de omnibus episcopis in vniuersum. Illis enim Pontifex Romae, orbis terrarum episcopus sic vices suas, & potestatem communicauit, ut in partem sollicitudinis, non in plenitudine potestatis eos receperit, vel vocarit: **¶** Verè enim vna est à CHRISTO Ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa, & episcopatus vnus multorum episcoporum concordia numerositate diffusus. **¶** Hoc autè in igni nomine Episcopi appellatur, quasi speculatores, quod populorum sibi creditorum mores speculati eos quam vigilantissimè oporteat, quod possint deinde, quae vident fenestram Leonis rugienti aperiri, aut rimas aliquas laxari, ne in gregem crassetur, promptè providere, fenestram cautè muniendo, & stipando. Debent autem episcopi singuli, cum nomen suum actui ut authores cuiuspiam inscribunt, Apostolica sedi post Deum acceptum episcopatum ferre, his verbis. s. Hip. Dei, & Apost. sed. gratia Episcopus Pap. ne se de haeresi suspectos, episcopatu indignos, ac forte etiam priuatos faciant, ut monet Rebui. in praxi beneficiaria in forma literarum consuræ, numero primo.

¶ Hi verò in classes quatuor, vel sedes

diuisi sunt, videlicet, Patriarchas, primates, seu Archiepiscopos, Metropolitanos, & simplices Episcopos, de quibus omnibus infra sigillatim sub suis titulis dicturi sumus, nunc de his, quae omnibus Episcopis cuiuscunque classis conueniunt, disseramus: **¶** Quarum omnium tamen classium plenitudinè Pontifex Maximus habere dignoscitur, cum interdum se (ut diximus) Episcopum appellet, quandoque Archiepiscopum, & quandoque Patriarcham: **¶** Episcopus autem simplicis hic longè magis, ac veluti ex professo complectemur, seu eos Pontifices appellare quis malit, quod nomen, & Prietis, iam tum, quando eeci misererrimè que mortales idola muta, & Demones colebant, in vsu fuisse nemo ignorat.

¶ Episcoporum tanta in exultatione olim dignitas erat, ut auctoritatis suae quaedam pati decessione persuasum plerisque esset, si Cardinalium collegio adsciti aggregati que fuissent, nempe vsque ad tempora Clementis V. & Ioannis xxii. ut ex veteribus scriptis refert Gomehus in proemio Regularum Cancellariae, **¶** hinc prudenter olim Leo Papa constituit, ut Episcopalia gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus praeficiantur, ne honor, cui debent excellentiora committi, numerositate vilescat, **¶** **¶** & S. Trid. Concilium constitutione decima septima, Session. quinta supra vicefimam Episcopis mandauit, ut tam foris, quam in ecclesia suū gradum, & ordinem pra oculis habentes, ubique Patres, & Pastores esse meminissent, ac Principibus, ceterisque omnibus, ut eos paterno honore, ac debita reuerentiā prosequantur, **¶** & Sessionis vicefimae quartae, capite decimo tertio constituit, ut omnes haec cathedrales ecclesiae, quarum reditus summam ducatorum mille, secundum verum annum valorem non excedunt, nullis personibus, aut reservationibus fructuum onerentur, quod alia ratione factum non creditur, quam, ut suū dignitatis decorum seruati custodiri que possit, atque ut hospitij, pijsque elemosinis apud Deum, & homines clarifluant. **¶** Sūt enim illustres (ut plures

a c. si episcopus accusat. ij. q. ix. & ca. transmarinos dist. xxv. & c. Aphros. ea. dist. in supra-
criptione.

b c. q. se scit, & ca. decrero. ij. q. vi. in si. c. qui se scit. ea. q. & cau. cap. multi stupro. ad si. ij. q. vi.

c c. nouatianus. vi. q. 4. c. vnam. in ex traug. com.

d c. Statuum dist. iij.

e c. si. di. xxij. Borga. in vrac. de irrogu. par. ij. ti. de dissp. episc.

f cap. i. de pri uileg.

a Bal. in l. ad milititudinem. C. de episc. & cleri. & in l. nul-
lus. C. de decur.
b Bar. l. i. §. si quis. ff. de appel. Marc. Mant. in trac. de conc.
numero. 66.
i. c. in nouo. dist. xxi. c. sacrosancta. dist. xxij. c. porro. dist. 66.
c. ecclesiast. di. 36
d. d. ca. in no-
uo. c. legimus.
dist. xxiij. 10a.
Hugo. in trac. 12
de quatuor p-
la. question. i.
in. ij. par. Bor- 13
ga. ubi sup. nu-
me. 120
e Barbati. in
tra. de praes. b
Card. q. i. Gig.
de pensio. que-
stio. ij. Silua. in
tra. de be-
nef. quest. 4.
colum. antep.
Berous. c. cum
venissent. nu.
25. de indi.
f. c. ad multis.
de eta. & qua- 14
li. c. miramur.
ubi glo. de Ser.
non ordin. c. si.
distinction. lx. 15
Abb. capitul.
non potest. co-
lumn. prima.
numero quar-
to. & columna
secunda. de re
iudic.
g Ioan. Aud. 17
in cap. primo.
de cler. per
sal. promot. Ia-
cobat. in tra-
ctat. de conc.
libro decimo,
cap. vij.
h Abba. in dicto capitulo primo. & capitulo ex literis. de
cler. per sal. promo.
i glo. fi. in c. i. de cler. per sal. promo. ubi Abb. & alij.
k Didac. lib. i. c. x. variar. resol.
l c. referente. de celebr. miss.

res censent) Episcopi, quamquam & multi eos non esse illustres existima-
runt, sed illustribus quidem equipera-
ri, a pau certe sut clarissimi, vt ait Bar-
batia in prima questione Basilica par-
tis. j. p. penes quem etiam reperies late
tractatum, Cardinales ne, an episcopi
maior sit dignitas, ordine quidem epi-
scopi, sed administratiōis latiori pote-
state Cardinales antecellūt, vel (vt alij
dicunt) episcopus ratione dignitatis,
Card. verō officij ratione maior est. b
Episcopi nō omnem eodem tempore
simul potestatem eius dignitatis acci-
piunt, sed aliam electione, maioremq;
confirmatione, ac plenam postremō
consecratione allequūt, vt in frā suis
sub titulis sigillatim de vnoquoq; eor-
um agemus.
Episcopali igitur dignitati duo inprini-
mis competunt, quæ alijs inferioribus
non tam late patet, p̄ ordinis, si iurisdic-
tionisq; potestas, c. p̄ Apostolorum
enim vice, quos Dominus in terrarū
orbem vniuersum ad docendos, sanan-
dosq; homines misit, Episcopi succes-
serunt, d. quapropter rectē nonnulli
edocuerunt, Episcopatus dignitatem
ex iure diuino esse, quamquam Diœce-
sium distinctio, personarumq; ordina-
tio, quibus Episcopatum munus
demandandum sit, iure humano indu-
cta dici possit, e quod etiam sacri Tri-
dentini Concilij constitutionibus Ses-
sionis vigesimæ quartæ, capite primo
edocemur.
Distinctæ autem ita sunt hæc, p̄ quas epi-
scopos habere diximus, potestates, or-
dinis, scilicet, ac iurisdictionis, vt qd̄
vnius est, sub altero non contineatur,
quas vt rasq; potestates, & quilibet
sacerdos pariter, non tamen ita latis p̄
manus impositionem adipiscitur.

† Episcopalem ad dignitatem religii-
quis potest, & si ordinem in subdia-
norum tantum receptus sit, nec ad ma-
iores ascenderit. f
f Ambigui autem valde contingit tam in-
ter nostros, quam sacre Theologiæ
doctores, san, qui presbyter nondum
effectus est, possit Episcopus consecra-
ri, & magis receptum à nostratibus vi-
deatur, posse, cum distincta hæc pote-
stas ab alijs ordinibus sit, quāuis exer-
cere eam non possit, qui presbyter nō
est, vt post Io. Andrew e testatur Dida-
eus Coaruenus in capite decimo; pri-
mi libri variarum resolutionum; quā-
uis Abbas aliud opinatus sit, cum non-
nullis alijs; n at glossa relatis Laudu-
ni, & Vincentij opinionibus ait; reci-
pere posse sacrum ordinem, etiā eum,
qui nullum ordinē minorem habeat,
non tamē ordinem recipere posse Epi-
scopalem, quem nemo nisi saltem sit
sacerdos recipere potest, ac dum mo-
do esset sacerdos, nihil ferre, & si dia-
conus, aut subdiaconus non foret, vt
Episcopus consecrari possit, sed illum
tamen, quem ipse consecutus nō fuit,
ordinem, alijs conferre non posse, r
qua de re, & nos fortē sermonem ali-
quem habebimus, cum de ordinandis
tractabimus.
Hæc igitur infra scripta ex ordinis epi-
scopalis potestate dicuntur, quæ tamē
presbyteris non licent, quæ non im-
merito supra, dum de ordinibus cleri-
corum ageremus, diximus, episcopatu-
m esse proprium ordinem à cæteris
disiunctum, quod præcipua munia,
maiorēq; potestatem, quā cæteri
in ecclesia habeat, quamuis in sacro
sancto illo altaris sacrificio nullam sa-
cerdotibus habeat maiorem functio-
nem, vel potestatem. x. p̄ Chrisma. n.
oleum cathecumenorum, & oleum in
firmorum alij non faciunt, quā-
m hi, qui in ordine Episcopali constituti
sunt, quæ solennia in die anniuersario
cœnæ dominicæ quotannis celebrari
solent. r Soli Episcopi ad ecclesiasti-
cos ordines admittere aliquem pos-
sunt, ecclesiasticæ, & altaria, & virgi-
nes sacrare, pollutasq; ecclesias, &
cœmiteria expiare, & conciliare; † Cle-
ricosq; ue actu deponere, neque enim
quis credat, hoc postremum in pote-
statem

statem iurisdictionis pot us, quā or-
dinis cadere, hac enim ratione ordi-
nis dicitur, nō iurisdictionis esse, quia,
cum ordinem collatio sit ordinis, non
iurisdictionis, merito & eorum priua-
tionem ordinis esse consequens est,
† qua ratione & dictum est, cognitio-
nem causæ criminalis aduersus mino-
res clericos ordinis esse, ideoq; ad epi-
scopum nondum consecratum non
pertinere. A
Sed, quamuis episcopus iu omnes suæ
ciuitatis, & diœcesis clericos habeat
iurisdictionem, contingit tamen inter-
dum, ex his nonnullis specialibus pri-
uilegijs iurisdictioni ipsius eximi,
† quod vel proprijs meritis eorum sit,
vel ex causa, puta, si quis cum suo epi-
scopo litem habeat inuilem, vel crimi-
nalem, æquum videbitur interdum,
pendente lite immunem eum à iurisdic-
tione episcopi, aut ad certum tem-
pus seruare, ne ille interea temporis
cetera clericum causa quæsit, sub alio
prætextu cœuiat, s quod duplici quid-
dem modo fieri solet, nam vel immu-
nitas ab ipso Pontifice Maximo rectē
conceditur, vel iudici mandatur, iu-
stitiæ rescripto, vt probata scuitia eum
eximat, vt scripsit Mandosius in signa-
tura gratiæ, quibus autem verbis pri-
uilegiij à iurisdictione episcopi exima-
tur quis, declaratum est supra in titu-
lo de priuilegijs.
† Iurisdictionis † verō ad episcopum spe-
ctantis sunt infra scripta, videlicet ius,
& potestas excommunicandi, & ex-
communicatos absoluedi, interdici-
di; poenitentiam solennem iniungendi,
purgationem indicendi, suspen-
dendi, ex authorandi, delictorum ali-
quorum soluendorum potestatem sibi,
& maioribus suis retinendi, peccato-
rum pœnas in foro animæ indulgen-
di, pluribusq; in causis rigorem iuris
laxandi, iuramenta à vassallis accipien-
di, eosq; confirmandi, instituendi, &
destituendi, corrigendi, moresq; refor-
mandi, visitandi ius, & dum inuifit,
sumptus viatici, quam procuracionē
vocant, ab his accipiendi, quos inuife-
rit, de omnibus ecclesiasticis, & spiri-
tualibus causis cognoscendi, ac decer-
nendi, Diœcesanam synodum, vel me-
tropolitanam, si maior episcopo sit,

congregandi, certumq; honorarium
Synodi causa (cathedraticum vocant)
& si opus fuerit, quia peregrinationis
necessaria fortē, vel itineris sumpti-
bus ferendis redditus Episcopatus pa-
res non sint, suppetias a clero exigendi,
& quod subsidium charitatum
appellant, decimarum, quæ alijs per-
sonis ecclesiasticis exoluuntur, quar-
tam portionem percipiendi, & Præla-
tis defunctis, funeralium potestas,
pomparum, & similia. c
Neque otiosam, paut inuilem credas
hanc ordinis, & iurisdictionis Episco-
pali distinctionem, cum diuersi etiā
ex his oriantur effectus, & diuersi iu-
ribus regantur, si quidem ea, quæ sūt
iurisdictionis, mox vbi electus quis
fuerit Episcopus, etiam ante confir-
mationem, & consecrationem ei com-
petunt, at, quæ ordinis sunt, non nisi
postquam consecratus fuerit, nam or-
dinis illius Pontificij plenum munus
demum cōsecratione cōferitur, dhinc
etiam, qui ante atatem legitimam ad
Episcopatum postulatus fuerit, vtilita-
te, aut necessitate ecclesiæ id fortē ex-
poscente, si à sede Apostolica faerit p̄
curator effectus cum libera tempora-
lium, & spiritualiū administratione,
quæ iurisdictionis sunt, ipse quidem
exercere poterit, sed, quæ ordinis sūt,
& quæ ministerium exigunt consecra-
tionis, poterit mandare per alios Epi-
scopos exercere. f
Item, quæ sunt iurisdictionis, etiam
ei, qui Episcopus non sit,
mandari possunt, at, quæ ordinis
sunt, soli Episcopo sunt committen-
da. f
Rurussciendum est, quod eorum,
quæ Episcopo competunt, iurium, a-
lia ad legem iurisdictionis, alia ad legem
diœcesanam pertinere dicun-
tur, e quorum tamen discernendorū
† vix certa præcepta tradi possunt, q̄-
uis enim glossemata in hoc perstite-
runt, vt ea quidem, quæ in conferen-
do consistunt, ad iurisdictionis legem
spectent, quæ verō ipsi Episcopo ab a-
lijs præstantur, diœcesanæ legis sint, n
hoc tamen receptum non est, q̄ vtrū-
que in partem mendosum videatur,
cum dare sit aliqua ad iurisdictionem
pertinentia, quæ tamen non ab ipso
Episco-

a gl. & doc. i
c. transmissa.
de cle. 10. Fir. i
tra. de epif. li.
iij. in si. par. ij.
prin. nu. 24
b Deci. vlti.
Cass. de priu.
Mand. insign.
grat.
c c. transmissa
ubi glo. de
ele. cū ibi nat.
d d. ca. trans-
missa. ubi no.
dicemus inf.
e ca. is cui de
ele. in sex. c. cū
nobis ubi glo.
& Ab. de cle.
f c. quod sed
ubi gl. mag. de
off. or. c. aqua.
ubi Ab. de cū
secr. Bero. c. ve-
niens. nu. 2. de
accusa.
g ca. dilectus.
ubi glo. c. con-
querente. de of-
fi. ord. c. audi-
tis. de praeser.
glo. ca. i. x. q. i.
Maria. Soci. in
trac. de off. or.
h gl. d. c. dile-
ctus. & d. c. i.

a c. sopite. c. venerabili. de censib. b Inno. c. i. de sta. mo. Turrecre. d. c. i. x. q. i. Zaba. Inno. c. i. de sta. mo. Turrecre. d. c. i. x. q. i. Boic. in tr. de Syno. par. i. nu. 61. Siluest. in sum. ver. episcopus. c ca. auditis. de preser. vbi Inno. c. Ab. et Felyn. d Ab. in c. dilectus. Homi. Boic. vbi sup. Pet. Rauen. in sum. de off. or. ver. si. scias. qd. de lege. e Bald. in l. quis. s. in omnibus. col. i. c. de epif. & cle. f Ab. Inno. Turrecre. Pe. Rauen. Sor. ubi supra. g c. luminoso 18. q. 2. h Inno. c. Ab. in d. c. dilectus. Rauen. et Turrecre. vbi supra. i gl. in d. c. luminoso. ver. publicas. vbi Turrecre. mat. k c. quam sit. xvij. q. ij. Ab. ba. & Inno. c. d. ca. dilectus. Rauen. vbi su.

Episcopo ad alios proficiscuntur, sed ab alijs ad Episcopum potius, cuius modi est procuratio, id est, sumptuum Episcopo diocesim correctionis ergo peragranti, suppeditatorum onus, a item contra, quaedam extant, quae, & si ab ipso Episcopo fiant, ad legem ramentum diocesanam spectant, vt est Synodus, nec vlla ratio redditur, quare haec ad legem diocesanam, illa ad iurisdictionem spectent, hinc dicitur, vocabula haec recentia doctrinae causa confecta esse, & pro omnia quidem verè legis diocesanae esse, quae totum ius Episcopale continent, & exhaustiunt, quae in lege diocesana & illa continentur, quae sunt iurisdictionis, quare non aliter haec inter se differre, quam genus à specie c differat, cū lex diocesana sit genus, lex iurisdictionis species, Illa autem iurisdictionis, de quibus hic expressum est, cetera legis diocesanae, item haec, quae monasteria quoque ipsa adstringunt, iurisdictionem spectare, illa verò, à quibus monasteria sunt immunita, legem diocesanae. d Quae sanè doctrina certū nihil tradit, aut praecipit, cum petitioni ipsius principij locus sit, nā adhuc dubitatio superest, quenam leges monasteria distringant, quae non, recedenti quidem in canonibus solent non nulla, quae sunt legis diocesanae, & non nulla, quae sunt iurisdictionis, nec nō & illa, quibus monasteria tenentur, sed hoc satis mihi facere nō videtur, nisi certa doctrina tradatur generaliter, quibus altera ab altera discernatur, cum aliqua existere possint, quae in canonib. illis enumerata nō sunt, & tamen iuste ambigatur, ad quam legem referenda sint, quocirca ad generalem regulam eundem erit, vt sciamus deinde, an monasteria his obstricta sint, vt (gratia exempli) nunquam decisum reperitur iure, an dispensatio ad legem diocesanam, vel iurisdictionem spectet, in quo Borgasius nō mediocriter elaborauit, in dicto titulo, An dispensatio sit de lege diocesana, nec pariter decisum reperitur, cui legi Synodus adscribenda sit, quāuis aliqui dicant, vocandi synodi potestatem esse de lege diocesana, sed, q; accedere ad eā cogatur, esse iurisdictionis

nis, vel, quod statui ibi possit lex, & statuta seruari, esse iurisdictionis: Et Baldus quidem de hac re tractans ait, iurisdictionem in omnibus illis consistere, in quibus Episcopus tenetur ius, & iustitiam subditis ministrare, siue ea iustitia versetur in foro poenitentiali, seu in foro iudiciali, qui iudicialis forus triplex est, spiritualis, scilicet Ecclesiasticus, & temporalis: Spiritualis quidem in matrimonijs, & beneficijs, Ecclesiasticus in vltimis, & similibus, Temporalis in domo, & fundo, hanc igitur iustitiam, ad quam Dominus erga suos subditos tenetur, iurisdictionis esse, ait Baldus, ea verò, quae subditi erga dominum obligati sunt, ad legem diocesanam pertinet, quod Baldi praecipuum eandem tamen, quam, & praedicta glossa doctrina difficultatem patitur. Tutius igitur fuerit tenere, ea legis iurisdictionis esse, quaecunque ex lege diocesana enumerata in canonibus nō sunt, & omnibusq; illis monasteria tenentur, quibus non tenentur illa nihil expressum est canonibus, & quocirca monasterijs onus incumbit probandi, aliquid ex lege diocesana esse, & se ad illud non teneri, & quando certa regula tradi non potest, quae haec inter se discernantur. Enumerantur tamen infra scripta à doctoribus, quae ex canonibus eo, quae diximus, modo excerpta credunt, veluti ad legem diocesanam spectantia, ac, quibus monasteria praestandis non teneantur, videlicet: Quod Episcopus publicam missam in qualibet suae diocesis Ecclesia dicere possit, ibique Cathedralam sibi deligere, vt verbū Dei populo enuntiet, causasque audiat, legis diocesanae est, nec licet Episcopo in Ecclesijs monasteriorum hoc facere, & quamuis alioqui illa monasteria nulla immunitate potirentur. n Solè nū quisdem Pontificio more indutias missas ibi facere non est Episcopis interdicitum, vt glossa pbata scripsit. i Item, quod Cathedrali nomine Episcopo Synodum facienti (Cathedrali cum, seu Synodaticum appellant) per soluendam esse, à monasterijs non exigitur, quia legis diocesanae est. k Item, quod Praelato defuncto oēs Clerici

Clerici exequias facere, & comitari funus, dum effertur, tenentur, quae cōsuetudo aliquibus in locis viget, legis diocesanae est, cui monasteria non subiacent. a Hospitationis, t quoque ius habet in suos Clericos Episcopos, nam potest eos compellere, vt Praelatos aliquos, vel dominos, vbi vsus venerit, hospitatio excipiant, & hoc quoque tamen legis diocesanae existimatur, quare monasteria hoc onere soluta sunt, alijsq; huiusmodi obsequijs, & sed si eos Episcopus ipse domi suae hospitari malit, poterit iudem Clerum secularium cogere, non monasteria, vt his sumptibus Symbolū ferant, c si eis ferendis Episcopi opes non superfluit. d Diocesanae t quoque legis, & consequenter monasteria non obligat, tradunt Doctores esse ius, quod Episcopus habet charitatis gratia subsidium à clericis suis exigendi, vbi indigere eum contingat, vel, cum necessaria peregrinatio aliqua ei incidit, puta, vt ad Concilium, ad Pontificem Maximum, aut aliò proficiscatur, vt ecclesiae populivae sui rem agat, vel vt litis contra Ecclesiam motae expensas sustentare possit, aliā ve magna virget necessitate, & quom sententiam vt veriorerum cum Innocentio amplector, & quamuis idem Innocentius non videtur si bi omnino constans fuisse, & Abbas Panormitanus contrarium asserat. g Idemque de subsidio charitativo simpliciter dicendum puro, à quo tamen in magna necessitate Episcopi, neque monachos excusandos censeo, n sed & ipse clerus secularis ad haec onera cogendus non est, vbi non defunt Episcopo opes, quibus absque hoc subsidio hos sumptus tolerare possit, vt diximus proximè supra, i subsidij autē huius dari certa meta nō potest, nam rei, & negotij necessitas, Episcopi opes cleri numerus, & facultates, vel maiorem, vel minorem summam requirēt id certe arbitraret verum, decimam redditum portionem excedere nō debere, nisi maxima, ac ferè ineuitabilis necessitas aliud postulareet maius subsidium, ad angustiarum solatia, o ctauum puta, aut paulò maiorem portio nem, & haec quidem est mea sententia,

gl. & Ab. in d. c. dilectus. Inno. c. i. de sta. mon. Rauen. ubi supra. b gl. Inno. c. Ab. & alij in d. c. dilectus. c Arch. c. vno. x. q. ij. ap. ad Ab. c. cum apostolus. de cens. d Car. cle. i. nu. 3. de excess. pral. Alciatus, resp. 161. nu. 12. ap. ad Ab. in d. c. cum apostolus. e Car. in cle. i. s. i. col. ij. de excess. pral. Fran. de March. q. 472. nu. 3. q. uesf. 1025. f Inno. d. c. i. de sta. monac. Rauen. vbi supra. Fr. Mar. vbi supra. g Ab. d. c. i. de sta. mon. & d. ca. dilectus. & cōf. xxxvi. h gl. in cle. i. de excess. pral. Ab. in c. cum apostolus. de cens. i Card. cle. i. col. 3. de excess. pral. Boer. q. cxxxij. nu. 9. Rgl. consi. nu. 67. lib. ij. k ar. lex praestatione. & l. a legatis. c. de velti. & com. l. Card. d. c. cum apostolus q. vii. in c. i. s. i. de excess. pral. A. s. l. dec. cxxxvi. Boer. deci. cxxxij. Gramma. dec. 88. addit. Pavin. de subsid. charit. m d. c. quam sit. xvij. q. i. Inno. in d. c. primo, de statu monachorum. n Inno. vbi supra, Ab. in d. c. dilectus. o c. de bis, & c. antiquos. x. q. i. & c. pro utilitate. xvij. q. i. c. i. de stat. regul. c. minus. de excess. pral. p c. i. & ij. x. q. ij. Ab. in d. c. dilectus. q c. nimis. de excess. pral.

quicquid aliter opinati sint alij. 1 Est pariter legis diocesanae potestas, quam in subditos sibi clericos habet, vt, quem voluerit ex ipsiis, possit rerū publicarum causa Romā, aut ad quosvis Principes, licet inuitum, & relictā tem mittere episcopus, quod ius in monasterijs exercere nō potest, nec vāgandi eis materia datur, qui vitam sibi seorsum à ceteris agendam elegerunt, & nisi videlicet populi curam monasterium haberet, tunc enim & monachum non minus, quam clericum, si publici negotij, & curae opus id exigere episcopus iudicavit, mittere potest. n Inter casus legis diocesanae refertur etiam illa decima oblationum pars, quam de pijs hominum largitionibus Ecclesia percipiunt, neque enim quicquā ex eis episcopo reddere monasteria tenentur, o quod olim quidem sola monasteria prestare non tenebantur, sed nullae ecclesiae hodie id onus subire tenentur, neque etiam seculares, nisi illis casibus, quibus expressum est, eas teneri. p Indicendi quoque supplicationes, & cogendi clerum, vt procedendo p vrbem suo ordine seruato suis sub vexillis preces Deo summo ex causis non valde serijs effundat, legis diocesanae esse perhibetur, nec monasterijs huiusmodi supplicationes etiam mendicantibus imperari posse, quamuis magnis in causis & in rogationibus tam minoribus, quae tribus diebus continuis ante anniuersarium ascendentis in caelum domini diem, quā maioribus, quae die D. Marci fieri consueverunt, ac quae ex publica vtilitate sūt, aliud sit. q Nec

a gl. c. cu pastoris. ij. q. vij. ver. at quida. Phil. Franc. Imo. Domi. c. si religiosus. de elect. in sext. b c. quidam. c. de monachis, & seq. vbi gl. de const. dist. 2. c. si q. s. vult vbi gl. xvi. q. vlti. d no. in c. vifis. 16. q. 2. Rodan. tract. de rob. eccl. non alie. tit. de auctor. p. v. in alien. interpo. nu. 66. e Sess. xxv. c. 12. & 13. 49 Nec somitto, opinari multos, Episcopum posse monachum etiam. relucante Abbate sibi cubicularium adsciscere, vbi illud monasterium à Iurisdic. Episcopi exemptum non sit. A de off. ord. c. i. 50 His figuratur semotis, ac similibus cetera iurisdictionis erunt, & monasteria quoque ipsa adstringent; thinc & monasteria fundari non possunt absque Episcopi licentia, collapsa quidem instaurari possunt, nec monasteria aliò transferri etiam ex causa utilitatis, absque Episcopi venia debent, c qui tamen exempti sunt Abbates, Episcopi imperium evitare possunt, etià in his, quæ legem iurisdictionis spectant, nec dum his, quæ diocesana legis sunt. d 52 At, si vera hæc præceptio est, vt ex lege iurisdictionis dicantur omnia esse, quæ episcopi monasterijs custodienda mandare possunt, sequetur, vt plura à sacrosancto Tridentino Concilio episcopis in regulares cõcessa legis iurisdictionis esse dicantur, tputa, vt cõsuetud. & interdita ab episcopis manantia etiam à regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, & seruentur, t & dies festi, quos idem episcopus seruandos, præceperit, fatque etiam, vt exempti ad publicas processiones accedere teneantur, n atque vt regularis Clericus, & claustralis, quauis alioqui episcopo non subditus extra claustra notorie, & cum scandalo delinquens à suo superiore intra tempus ei ab episcopo præfixum non punitus, ab episcopo puniri possit, t t quod tamen nõ procul à iure communi discedit, nam & eo iure episcopo licet, monachum ppter eius delicta, si Abbas neglexerit, coercere. e Eos periam casus, quibus idem Concilium aliquam in monachos potestatem episcopo tribuit veluti sedis Apostolicæ delegato, dici posse opinor, eos, iurisdictionis esse, puta, vt Abbatibus negligentibus, compellant monasteria lectionem sacræ

h scripturæ habere, n vel ecclesijs suis parochialibus prouidere, i item, t vt commendata monasteria, Abbatus, 60 Prioratus, & Prapositiones, in quibus non viget regularis obseruantia, nec non beneficia tam curata, quam non curata etiam regularia, qualitercunq; commendata, etiam exempta ab Episcopis, etiam vti Apostolicæ sedis delegatis, visitari quotannis debeant, eorumque autoritate instaurari, resciri, & curari. k Item vt monasteria sãctimonialium sãctæ sedis Apostolicæ immediate subiecta, etiam sub nomine Sancti Petri, vel sancti Ioannis, capitulorum, vel aliàs quomodocunq; nuncupentur, ab episcopis tanquam Apostol. sedis delegatis gubernentur: l hæc inquam, & si quæ alia similia, legis diocesana dici non possunt, cum ab eis nullam monasteria immunitatem habeant, & cum nunquam reperiat expresse, ea legis diocesana esse; An vero d' decimarum prædialium episcopo soluendarum onus sit de lege diocesana, vel iurisdic. diu dubitatum est, namq; Abbas Panor. m. curius sententia à pluribus probata est, docuit, decimarum tam prædialium, q̄ personalium solutionem, & quartam funeralem esse legis iurisdic. & monasteria eis soluendis obligari, q̄uis aliud scriptum reliquerit Innoc. n. his tã casibus demptis, quibus monasteria minime adstringi iure cautum reperitur, vt cum proprijs sumptibus, & laborib. prædia sua excolunt religiosi, o vel si agatur de prædijs, quæ post priuilegium eis concessum Cisterciens. acquisierunt, p ex quo patet, cum specialib. in casibus immunitatē hanc monasteria habeant, in ceteris ea immunita non censeri, quin etiam hoc videtur lege expressum, ad similes præstationes monasteria teneri. q 62 Synodus vero, an de lege sit diocesana, vel iurisdic. maior fuit altercatio inter Doctores, alijs quidem esse legis iurisdic. existimantibus, k alijs diocesana, s alijs verò mixtam habere quandam naturam, nẽpe, vt legis diocesana ex eo sit, quia monachi ad eam ire non tenentur, sed quia, quod in Synodo constituitur, custodire debent, ex hoc legis iurisdictionis dicantur,

tur, seu, quia vocatio Synodi ex lege sit iurisdictionis quidem, obligatio autem illuc eundi legis diocesana. A 63 Illud non tamen est ad eò t̄ ambiguũ, quòd Abbates ad Synodum ex graui causa vocatum ire tenentur. n Item, t si monasteria habeant populum episcopo subiectum, Synodo æquẽ, ac ceteri clerici parere tenebuntur, ac legi diocesana in omnibus obtemperare, c & t̄ capellæ monachorum Episcopo subesse quò ad vtranque legem dicuntur, t nisi pleno iure fuerint monasterijs collata. d Ius quoque visitandi ex lege iurisdictionis esse perhibetur, quamuis procuratio ipsa de lege diocesana esse creditur, quare, si quis ea, q̄ iurisdictionis sunt, sibi reseruarit, dispensandi ius simul reserualle censetur. f 67 Illud quoque inter omnes maxime conuenit, in scripta ex lege iurisdictionis esse, videlicet, Canonicam obedientiam, subiectionem, & reuerentiam institutionem, & destitutionem, correctionem, & reformationem, & censuram Ecclesiasticam, iurisdictione quoque causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de iure spectantium, penitentias, & sacramentorum omnium, quæ ab episcopo sunt recipienda, collationem, que omnia enumerantur in decretali incip. conuulente, de officio ordinarij, nec vllus negat, ea ad iurisdictionem spectare, quauis alia pauca eodem loco subiecta ad legem diocesana referri dicant, g de quibus nos proxime supra disserimus, t hodie tamen ferè omnia monasterijs proprijs priuatisque singularum religionum priuilegijs diocesana, Episcoporumque iurisdictioni subiecta sunt: t recipiunt tamen monachi ab Episcopo Chrisma, oleum, consecrationes altarium, & ordinationes, & ordinem psallendi, & monasteria transferri non possunt etiam utilitatis causa inconsulto Episcopo, & si alioqui immunitatis priuilegium habeant. a Iure quidem communi initio Episcopis omnes tã clerici seculares, quàm regulares subiecti sunt, quamuis Ecclesiam aliquam, vel monasteriũ fundantes testati fuissent, nolle eam Episcopo subijci, n verum pcedente po

stea tempore, visum fuit Pontificibus Max. regulares ferè omnes subtrahere Episcoporum iurisdictioni, ne ab Episcopis grauarentur, quod Priuilegium monachis D. Benedicti primum, deinde & alijs datum fuit, nec difficile hoc concedendo priuilegio, reddere se Apostolica sedes (vt recte Mandosius monet in signatura gratie) conuenit, etiam his, quæ recentiores sunt religiones. De iure igitur communi hæc stet sententia, quòd monasteria quò ad legem iurisdictionis Episcopo sunt subiecta, non quò ad legem diocesana, & monasterijs probandi onus incumbit, que nam sint ex lege diocesana, vbi se Episcopo subtrahere contendunt, i qua re, t frustra mota est questio à Borgosio, an dispensandi ius sit ex lege iurisdictionis, vel legis diocesana, cum ex prædictis constet, satis ad iurisdictionem pertinere, sed præter supradicta multum interest scire, quanam sint legis iurisdictionis, & que legis diocesana, quandoquidem sententia in altero ex his lata, alteri nullum fert præiudicium. k Nunc ad reliqua pergamus: ut sciamus, quibus in negocijs Episcopus, vel criminalibus, vel ciuilibus iurisdictionem habeat. 71 Monitum t̄ verò Episcopi in primis esse volo, debere eum sibi vitum aliquem iuris peritũ adlegere, cuius Vicaria opera iudicij negocia absolueret possit, dũ ipse spiritualibus, sacrisq; muneribus obendis intentus, implicatusque detinetur, atque etiam economicum, qui temporalium curam gerat, quod si facere episcopus neglexerit, postquam ab Archiepiscopo monitus fuerit, licebit ipsi Archiepiscopo. Vicarium ipsi etiam reluctanti constituere, neque ab re, quandoquidẽ primum, præcipuumq; episcopi officium est, prædicatio, quam etiam litibus, & discordijs audiendis præferre, & gubernationi pupillarum, & viduarum debet, ceteraque per Vicarium, vel Archipresbyterum exercere, vt docet Bracharentis Archiepiscopus in stimulo pastorum, parte secunda, capite septimo, & Ludouicus Granatensis in cõcione sua de officio pastorali parte secunda, requisito aut decimo.

a Host. d. c. qd super his. Car. d. cap. i. x. q. i. Henri. d. trac. des syno. b d. c. qd sup his. de mai. & obe. c. ep. dist. 17. & c. si. dist. 18. c glo. d. c. i. x. q. i. & d. dilectus & c. qd super his. d gl. d. c. i. x. q. i. & d. c. dilectus, & 16. q. ij. in princi. Bevtach. in tr. de ep. li. iij. par. ij. prin. q. 35. nu. 82. e Imo. c. vneabili, co. ij. in fi. de cens. Hosti. in sum. de off. ord. Soc. de visit. lib. i. nu. 2. ver. dicitur autem. f Rom. consil. eccxxxv. n. 12. g gl. & scrib. in d. c. dilectus. & d. c. i. x. q. i. & d. c. cõquere. h c. hoc tantũ cum seque. 18. q. 2. ca. de his. vbi gl. ai. 12. c. cõ psona. de priuileg. in vi. i. c. o. s. basilice. 16. q. 7. ca. monasteria. c. Abbatib. & seq. 18. q. 2. c. obitum. di. 61. c. cõ ep. de of. fi. ord. in sext. K. Ab. d. c. dilectus. Pe. Rauẽ. & Soci. vbi s.

a Bal. in aut. causa qua, nu. 6. C. de epis. & cler. Firman. in hoc trac. p. ar. i. lib. iij. nu. 14. Corrad. li. ij. c. v. §. iij. in titu. de digni. Episc. & tit. de poten. Episc. circa perso.

b c. i. in no. o. xvi. q. vij. c. quoniam, di. 39. Ab. in c. quoniam de offi. ord. nu. 4. Corrad. vbi supra, tit. de solli. episc. nu. 51.

c Abb. c. cum contingat. nu. 29. de fo. comp. tex. c. i. de offi. ordi. ij. c. cum episcopus. cod. 73

Merum tamen, & mixtum imperium in ciuitate sua, & diocesi habere Episcopum satis in confesso est, unde & in clericum manus injicere, & in carcerem trudere, clericos etiam alienos in sua diocesi delinquentes punire potest. A

Sed sciendum est, quod licet merum & mixtum imperium, (vt diximus) Episcopus habeat, & quamuis causarum aliquarum criminalium sit Iudex, nullum tamen eum habere territorium aliqui existimant, quare nec posse eum in domibus laicis tribunal ad spirituales causas sibi eligere, nec laicos capi iube opinantur, quod tamen falsum & a iure absonum videtur, nam territorium Episcopi est tota eius diocesis cum ciuitate, c. & si non forte in domibus laicis ponere tribunal ei concedatur, alij autem prelati Episcopis inferiores territorium non habent, nisi ipsi cum subditis suis excepti sint. D

Sic & aliquibus persuasum est, Episcopo nullum proprium fiscum esse, ideoque non posse eum damnatorum bona camera sue applicare, sed fisco Romanae Ecclesiae, & quod tamen a paucis admittitur, & ac contrarium certe generali consuetudine obseruatur, fiscum scilicet etiam Episcopo dari, & fisci aduocatum, & procuratorem sui Episcopum habere, & hinc bona clerici damnati, & bona clerici nullo hanc de legitimo relicto decedentis sine testamento episcopali camerae, non fisco Principis secularis applicanda esse creditur, h. quod nescio an ipsi laici Principes admitterent, id quidem scio, Martinum Laudensem in tractatu de

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

Fisco, conclusione nonagesima quinta, & Salycetum, & Bostium in eodem titulo sue practicae, numero 8. dixisse, Episcopo nullum esse fiscum, sed ecclesiae vniuersali duntaxat, verum, si clerici bona patrimonialia sint non intui ecclesiae ex redditibus eius quae sita ad laicum Principem, non ad Episcopum spectare opinor, etiam Episcopo fiscum esse admitteremus, prout admittendum esse diximus.

Item diximus t. supra in titulo de Sum. Pontif. episcopo non adimi, quin ad iustitiae executionem satellites armatos alere, habereque possit.

Causarum igitur omnium, quae in foro versantur, aliquae sunt, de quibus ecclesiastici iudices solum cognoscere, & diffinire possunt, iudicibus laicis omnino interdictae, Aliae, quarum episcopi, alijue ecclesiastici iudices, nullam in prophanos homines prorsus potestatem habent, sed laici iudices duntaxat, sunt & quaedam, quae non minus ab episcopis, quam laicis, aut contra cognosci, diffiniri, coerceri, & puniri possunt; pauca tamen sunt ea, quae in episcoporum iurisdictione tantum sint delicta quibus enumeratis cognosci poterit, ad laicos spectare omnia reliqua, vel ad vtrosque; Enumerantur tamen haec tantum, scilicet, crimen haeresis, crim. simoniae, & crimen usurarium, vt aliqui opinantur. In criminibus merè ecclesiasticis iudex ecclesiasticus poterit iudicem laicum, ne se impediatur, vetare, quemadmodum & contra laicum ecclesiasticum impeditur in ciuilibus, in mixtis vero praueuentioni locus sit, nisi alter foris maiorem poenam irroget, quo casu diximus, punitum in altero posse etiam in altero foro puniri. Vbi tamen episcopus praueuient, condemnatumque a se reum laico relinquit puniendum, non tenetur iudex laicus aduersus eum iudicatas poenas exequi, nisi processus exhibitione in episcopali foro actitati meritorum illius malorum legitima sibi fides fiat, quod & ipse dispicere possit, ne temere supplicium reo infligat, neque enim tunc laicus iudex merus executor dicens est, & familiam tamen suam praetor episcopo rogatus nullum exhibito processu commutare tenetur,

tur, cum iuxta sacrorum canonum functiones suam per se exequi sententiam vult, qui, si id facere detrectet, ecclesiasticis censuris, vt id faciat, ab episcopo compellendus erit. A

Vtrisque tamen iudicibus, tam episcopis, quam laicis communia criminalia sunt, sacrilegium, Adulterium, Sodomia, falsum in literis A postolicis patratum, stuprum in moniale, blasphemia, concubinatus, sortilegium, diuinatio, usura; & Vt enim ab ultimo incipiamus, quamuis cognitio questionis usurarum, tunc cum de ea ciuiler agitur, ac principaliter non incidenter, et de iure, non de facto disceptatur, ad iudicem ecclesiasticum pertinet solum, t. possit, is iudici laico inhilere, si tali in questione sese ingesserit, vbi tamen causa criminaliter agitur, secus est, tunc enim nedom iudex ecclesiasticus, sed & laicus potest contra foeneratorem procedere, tunc est pluribus iuriconsultorum calculis probata sententia, vt Didacus Coarnicus libro variarum resolutionum tertio, capite tertio, & Iulius Clarus in praxi criminali, questione trigesima septima dixerunt, idem tamen Didacus in capitulo sexto partis secunda epistome, c. sentit, crimen quidem ipsum merè ecclesiasticum esse, nec tamen inconuenire, vt a lege quoque seculari puniatur ex Alfonso à Castro in libro secundo de iusta haereticorum punitione capitulo sexto supra viceessimum.

Mihi certe non contemnenda prorsus videtur haec opinatio, quod scilicet criminis huius cognitio ad episcopum duntaxat spectet, & nihilominus possit etiam iure ciuili poenis indictis coerceri, est quidem ecclesiasticum hoc inuentum, vt foenera prorsus exterminentur, neque enim leges ciuiles prius huic vitio eijciendo manus apposuerunt, quam vidissent, execrationi legibus ecclesiasticis habitum esse, si quidem olim iure Caesareo limitatae quidem, non tamen penitus explosae erant usurae, nisi postquam Imp. Iustinianus, vt omnia custodirentur, quae sancita in quatuor concilijs fuerant, legem tulit, vt ar. constat, concilio Niceno, quod ex illis quatuor proculdubio est, usurae penitus explosae penitus iniunctae fo-

neratori fuisse. Longè verò antea itum ex veteri lege foenus prohibitum à Deo fuisse quis ignorat? non tamen ex hoc conlequi necessarid dixerim, ad solum iudicem ecclesiasticum huiusce criminis cognitionem, & vltionem pertinere, quemadmodum, nec quis dixerit, furti crimen, homicidij, & aut adulterij, vel periurij à iudice laico vindicari non posse, eo quia decalogo prohibitum est, ne quis furetur, ne occidat, ne falsum dicat, ne vxorè alienam concupiscat, quia tamen adulterium, furtum, homicidium, falsi crimen initio numquam non leges ciuiles gladio persequuta sunt, nec soli ecclesiae hoc onus reliquerunt, idcirco ecclesiastica dici non potuerunt, t. at usurae vitium leges ciuiles multisque temporibus dissimularunt, & vn de factum est, vt meritò ecclesiasticum diceretur, quod leges ciuiles punire non curabant, t. Vbi verò & leges ipsae in hoc crimen animaduertere diligentius ceperunt, & contra foeneratores poenas statuere, nulla ratio est, quare & ab ipsis legibus ciuilibus, de ipso quaeri non possit, & statuta per ipsas poenae aduersus foeneratores exerceri, Nec quem moueat, quod eodem exemplo, videretur, vt crimen haeresis à secularibus iudicibus vindicari posset, quandoquidem & ab ipsis legibus Caesareis contra haereticos poenae statuae, vt ex codice Iustiniani in titulo de Haereticis videre est, nec tamen quis negarit, merè ecclesiasticum crimen esse, & ad solum iudicem ecclesiasticum pertinere ipsius cognitionem: nam sic dicendum opinor, t. quod, cum disceptatur, an crimen aliquod ecclesiasticum, an seculare sit, id videtur quaeri, an scilicet, possit de eo crimine in primis cognoscere, & iudicare, non an poenam infligere possit, neque enim executionis iudex sui fori crimen facit, sed cognitio ipsa, quae in iure consistit, & diffinendi ius vnum forum ab alio distinguunt, secus autem videretur, plura delicta fori secularis esse, quia legibus secularibus, seculari iudicibus vindicantur, post latam à iudice ecclesiastico sententiam, si quidem nullum crimen est, quod leges ciuiles punire non possint, t. cum & ipsi ecclesiastici

a Alciat. & alij in d. c. i.

b Bal. in l. filium diffinim. ff. de bis, qui sunt sui vel a. li. iur. De. cōf. 170. las. cons. clij. nu. iij. li. 4. Socin. cons. 88. nu. 23. li. 4. Alciat. ubi sup. nu. lxxvij. Rolan. cons. 95 nu. 44. libr. ij. Clar. in pract. crim. quest. 37 ex gl. in cle. ij. vers. usuris de iudic.

c nu. 29.

d in Auth. & eccles. tit. §. i. Auth. ad hgc C. de vsur.

e c. quoniam dist. xxi.

f Dentorono. c. 23.

g Alciat. li. vi. parergon. c. xx. l. cos. C. de usur. et tot. ti.

clesiastici iudices lata sententia, quem credunt ultimo supplicio dignum, iudicibus ipsis secularibus puniendum relinquunt, etiam in crimine hæresis; ex quo satis indicatur, nullum esse crimen, quamuis merè ecclesiasticum, de quo iudex laicus pœnas sumere non possit, verùm id satis non est, vt secularis fori crimen dicatur, & cognitio illa, an quis hæresis in crimen incidit, malè à iudicibus secularibus diuinarum legum vt plurimum imperitis ignarisq; tractari, cognosci, & definitum potest. At tamen quia, cum iudicium laicorum manibus à iudicibus ecclesiasticis pœnam sanguinis exposcente delicto plectendus traditur, non solèr illi, nec possunt pœnæ genus exprime re, qua velint à iudicibus ecclesiasticis eum puniri, consequens est, vt necessarid & iudex laicus rursus de eodem crimine cognoscat, & cognitione adhibita sententiam iuxta leges ciuiles ferat, vt sciatur, quam pœnam exercere in eum executor debeat. Ita quod etiam laici iudices de criminibus ecclesiasticis cognoscere, & vltionem publicam sumere possunt, t̄ excepto hæresis crimine, cuius certa est pœna videlicet, flammaram, quare nihil aliud agendum superest in hoc crimine, nisi iuris sententiam exequi: quam uis igitur possit aliquo de crimine etiam secularis iudex in sententiæ ecclesiasticæ executione aliquam cognitionem adhibere, vbi relictus est sibi ab ecclesia plectendus, non propterea tamen id minus dicitur crimen ecclesiasticum esse, t̄ crimen enim ecclesiasticu ego credo illud dici posse, quod ad eod sit cognitio & diffinitioni ecclesiæ seruatum, vt possit iudicem laicum impedire, ne de eo cognoscat, vel diffiniat, sed causam ad se remittat, quamuis deinde post diffinitionem à iudice ecclesiastico adhibitam iudex laicus & ipse, postquam ei ab ecclesiastico iudice traditus, seu relictus sit, rursus veller iuribus suis vti, nihil atinet, nec facit, quominus crimen dicatur, ecclesiasticum esse; t̄ Vsuræ autem crimen vtiq; ego opinor esse ecclesiasticum ad eod, vt non minus possit iudex ecclesiasticus laico inhibere, ne de eo se impediatur, quam in causa ciuili

hoc facere potest; cur enim ei demus potestatem criminali in causa, cui dare noluimus in ciuili? & quamuis leges ciuiles postmodum aduersus feneratoros pœnas statuerint, non hoc facere debet, quin ad ecclesiasticum forum in primis hæc cognitio spectet, quemadmodu & hæresis crimen non magis dicitur ad secularem iudicem pertinere ex eo, quia & leges ciuiles aduersus hæreticos pœnas sanxerunt, quamuis alioqui diuersa hæc sint, quæ hæresis ob crimen damnatum à iudice ecclesiastico, cautum est, legibus ipsis Pontificis, seculari manui tradendum, non ita in crimine vsurarum, secularium autem legum pœnas iudex laicus feneratori impinget, si à iudice ecclesiastico prohibitus non fuerit, cū aduersus eum procederet, iudiciumq; suum nemine prohibente perfecit.

97 Hinc t̄ ambigi potest, an iudex ecclesiasticus inhibere possit in hac ditioe Mediolanensi iudici laico procedenti contra hebræos feneratoros, & ab eis exposcenti pœnas aduersus eos statutas nuper à præside prouinciæ & senatu Mediolanensi, qua in re ego iudicem. minimè inhiberi, posse, quamuis enim iudei quoq; ipsi exercere fœnus à sacris canonibus prohiberentur & pœnam hanc exercentes patiantur, quod ab omni consortio christianorū arcentur, ipsis tamen principibus secularibus etiam iniungitur per Summum Pontificem, vt iudæos ad remittendas christianis vsuras compellant, & non sunt igitur prohibendi id facere, quod etiam si facere detractarent, compellendi essent: statuendū igitur ego existimo, vsuræ crimen esse ecclesiasticum mere, nec credo maiorem Doctorum partem ab hac sententia discrepare, quamuis Iulius clarus testari non dubitavit, plures contrariū dixisse in dicta questione trigessima septima, & Alciatus in primo capitulo de officio ordinarij, & Didacus in dicto capite sexto secundæ partis epitome, cum glossæ aliud perpetuè docuerint; e & sequuti eas sint Lapus in allegatione decima, & quinquagesima sexta, & Calderinus in consilio tertio, de foro competentid & Decius consilio suo centesimo & septuagesimo

a Alcia. d. c. i. nu. 73. Clar. d. q. 37. & 39. & in §. hæresis

b c. post miserrabilem. de v. sur.

c gl. in d. c. i. de off. or. in c. cum sit. de fo. comp. in ca. ex literis. de inre iur. in cle. di. sp. di. osam. de iudi. xi. q. i. in sum.

96

septuagesimo, & Craueta consilio sexto, hoc enim discrimine (vt diximus) ecclesiasticum crimen à mixto dignoscitur, quia de ecclesiastico solus Iudex ecclesiasticus iudicat, potestq; impedire laicum, ne de eo se impediatur; sed in crimine mixto alter alterū non impedit, nisi præuenerit, vt supra diximus, quamuis post pœnam ab altero irrogatam, possit alter quoque maiorem, si quam suis legibus cautam habeat, infigere, & causæ cognitio nem in ferenda pœna adhibere, quod in crimine ecclesiastico non licet. A t̄ Non omitto, sensisse aliquos, non posse episcopum crimen illud punire, de quo iudex laicus pœnam ex suis legibus iam sumplerit, hac quidem ratione, quia leges Pontificiæ maiorem nunquam, sed maiorem, vt plurimum pœnam, quam Cæsareæ leges irrogare solent, cum excommunicationis pœna, licet omnimodum sit pœnarum maximè formidanda, ad medicinam tamen potius, quam mortem ferendam inuocata sit, ideoq; corporalibus pœnis, vel pecuniarijs quod ad hunc effectum, maior dici non potest, quod ex mente aliorū Doctorum, Alciatus, Antonius, Gomeſius, & Iulius Clarus scripserunt, & adde &, quod excommunicatio omnium pœnarum extrema est, nec ad eam, nisi alijs deficientibus remedijs accedendum est, quare, si iam secularibus pœnis vltio sumpta sit, Pontificiæ excommunicationis pœna cessare debet, t̄ contra verò, an qui legibus pontificijs pœnas reatus iam tulerit, Cæsareis quoque constitutionibus plecti possit, dictum est, posse, vbi maior sit legum secularium, quam Pontificiarum pœna; in criminibus mixtis.

100 Concubinarus t̄ autem crimen aliqui dixerunt esse merè ecclesiastici fori, quia legibus ciuilibus non puniatur, alij credunt etiam, lege ciuili hodie vtuntur, ideoq; merè mixti fori esse. e t̄ Ego quidem opinor, hodie legibus quoq; ciuilibus odio haberi, & nec tamen valere opinor consequentiam, vt quicquid criminis lege Cæsareâ multatum dicitur, quamuis alioqui ad iura Pontificiæ in primis pertineat, mixti fori esse dicatur, nam, si hoc consequeretur, hæresis quoque crimen, vt olim dixi-

a c. Felicitis. §. per hoc. de pœnis. in Sex. Alci. in d. c. i. numero 128. Didac. lib. ij. V. ariar. resolut. cap. x. Clar. præf. crimin. quæst. 57. vers. x. quæro. col. pen.
b Alciat. & Clar. vbi sup. Gomez. in c. i. de delic. nu. 40.
c Goffred. relatus per Abb. in c. cum sit generale. numero. 45. de foro compet. Bermon. de concubin. fol. 204. nu. 2.

mus, mixti fori esse posset, hoc quidè constat, Iudices laicos hoc delictu nõ curare, vt rectè Iulius Clarus testatur, in dicta quæstione tricessima sexta, hac forte ratione, vt ille ait, ne in ceteris puniant, quod delicti ipsi admittunt: Iudices tamen ecclesiasticos, quos nulla huius flagitij conscientia exagitat, seuerius, & vigilantius in hoc animaduertunt, nisi potestates seculares, quod non semel contingit, eis sese opponant, omniaq; euertant, quæ publicam in vtilitatem, Deiq; in primis honoris prudenter parata fuerant.

102 Adulterium t̄ verò vtriusque esse fori delictum omnes ferè consentiunt, videlicet, Abbas, Alciatus, Didacus, Villalobos, Decius, Clarus, & denique omnes quotquot scripserunt ad decretalem primam huius tituli, & ad capitulum incipiens, cum sit, de foro cõpetenti, tam rectè, quam veteres inrisconsulti.

103 Sic t̄ traditum est de crimine sacrilegij, quod constat etiam à iudice Ecclesiastico puniri, & quāuis Iulius Clarus & dicat, cõsuesse hoc crimen à Iudicibus laicis tantum puniri, Ego tamen, si vera sateri voluero, testari possum, vidisse, in foro Ecclesiastico laicos sacrilegij pœnam sate tulisse, & fultibus, quantum hoc iure licet, cœcos exemplum populo dedisse. t̄ Nec minus peccatum illud abhominabile, quo Deus irritatus vltices flammæ in quinque vrbes intorsit, potest ab episcopo in laicos vindicari, vt communis Doctorum habet sententia.

104 Item fortilegij peccatum per Episcopos coerceri potest, non minus, quam per potestates seculares. I Item Blasphemiæ, & Item stuprum, seu attentatio violandæ castitatis Virginitum Neodicatarum, à legibus quoque ipsis ciuilibus vindicatur, necdum à canonicibus.

k oap. ij. de maledict. vbi no. Clar. §. blasfemia. versu. hoc crim.

d c. primo. de fil. ex matrim. ad morg. an. cõtra. in feud. ibi nolens manere in peccato.

e. Ab. c. intelleximus. de Iudic. Alcia. d. c. prima. num. 18. Dida. li. 4. decret. fo. 137 & 145. Villalob. in com. opin. lit. l. Clarus in d. quæst. xxxvij.

f d. c. cum sit. & ca. conquestus. de foro cõpet.

g in d. quæst. xxxvij.

h c. clerici. de excessib. pralati. Bermon. de concubin. fol. 128 numer. 43. Clarus. d. quæstio. 37. vers. item quæro. & §. so domia. vers. sed quæro.

i Abb. c. pri. numero. 3. & 4. de fortileg. Clarus. §. hæresis. colum. pen. Voller. in præf. crim. vers. sic. aut inquisitione formata. numero. 54.

l. si quis non dicam. C. de episc. & cler. Soc. c. cum sit. de foro compe. Marfil. l. unica. nu. 40. C. de rap. virg. Boss. in pract. tit. de coit. damna. nu. 16. & 17. Clar. §. fornicatio. ver. cum moniale.

Abb. in c. vt clericorum. de vita. & honest. cler.

Desideratur quoque in regimine Episcopi discretio, & mitis severitas, vt discat fragilitati clericorum, & laicorum ita compati, vt inulta eorum flagitia non relinquat, eaq; sic punire, vt patrem se, ac pastorem, non tyrannum acerbum esse meminerit, oleoq; ac vino vulneribus mederi sciat, benignitas enim, & misericordia, quae in perniciosa casura non sit, magnam in praesule commendationem habet, quare & nonnulli opinantur, ei potius credi oportere gubernacula, qui peccauit quandoq; sed se emendauit, quia is compati peccatoribus didicit, quàm ei, qui nunquam in dolo repertus fuit. d

409 Sen ex quoque decrepitus ad labores dignitatis ferendos ineptus, nisi aliud e contrarium suadeat, promoueri ad episcopatum non debet, & neq; & ab-

410 f Itemius, & vt, cum sacratissimū Do-

mini

411 mini sanguinem libaturus est, nõ abhorreat, quamuis alioqui vino parcè eum vti deceat, & Non tamen, qui ad Episcopatum est electus, quæ paritur vitiæ, electioni obstantia, aperire semper eligentibus tenetur, nisi vel detectum iam vitium foret, vel tale esset vitium, quod dignitatis executionem impedire posset. A Quæri solet, nõ, si religiosus ad Episcopatum sit promotus, omnibus, quæ religionis causa eum adstringebant, obligationibus sit solutus: & verius credo, his duntaxat solutum esse eum, quæ episcopatus officium impedire possent, non his, quæ nihil impediunt, quapropter parendi obligatione eum non teneri, ieiunij verò, & continentiae esse adstrictum. b

413 Episcoporum alij Archiepiscopo subiacent, ac parent, alij immunes à iurisdictione Archiepiscopi sunt, proprijs specialibusq; diplomatibus, & priuilegijs eorum ditioni subtrahit, quos recenset Hieronymus Paulus in suo provinciali, sed & alij sunt, qui dicunt, quod nulli vniquam Archiepiscopo subditi, subiectiq; fuerant, sed ita initio erecti sunt, vt solum Pontificem Romanum dominum agnoscerent, nec vlli cuius alij parere tenerent, & cuiusmodi esse Ticinensis Episcopus perhibetur, de quo nulla (vt accepi) extant monumenta, quod vlli vniquam Archiepiscopo subiectus fuerit, & quamquam Hieronymus Paulus praecitatus hunc quoq; Episcopum inter Mediolanensis provinciae suffraganeos referat, exemptum esse eum attestans, nusquam tamen locorum legere est, eiusmodi assertam exemptionem, ac multò minus, quod Archiepiscopo vniquam subiectus à Pontifice Maximo fuerit, quapropter ex sui primordii potius iã tum, vbi erectus, fundatusq; fuit, immunis, liberque creatus fuisse credendus est, quàm Archiepiscopo quidem subiectus initio fuisse, & postea speciali aliquo priuilegio eius iurisdictioni subtrahit: quãdoquidem nec subiectionis, nec pariter exemptionis vlla extant vestigia, vt dictum est, ita, quod si dari potest Episcopatus ex sui naturae immunis, & exemptus, qui nulli vni-

414

quam, ex quò erectus fuit, excepto Pontifice Romano paruerit, is certe episcopatus Papiæ esse potest, vbi praedicta in facto vera sint. 415 Episcopi, & qui Archiepiscopo subiacent, ei praestare iuramentum fidelitatis, & obedientiae tenentur, c immunes verò ipsius Pontificis Max. in manibus iurant, d fidos se futuros Diuo Petro, Sanctaeq; Romanae ecclesiae, & Pontifici Maximo illi, qui iuramentum accipit, eiusq; successoribus legitimis, nec se facto vllò, aut consilio in eorum vitam conspiraturos, aliosq; quos sciant, conspirare, silentio obtecturos, vel dissimulatos, nec eorũ consilia sibi ore, literis, vel nuntijs in hoc destinatis patefacta, in eorum perniciem vlli patefacturos, scq; ad Synodum vocatos. vbi legitimis causis impediti non sint, promptè assuturos: Sanctae Romanae ecclesiae Pontificatũ & regulas sanctorum patrum aduersus omnes homines pro status sui, & gradus decoro, & dignitate defenduros, atq; vt sanctae recte seruentur, omni officio, & pietate curaturos, legatos sedis Apostolicae, quos certos cognouerint, proficiscentes, ac reuerentes honorificè accepturos, eorũq; necessitatibus opem laturos, limina Apostolorum per certum nuntium saltem quotannis sese inuisuros, nisi ab ipsis Pontificibus Maximis hoc onere fuerint subleuati, immunesq; effecti. e

416 Si contingat, & ritibus nationes, eiusdem tamen Christianae religionis, & doctrinae cultores eandẽ urbem, vel diocesim incolere, erunt illius Pontificis partes, si res id exigere videbitur, Vicarium sibi ad sociare potest officij ordinis, qui eorum gentiũ linguas, & ritus teneat, vt pro linguarũ, & rituum Romanae tamen Ecclesiae non improbatum varietate, eis diuina officia celebret, sacramentaq; Ecclesiastica popinet, quo ex facto, non idcirco tamen ea Diocesis biceps est dicenda, sed vnius capitũ, & si quidẽ hic Episcopus auxiliaris adscitus nullum vti proprium munus gerit, sed alienum, & satis quidem noti iuris est, non posse duos Episcopos eidem Ecclesiae, vel ciuitati praesse, nisi forte contingat,

v Abb. & Fe ly. in c. sciscitatus. de resc.

c Siluest. uer. religio. 7. §. un decimo. in fin.

c ca. dilecti. de mai. & obv.

d ca. Ego N. de inuim.

e d. c. Ego N. ubi gl. & c. de for. xij. q. v.

f c. quoniam in plerisq; de off. ordi.

tingat, Episcopo alicui ob hæresis crimen remoto aliquem episcopum subrogatum esse, eumq; hæresis impietatem constanter eiarasse, & propterea episcopatu suo & ecclesie restitutum fuisse, nam tunc inter hunc, & illum subrogatum episcopatus diuidetur, alijsq; similibus exemplis, a potest episcopo valetudine, aut morbo aliquo fontico, ne munus suum obeat, impedito, vel furioso, aut senectute multa confecto coadiutor suffraganeusq; dari, vt diximus supra. b

418 Non prætereundum est, olim fuisse & quosdam, qui Corepiscopi dicebantur, presbiteris maiores, episcopis aut inferiores, hiq; etiam vicis, nedum ciuitatibus regendis præficebantur, sed eorum hodie omnino abolitus est vsus. c

419 Addam præterea pro culmine & fastigio huius tractatus quaeritum esse, an piaculum committat, qui episcopatu appetit, vel contra qui recusat oblatu, & sic conclusum esse, peccare scilicet eum, qui propter ambitionem, & cupiditatem, alijs vt præsit potius, quam vt prosit, episcopatum, aliamq; ecclesiasticam præfidentiam querit, idq; sed magis, si tanto oneri se longe imparè agnoscat, nec ei curæ sit, ex eis in quibus iacet, vitijs exurgere: † Si quis tamen cernens, malè geri negociu Ecclesiasticum, proptereaq; temporis necessitatem exposcere vitum aliquem sanctitate conspicuum præfici, talem se optet à Summo Deo effici, qualem res, & vsus desiderat, & sibi administratione publicè utilitatis causâ credi, in vitio non creditur fore, quinetiam, † si quis idoneum se comparatum ceteris sentiat, & Pontificis Maximi, alteriusq; Prælati in id potestatem habentis præcepto, aut consilio ad episcopatu vocantis non pareat, letali peccato nõ creditur vacare. d

a. c. i. de paroch. vbi Ab. b cap. i. §. i. de cler. egrot. in sex. firma. li. iiij. par. ij. nu. 24. c ecclesia. o. quamuis, et c. Corepisc. dist. 68. d. c. i. scripturis. vers. mini. m. viij. q. i. Archidiaconus. c. si electio. de elect. in sexto. Silue. ver. episcopus. §. 3. So. to. de Inst. & iure. lib. x. q. ij. art. i. Pet. a. Biax. trac. de elect. par. ij. c. 42. nu. 9.

DE PATRIARCHIS, Primatibus, & Metropolitans Tit. VII.

E P I T O M E.

E D O C E T, Patriarchas cæteris episcopis antecellere, postea Primates, deinde Archiepiscopos, & quatuor esse eximios Patriarchas, & quis inter eos hodie sit ordo, quando in tegram eius dignitatis potestatem allegantur, quæ eius dignitatis sint insignia, quæ præ eminentia. Qui sint inferiores Patriarchæ, seu Primates, Archiepiscopi, seu Metropolitani, qui dicantur, quot suffraganeis, seu Episcopis præsent, quæ sint item eorum insignia, ac quibus in locis vti eis possint. Quibusq; in locis solenni benedictionis ritu vtatur, & pontificias insulas induti celebrare quando permittatur, aliumve actum Pontificium cum iurisdictione, vel sine exercere, & an licentia illius Episcopi desideretur, Archiepiscopum, diocesim propriam habere præter prouinciam, & quam iurisdictionem, vel auctoritatem in diocesi, quam in prouincia, & in suffraganeos suos, item & in subditos suorum suffraganeorum habeat potestatem. An generaliter subditis suorum suffraganeorum Archiepiscopus ius dicere possit, an vero in casibus duntaxat specialiter enumeratis. Recensentur plures casus, quibus in suffraganeorum suorum subditos, tam in diuinorum officiorum norma præscribenda, quam in venijs peccatorum condonandis. Item & iudicijs ciuilibus, & criminalibus, in tuorum suffraganeorum subditos Archiepiscopus potestatem habet. Ac demum, quibus modis ad culmen Archiepiscopale quis promoueat.

S V M M A R E R V M.

- 1 Patriarcha præcellunt ceteris Episcopis.
- 2 Patriarche quatuor principales qui, & quis ordo inter eos.
- 3 Quis ordo olim esset inter Patriarchas.
- 4 Alexandrinus Patriarchatus à quo sit constitutus.

DE EPISCOPIS TIT. VI. Finis.

- 5 Anthiochæana sedes à quo erecta.
- 6 Patriarchas accipiunt plenum ius per traditionem palij.
- 7 Patriarcha possunt conferre palium alijs Archiepiscopis postquam ipsi palium acceperint.
- 8 Iuramentu fidelitatis præstatur in traditi one p. liij.
- 9 Patriarchæ faciunt deferri crucem ante se, & quando non debent.
- 10 Ad Patriarcham appellatur ex omnib. prouincijs si subiectis.
- 11 Ad Patriarcham appellari non debet immediatè à sententia episcopi ex æquitate.
- 12 Patriarchæ sunt illustres, & comparantur regibus.
- 13 Patriarchæ an sedeant supra Cardinales in Concistorio.
- 14 Archiepiscopi sunt suffraganei Patriarcharum.
- 15 Patriarchæ sunt Iudices ordinarij Archiepiscoporum.
- 16 Archiepiscopi tenentur referre ad Patriarchas omnia negocia ardua.
- 17 Archiepiscopus consecraturus, vel confirmaturus episcopum debet consulere Patriarcham.
- 18 Archiepiscopus confirmatur, & consecratur à Patriarcha.
- 19 Patriarcha non habet iurisdictionem in subditos suorum Archiepiscoporum, neque Archiepiscopus in subditos suorum Episcoporum.
- 20 Patr. nihil priuilegij plus habet, quam alij Episcopi, nisi specialiter ei traditum sit.
- 21 Patriarcha non constituit gradum in deuolutione beneficiorum propter negligentiam, sed ad Sum. Pontificem deuolutio fit recta via.
- 22 Patriarchales sedes, quæ sint in vrbe Roma.
- 23 In altari magno patriarchalium ecclesiarum nemo celebrare potest excepto Pon. Max. vel eo, cui ipse mandauerit.
- 24 Patriarchæ inferiores, seu primates quibus Primates solent præfici tribus Archiepiscopis.
- 26 Primates comparantur Regibus.
- 27 Reges debent præesse tribus ducibus.
- 28 Archiepiscopi cur sic dicantur, & quot Episcopos subiectos habeat.
- 29 Prouincia dicitur, quæ habet decem, vel undecim ciuitates.
- 30 Archiepiscopi vtuntur palio, et faciunt deferri crucem ante se.
- 31 Quibus in locis Archiepiscopi possint vti palio, & crucis gestamine.
- 32 Archiepiscopus Mediolanensis an possit gestare crucem in diocesi Papiensi.
- 33 Archiepiscopus potest benedicere soleniter etiam transiens per loca exempta suæ prouinciæ.
- 34 Item potest vti Pontificalibus, & alia facere ibi enumerata.
- 35 Non tamen potest aliam iurisdictionem ibi exercere, aut possessionem acquirere
- 36 Archiepiscopus in aliena prouincia nõ potest vti Pontificalibus, si exercere velit iurisdictionem, in actibus vero extraiudicialibus potest.
- 37 Palio vti non potest Archiepiscopus in aliena prouincia etiam illo Archiepiscopo permittente, nisi hoc speciale priuilegium habeat.
- 38 Archiepiscopi intentio fundata est in quolibet loco suæ prouinciæ.
- 39 Archiepiscopus quilibet habet propriam diocesim præter prouinciam.
- 40 Archiepiscopus habet aliam iurisdictionem in prouincia, aliam in diocesi.
- 41 Archiepiscopus habet iurisdictionem in solam in suffraganeos, non in subditos eorum.
- 42 Archiepiscopus cõfirmat, vel infirmat electiones suorum suffraganeorum, & eos consecrat, vel consecrationem delegat.
- 43 Archiepiscopus indicat suffraganeos, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.
- 44 Archiepiscopus punire potest etiam vicarios suorum suffraganeorum delinquentes in officio.
- 45 Archiepiscopus potest prouidere ecclesiæ Cathedrali, si electio differatur ultra tres menses.
- 46 Archiepiscopus facit synodum prouincialem.
- 47 Archiepiscopus an sit iudex suorum suffraganeorum generaliter, an tantum in causis expressis.
- 48 Archiepiscopus habet latiore iurisdictionem in suffraganeos, quam in subditos eorum.
- 49 Episcopus acturus contra suum subditum non debet eum conuenire coram Archiepiscopo, sed dandi sunt arbitri iuris.

- 50 Episcopus ipse compellit subditum eligere arbitros.
- 51 Episcopus vel Patriarcha delinquens in aliena diœcesi, quando possit ab eo puniri.
- 52 Casus in quibus Archiepiscopus habet potestatem in subditos suorum suffraganeorum.
- 53 Suffraganei debent habere eundem morem in psallendo & diuinis officijs, quem ecclesia Metropolitana.
- 54 Mediolanensis provincia quare habeat alium modo psallendi, quam ecclesia Mediolanensis.
- 55 Ecclesia sita intra fines Mediolan. ecclesie, sed subdita alij episcopo non debet seruare morem Ambrosianum in officijs.
- 56 Ecclesia non dicitur de diœcesi illius episcopi intra cuius fines sita est, sed eius cui subdita est.
- 57 Archiepiscopus potest dare indulgentias subditiis suorum suffraganeorum.
- 58 Populus idem participare potest indulgentias episcopi sui, & archiepiscopi.
- 59 Archiepiscopus mittere potest questores per totam provinciam ob necessitatem suae ecclesie.
- 60 Archiepiscopus visitare potest totam suam provinciam & eius loca pia.
- 61 Et petere procuraciones ob eam causam.
- 62 Archiepiscopus visitans suam provinciam potest eorum confessiones audire, & soluere.
- 63 Et ordines, & sacramenta conferre.
- 64 Archiepiscopo, & episcopo concurrentibus in eadem visitatione quid faciendum.
- 65 Archiepiscopus absolueret potest subditos suorum suffraganeorum excommunicatos.
- 66 Et cognoscere de iniustitia sententiae & integritate episcopi.
- 67 Archiepiscopus non potest conferre ordines vel alia sacramenta subditiis suorum suffraganeorum extra visitationem.
- 68 Archiepiscopi notoria crimina totius provinciae punire possunt, & quare.
- 69 Notoria crimina quae dicantur.
- 70 Archiepiscopus tollere pravam consuetudinem totius provinciae.
- 71 Episcopo negligente Archiepiscopus procedere potest contra eius subditos, quae contra Abbatis opinionem probatur.

- 72 Archiepiscopus potest ex praescriptione acquirere, ut possit exercere iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum.
- 73 Episcopi sola negligentia non facit deuoluere causas civiles ad Archiepiscopum exceptis quibusdam casibus.
- 74 Nisi negocium sit circa administrationem rerum ecclesiae, vel appellatum sit ab eius mora.
- 75 Episcopo negligente exequi ultimas voluntates Archiepiscopus supplere potest.
- 76 Archiepiscopus cognoscit de causa subditorum sui suffraganei, si ipse suffraganeus de hoc consuluerit Archiepiscopum.
- 77 Idem si causam ad eum remisit, cum esset recusatus tanquam suspectus suffraganeus.
- 78 Idem si sententia episcopi notoria sit iniusta.
- 79 Archiepiscopus punire potest eos, qui inserunt iniuriam suis nuntijs transmissis per provinciam.
- 80 Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum in negotio spectante utilitatem totius provinciae.
- 81 Potest delegare causam alicui subdito sui suffraganei volenti eam acceptare non inuito.
- 82 Suffraganeo volente exercere potest omnem iurisdictionem in eius diœcesi.
- 83 Iisdem suffraganeis volentibus potest concedere privilegium subditiis eorum non tamen ipsis iniuris.
- 84 Constitutio synodi provincialis valet, facta suffraganeorum subditiis assentientibus, ut Archiepiscopis liceat eorum causas cognoscere.
- 85 Constitutio provincialis, ut Archiepiscopus possit executioni demandare etiam in diœcesi suorum suffraganeorum omnes constitutiones factas in synodo provinciali non valet.
- 86 Archiepiscopus concedere potest alteri Archiepiscopo, ut intra suam diœcesim procedere possit contra aliquem, qui eis iniuriam fecit in propria sua diœcesi.
- 87 Non sufficit tamen consensus subditorum, sed & ipsorum suffraganeorum consensus requiritur, ut Archiepiscopus possit in eorum diœcesi constitutiones exequi, de quo tamen ambigitur.

88 Archiepiscopus

- 88 Archiepiscopus potest punire canonicos qui absque causa a diuinis cessarint, si ab Episcopo querimonia ad eum delata sit.
- 89 Archiepiscopus dare potest visitatorum ecclesiae desuncto episcopo, ex negligentia capitali.
- 90 Et dare clericos ecclesiae indigenti.
- 91 Archiepiscopus dispendere potest in quibuscumque casibus penalibus subditos suorum suffraganeorum, quibus eos indicare potest.
- 92 Episcopatuum assequitur aliquis electio, vel prouisione summi Pontificis.
- 93 Electio, vel collatio non tribuit plenum potestatem in episcopatu.
- 94 Collatio summi Pontificis non desiderat confirmationem, sed consecrationem duntaxat & pallium.
- 95 Electio episcopi expectat confirmationem & pallium.
- 96 Confirmatio fieri debet a maiore.

LET si eorum, quos Pontificij apices illustrant, omnium, quascunque in sedes segregantur, vni, idemque ordo sit, ut superiore titulo docuimus, omnibusque ea conueniant, quae de episcopis generaliter supra dileximus, non eadem tamen omnium sedium est in omnibus potestas, sed alij alijs celsiorem sedem habent, ac propria quaedam dignitatum nomina, specialisque prerogatiuas, & potestates. Nam Patriarchae in primis ceteris omnibus Episcopis antecellunt, quos sequuntur Primates, deinde Archiepiscopi, seu Metropolitanus, postremique sunt simplices Episcopi: sic, quamuis ea, quae Episcopis competere diximus, munera, Patriarchis, & alijs praedictis cognant, non tamen e contra Episcopis omnibus concessa credantur, omnia, quae praescriptis superioribus competunt, de quorum nonnullis infra dicturi sumus.

2 Patriarchae igitur sunt quatuor post Pontificem Romanum (quem, ut supra diximus) inter Patriarchas quoque se ipsum compellere constat) inter omnes ecclesiasticos ordines, & gradus supremi, scilicet, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & hi quidem eo or-

dine inter se diuisi sunt, quo a nobis hoc loco descripti sunt, & olim quidem alius inter eos ordo praecipuus erat, Alexandrini enim primus olim locus à Pontifice Maximo erat, sed ex Concilio generali Constantinopolitano statutum est, ut is in secundum locum transferretur, prima sede Constantinopolitano relicta, his quidem verbis, scilicet, Constantinopolitanae ciuitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, propter quod sit noua Roma, quod alijs deinde Synodis confirmatum est, & Alexandrina autem sedes beati Petri nomine à Marco eius discipulo, atque Euangelista consecrata est, & Anthetichana ab eodem Petro, priusquam in urbem vniuersi orbis dominatrice cathedralis fixisset, cui nec rerum meta, nec finis temporum ullus datus fuit. A Hi vero quatuor vni pallio illoque plenam pontificiam dignitatem potestatem significante uti possunt à Pontifice Maximo sibi collato, cui Pont. Maximo, dum pallium sibi confert, fidelitatis, & obedientiae iuramentum praestare tenentur, & post cuius praestationem, & ipsi pariter suffraganeis suis Archiepiscopis pallium largiri possunt, & ab eis recipientes pro se professionem canonicam & pro ecclesia Romana sponcionem, & qua de re postea sigillatim agemus, cum proprio titulo de pallio, eiusque auctoritate, & vsu edemus.

9 Debentque & Dominicae crucis vexillum ubique ante se gestari facere, excepto, si in urbe Roma existant, vel si Pontifex Maximus, eiusve legatus utens in signis Apostolicis dignitatis ad sint, c in omnibusque provincijs eorum iurisdictioni subiectis, ad eos provocari (aluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est merito ab omnibus humiliter deferendum) de sententijs Archiepiscoporum debet, & aequum tamen non censent doctores, ut omnis medijs à sententia Episcopi ad Patriarcham recta appellari possit, quamuis forte ex stricto iure aliquid dicendum nonnulli opinantur.

12 Patriarchae illustres sunt, regibus quoque comparatur, & nec defuerunt, quae opinati

a c. i. ij. & ij. & c. renouantes. d. 22. c. antiqua. d. priuileg. c. sancta romana. de cle. in extragag. com.

b d. c. antiqua de priuileg.

c d. c. antiqua

d d. c. antiqua.

e c. conquesti. ix. q. ij.

f abb. & But. d. c. antiqua Dec. in c. f. no. de cons. vti li. Corra. li. ij. c. ij. tit. de paruar.

g Bald. in l. i. §. i. ff. de offic. p. r. pr. at. l. a. fo. in l. i. nu. 9. ff. de offi. eius cui manda. est sur. Barbat. in vrac. de praes. Card. q. ix. nu. 42.

Fel. in rub. de mai. & obe. contra Do. in c. quaquaj. q. vij.
Ab. d. c. antiqua. & d. c. pastoralis. gl. d. c. sicut. de exce. p. la. Dec. c. fi. de confir. vitl.
Spe. in vi. de dispen. s. sunt quoque. per tex. in c. de persona. dist. lxxvi. vbi Car. Alex.
d. cap. placet. vbi gloss. dist. lxxvi. 65.
e. Abb. in ca. ga. igit. nr. di. 63. Corra. vbi sup. ver. quar. to. nu. 4.
f. Abba. in d. c. antiqua. nu. 3. per d. c. pastoralis.
g. capi. duof. mul. de off. or. b. Gulielm. et Imo. in clem. si de benefici. de pr. ab. Imol. quidem. co. ij. versic. tertio. quarit. Deci. in c. fin. nu. 3. de confir. vti. Car. Alex. in c. in nomi. ne. dist. 23. gl. ad reg. 7. Can. cel. Imo. offa. in prin. que ci. tat. doct. in c. fundamenta. de electi. in 6. Corrad. vbi f. k. c. i. & y. di. xc.
l. Deci. in d. c. fi. nu. 2. & 3. de confir. vti. Spec. in tit. de dispenf. s. s. ut quoque. Iaf. in fi. tit. qui seu. dar. pos. nu. 2. m. gl. l. xxv. S. Leg. auerat. vers. gadib. de leg. ij. gl. in c. in illis. di. 80. ver. singulos. Mand. in i. reg. c. ac. n. Pau. in tra. de pot. ca. fe. va. i. 6. pl. n. 12. & 13. Coar. vbi f. o. Boer. in trac. de ordine grad. vtr. for.
p. Spec. in probem. re. diui. offi. col. iij. Corra. vbi sup. in fi. c. scitote. vi. q. ij. Alci. in l. motionem. de ver. signif.
q. cle. Archiepo. de priuil. s. d. cle. Archiepiscopo.

beatæ Mariæ Maioris, ac beati Lauren-
tij extra muros, & quæ singulæ hoc spe-
cialis proprijque priuilegij habent, vt
in eorum altari magno præter Pontif.
Max. celebrare missam possit nemo, ni-
si cui à Pontifice ipso fit mandatum. 1
† Sunt & quidam alij, prædictis quidem
& ipsi appellati, prædictis quidem
quatuor inferiores, sed Archiepisco-
pis maiores, quos primates appellat, &
quamuis nonnullis videatur, hæc ver-
borum distinctionem otiosam ferè, ac
paruè vtilitatis esse, 1 quorum exem-
pla sunt, Italiæ, Patriarchæ Gradensis
scu Venetis, hodie enim Venetias hæc
Patriarchalis sedes translata est, quæ
olim erat gradibus, M Aquilensis, &
Pisanus, Galliæ Viennæ. & Bituricen-
sis, Germaniæ Magdeburgensis, N Hi-
spaniæ Toletanus: Angliæ Eboracen-
sis, Panoniæ Strigonenfis, addunt alij
etiam Senonenfis, & Lugdunensem
Galliæ, o vt plurimum † autè prima-
tes hi tribus præfunt Archiepiscopis,
quapropter & Regio culmini possè &
eos comparari videtur, † nam, & Re-
ges tribus Ducibus præfisse oportet,
Archiepiscopi interdum hi appellan-
tur. 2
† Archiepiscopi verò, idest principes
Episcoporum propriè dicuntur, qui
decem, vel vndecim Episcopos habet
subiectos, † is enim numerus non mi-
nor ciuitatum prouinciam efficit, 2
† eorum quoque, vt Patriarcharū est
priuilegium deferendi palium, & cru-
cem ante se præferendi post palium
acceptum, † quæ insignia omnibus in
prouinciæ suæ locis etiam exèptis ge-
stare eis datum est. 3 sed † quæstionem
ortam vidi, an Mediolanensis Archie-
piscopus in ciuitate, vel diocesi Papiæ
si crucem præferre posset, nam, quod
posset innitebatur Mediolanensis di-
ceti constitutioni Clementis, s Papiæ
episcopatum intra suam Mediolanen-
sem prouinciam quamuis exemptum
assuerans ex præcitate Hieron. Pauli
Romani libro prouinciali: contra verò
episcopum Papiæ, neque in prouin-
cia Mediolanensi Episcopatum suum
esse, neque in alia, nec exemptum, sed
liberum omnino ex natura, & à pri-
mordio suo aiebat, nec constitutionem
Clementis eo in casu locum habere,
eadem

eademq; ratione ad synodum Archie-
piscopi Mediolanensis non teneri se
Episcopus Papi. accedere affirmabat,
quæ controuersia quidem ad S. sedem
Rom. delata est, sed nunq̄ (nemine for-
tasse id procurante) hæctenus, quod
sciam, decisa: ad Synodum quidè Me-
diolani Episcopus Papiæ non accessit,
& hæc quæstionis huius nunq̄ iuit: Ego
verò hæc in quæstione sententiã meã
proferre, nisi multa, id ne faciam, mo-
nerent, aurem mihi uellentia, quorum
id primum (vt cætera omitam) est, nã
cum ad S. sedem Pontificiam delata
sit, temerarius essem, si ante finitam à
S. Sede causam Ego iudicium meum
proferre vellem, multoq; etiam magis
temerarius iudicaret, si post eam ter-
minatam, & Ego me ingerere vellem,
vti Romanæ curiæ sententia, & disti-
nio confirmationem, vel infirmationem
à me expectare deberet.
Potest etiam per loca exempta suæ
prouinciæ transiens, vel, ad ea diuertens
Archiepiscopus populo solenniter be-
nedicere, & diuina officia priuatim, vel
publicè ibi audire, & pontificias insu-
las, diebusq; permittis pallium, cæte-
raque insignia indutus celebrare, ac se
præfente alius vt celebret sine pontifi-
cialibus tamen iubere, quouis priuile-
gio contrario non obstantè: † non tam-
en, vt aliam iurisdictionem ibi exer-
ceat, aut personis priuilegiatis, vel ex-
pris inuolentiam inferat, vel grauamen,
aut vllum immunitati, vel priuilegij
eorum aliud præiudiciũ vt faciat, aut
aliquod ius ipsi Archiepiscopo quo-
modolibet quæratur, est pmissum. A
Infallena autem prouincia potest qui-
dem Archiepiscopus celebrans, aut
prædicans, aliũ actum iurisdictione
carentem faciens iure suo pontificali-
bus vt consuetudine etiam hoc pro-
bante, iurisdictione verò vtens, puta
ordines conferendo, vel adimendo,
aut sacramentum confirmationis im-
pertiendo non potest aliena in diocesi,
nisi Pontificis illius habita licentia
vti, † palio verò etiam si ille episcopus
concedat, vti non potest nisi speciale
hoc priuilegium à Summo Pontifice
consecutus sit, vt angustius enim in
palij vsu, quam in cæteris pontificijs

a d. clemen. Archiepiscopo. vbi gloss. & doct.
b c. i. & y. c. ex tuarum. c. ad honorem. de autho. & vsu pal. gl.
& doct. præsertim Imo. & Vital. in d. c. archiepiscopo.
c d. cle. archiepiscopo. vbi gl. & doc. Abb. in c. i. in fi. de rel. do.
d Ab. in c. quanto. & c. pastoralis. in prin. col. pe. de off. or. Spe.
in ti. de leg. s. sunt quoq; ver. archiepiscopus. Cacciatu. in trac. de
vniou. art. 13.
nu. 16. Corra.
li. ij. c. iij. tit.
de archiepisc.
nu. 17. & 24.
e d. c. pastoris.
li. de off. ord.
f Ab. in c. c. i.
ecclesia. de ele.
g ca. si archi-
eps. de t. ep. or.
h c. suffraganeis.
de electi.
Doct. in ca.
quod sedes.
de off. ord. vbi
tamen Alci. te-
net contrariũ.
i gl. in c. si cle-
ricus. ij. q. i. et
c. venerabili.
s. sed si excõi-
catas. de t. ent.
exc. in sexto.
K c. ij. & c. ij.
uis. 3. q. 1. c. de
his. di. xij. vbi
Car. Ale. c. ga.
cognouit. s.
q. iij. Ab. in c.
ij. de accu. Phi-
lip. Fr. in c. vt
litigantes. de
off. ord. in sex.
& in c. sim. de
except.
l Ab. in c. in
tantum. de Si-
mo. Fran. in c.
i. de off. vicar.
in sexto.
m c. ne pro de
fectu. vbi nor.
de elect. c. i. de
sup. neg. pral.
n c. si episco-
pus. dist. 18.
& c. i. de pen.

a Fel. in d. c. pastoralis. in princ. col. v. numero. 8.
b Ioan. And. in. c. nullus. de iureiur.
c Idem Ioan. And. in. c. magna. eod. tit.
d c. i. de supp. neglig. prala.
e Corrad. vbi supra. numero. 17. & 18.
f d. capit. pastoralis. in principio.

g c. si clericus aduersus. ij. q. i. vbi gl. & gl. 47 in d. c. pastoralis. ver. excep. quibusdā. cir. ca med.

h glo. in d. c. si clericus. ver. arbitros. cir. med. vbi Tur. recere.

i Ab. in c. cū inferior. nu. 1. & 2. vbi etiā Imo. nu. 1. 1. f. mai. & obed. Maria. Soc. in in c. postulasti nu. 8. & 9. de fo. comp. & in c. i. nu. 18. & 19. de rap. Cla. in prac. cri. q. 35. ver. vltimi us quaro.

k glof. in d. c. conquestus. 9. q. 1. & in d. c. pastoralis. ver. si exceptis. & in summa. ix. q. 115. Ab. & Fel. in d. c. pastoralis. Corrad. vbi sup.

l c. de his. vbi gl. vlt. ver. ad stringat. dist. 1. 2. vbi etiam Archi. doc. in d. c. pastoralis Corra. vbi su.

ut etiam aliās diximus, in titulo, de cōcilio oecumenico.
† Solet tamen ambigi, vtrum Archiepiscopus diocēfanti iudex in causis dū taxat iure expressis, an verò generaliter sit, Felinus enim existimauit, a nō generaliter esse eum iudicem, sed in casibus duntaxat, qui iure expressi reperiuntur, cui Felyno pręiuit Io. an. ab eo citat, b hic enim apertē negat, Archiepiscopum iudicem esse episcopi alij in casibus, præter eos, qui specialiter ad dictam decretalem incipiētem Pastoralis, annotati sunt, & alibi ait, c non posse archiepiscopum veniam, & licentiam peregrinandi episcopo dare, ea ratione, quia ex Hostiensis sententia in materia episcoporum Metropolitanis prohibitum censetur quicquid expressē eis non reperitur concessum, non secus, atque in subditos suorum suffraganeorum eam tantum, quæ iure expressa est, iurisdiccionem, & potestatem habent, quorum quidem patrum autoritatē accedere dicitur est, nō recentium quorundam, qui ex sola verborum generalium ratione moti accipere fuerunt, & non tamen facillē concedendam opinor, eandem per omnia decisionem adhibendam in iurisdiccionē Metropolitanā contra suffraganeos, & contra suffraganeorum subditos, si quidem constitutio prædicta apertum inter hæc discrimen facit, dicens, Metropolitanō in subditos suffraganeorum cōpetere potestatem, exceptis quibusdam articulis, licet episcopus suus eidem sit Metropolitanā lege subiectus, ita galterius magis arctam subiectionem faterur.
† Huius quæstionis occasione dictum est, quōd, licet episcopi subditos contra eum acturus coram Archiepiscopo contemere eum debeat, & contra tamen, si ipse episcopus aduersus subditum suum acturus est, non debet eum ad tribunal archiepiscopi trahere, sed

arbitri iuris dādi sunt, apud quos causa agatur, e nam neque coram ipso episcopo ventilanda est, ne sua in ipsius causa ipse sibi ius dicat, † sed tamen arbitros eligere ipse idem cōpellere episcopus poterit.
Archiepiscopus † vel patriarcha in alie na diocēsi, vel prouincia delinquens, potest ab Episcopo illius diocēsi, vel Archiepiscopo eius prouinciæ iudicari, nisi ille episcopus, vel archiepiscopus sit ex suis suffraganeis.
Plures verò enumerātur casus quibus in subditos suffraganeorum suorū potestatem patriarcha, vel archiepiscopus habet, † quos licet alij longo ordine x recensent, & nos tamen morē nostrum secuti hic in publica comoda exponemus, nam in diuinis officijs, in peccatorum venijs, in iudicijs tam criminalibus, quā ciuilib. quādoque archiepiscopus in suorum suffraganeorum subditos potestatem habet.
In prima igitur parte ponemus casum, vbi suffraganeorum subditi alium celebrandi in diuinis, & psallendi morē à Metropolitanō ritu discedentem habēt, † cogere enim eos Archiepiscopus potest, vt Metropolitanō mori sese cōformet.
Nec † cui scrupulum iniiciat, quia videat Mediolanensem prouinciā alio modo, & ritu celebrare, & psallere, quā ecclesiam ipsā Metropolitanā, specialis enim est propriusq; illius diocēsis psallendi, & celebrandi ritus à diuo Ambrosio datus alias ecclesias non arcens extra eā diocēsim sitas, † hoc quidem in disceptatione vidi, an ecclesie, quæ intra fines diocēsis Mediolanensis existunt, de aliena tamen diocēsi, puta, Papiensi, Laudensi, vel Cremonensi, aut alia, quia Papiensis Episcopus, Laudensis, aut Cremonensis in ea ius habeat, Mediolanensem ritum à diuo Ambrosio præscriptum in celebratione diuinorum, an Romanum suæ episcopalis ecclesie seruare debeant, quæ tamen res mihi dubitādī ratione carere videtur, si quidem spectanda est potius ecclesie episcopalis, quā loci, in quo sita est Metropolitanæ ecclesie consuetudo, nisi tamen consuetudine diutina aliud præscriptum sit, ex concilio. n. Toletano

Toletano præcitato præcipitur, a vt inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vnde honoris cōsecrationem acceperit, vt iuxta maiorum decreta, sedes, quæ vnuscuiusq; dignitatis sacerdotalis est mater, ecclesiasticæ dignitatis, vel rationis sit magistra, † nec credo intra eam prouinciā, vel diocēsim, aut intra eius fines ecclesiam dici, quāuis vnde quaque ecclesijs, aut oppidis circumseptā sit, alienæ prouinciæ, vel diocēsis, cum vñ hoc in locis exemptis concedatur.
In altera † prædictæ diuisionis parte ponemus, potestatem esse Archiepiscopo omnibus prouincialib. suis indulgentiam, quas vocant, peccatorum cōmunicare, & in omnes, qui earum particeps fieri voluerint, effundere, & e largiri, c ac sciendū, † populos, in quorum peccata archiepiscopus pariter, & episcopus indulgentes se præbent, vtriusque muneris, nempe Archiepiscopalis, & Episcopalis vñ fieri particeps. potest etiam † Archiepiscopolis ecclesiæ exigente necessitate, puta, vt templum ipsius instauraretur, vel ædificetur, aliud ve in pietatis opus, per totā prouinciā suam quæstores ad conquirendas piorum hominum largitiones mittere, & suffraganeosque, & eorum Vicarios id opus impediētes punire.
Item potest Archiepiscopus † rotam prouinciā suā, eiusq; ecclesias, & monasteria, & quæuis prouinciæ pia loca, earumq; ecclesiarum, & monasteriorum, aut locorum piorum homines iterum atq; iterum inuisere, vt quā opus esse viderit, manum prouidendo, & corrigendo apponat, tamēti nulla in Episcopis desidia notari possit, † sumptusq; cibarios in eo munere obeūdo sibi ministrari iubebit, & quas procuraciones vocant, † dumq; ita inuisit, fas ipsi est, etiam illius prouinciæ homines suis suffraganeis subditos crimina sua persequi, ac poenitentes facere volentes, vt Deo conciliantur, audire, soluere, & meritis poenitentijs subijcere, nō ordinari, & sacramēta ecclesiastica cōferre, i Quōd si † si accidat, Archiepiscopum & Episcopum eiusdem loci inuisendi gratia seiuinctos eodem tempore profectos

a d. c. de his.
b Vitali. & alij in d. cle. Archiepiscopo.
c c. nostra. vbi no. de penit. & remis. Fran. in c. i. de pen. & re. Bolognin. in tract. de indulgen.
d Bolognin. vbi sup.
e c. i. de pen. & remis. vbi Philip. Franc.

esse, vterq; eorum, si locus ille his impenfis par esse possit, accipiendus erit, diuersas verò in sententijs alicuius negocij in diffinitione transeuntibus, tenebit pro reo lata sententia: q̄ si onerosa illi loco vtriusq; Prælati ho spitationis cura videatur, Episcopus loco deceder, nisi ipse prior eō accesserit, x Item † potest suffraganeorum suorū subditos à suis ordinarijs mucrone excommunicationis percussos ad se accedentes soluere, † & de iniustitia sententiæ, & episcopi in eo processu integritate cognoscere, i † Extra visitationem verò non creditur, posse Archiepiscopum subditos suorum suffraganeorum ecclesiasticos ordines, aliā e sacramenta conferre.
In iudicialibus quoq; non carent Archiepiscopi interdū aliqua in suffraganeorum suorum subditos autoritate, & iurisdiccionē, † nam & eis licet, in notoria crimina totius prouinciæ animaduertere, eaque vlcisci, cum non iniuria argui, & notari negligentia episcopi in clara luce dormitantis ac stertentis possit, † notoriaq; dicuntur crimina, quæ examinari opus non est: n̄ qua ratione dictum est, † posse Archiepiscopum pranam consuetudinem prouinciæ suæ indictis quoq; excommunicationibus contra eius obseruatorem penitus eliminare. o Qui actiam † vbicumque episcopi incuria præsertim tertio moniti deprehenditur subditorum suorum vitia distimulant, poterit ipse Archiepiscopus de eis cognoscere, & iudicare, quod meo quidem iudicio, præter id quod constitutione Innocentij non obscurè omnino mihi expressum videtur, † est deinde & publicè vilitati, & animarū salutī ecclesiasticæq; p̄fecturæ decoro & dignitati consentaneum, neq; .n. factis plenè factum publicè vilitati videatur, & si episcopi compellerentur ab Archiepiscopo id facere, quod vltro exequi cum tenerentur, exequi tamen non

f Car. in cle. i. q. ij. de consec. Corrad. vbi f. trigef. casu. g c. cū ex officij de præscript. c. fi. de cens. in sex. h d. ca. fi. de cens. in sex. i gl. in c. i. de offic. ordin. in c. Franc. in d. c. fi. de cens. in sexto. K Io. And. et Philip. Fran. in c. i. §. de in d. de cens. gl. Ab. Fel. in d. ca. pastoralis. Corrad. vbi f. l. c. venerabilibus. §. i. de sen. excom. in sex. m c. nullas. 9. q. ij. Corrad. vbi sup. in ca. su. vigesimo secundo. n c. i. §. notoria. de censib. in sex. l. quādo de offic. ordin. c. sollicitudini nem. vbi Dec. nu. 5. de appel. o d. c. ex frequentib. vbi doct. de instit. Fel. in d. c. pastoralis. p notoria de cens. in sex.

Ab. in d. c. pastoralis in prin. col. pen. & in c. si quis contra clericum col. 27. nu. 40. ver. aggredior nunc materiam: de foro comp. contra quem Fel. in d. c. pastoralis, & Corrad. vbi s. in casu 12.
b. c. cum scimus. 9. q. 3.
c. Felin. in d. c. pastoralis post Bald. quem citat. in l. f. §. illud C. de tem. ap. pel. in l. f. col. i. C. de sent. n. Abb. in ca. ex parte vlti. in prin. de appell. d. In Authen. de sanctissim. epif. §. si quis autem. Ab. & Fel. in d. c. pastoralis hic. nu. me. xi.
72 c. multis de offic. ordi. Ab. & Fel. d. c. pastoralis.
f. c. u. specia. li. de appellat. Ab. & Felin. vbi sup.
g. c. sollicitudinē vbi doct. de appell. Ab. Felin. Corrad. vbi sup.
h. c. i. de pœn. in sex.
ī. gl. in sum. 9. q. ij. c. ex frequent. vbi Innoc. de instit. Ab. & Fel. in d. c. pastoralis.
K. no. in d. ca. pastoralis: Corrad. vbi sup.
l. c. sicut vbi de exce. prel. m. gl. in c. placuit. ver. retrulerit. ad fi. 16. q. 6. Fel. in d. c. pastoralis nu. 7. ad fi. ver. non concedit priuilegium Ab. in c. cum inter col. i. n. gl. in c. nouit. de offic. delega. (de re iud. o. Rot. Bisign. decif. i. nu. ij. inc. vtrum valeat, de cons. et dec. Ro. 842. inc. vtrum valeat in ti. de consuet. in anriq. ex doct. Io. And. in d. c. nouit. in i. gl. in nouel. de offic. leg. & in c. signifi. p. Rot. vbi sup. (gl. ij. de fo. comp. q. c. signifi. casu de foro compet. Corrad. vbi sup. in casu 22.

sibi, vel nuntijs suis per prouincia n̄ transmissis iniuriam inferentes notorium eius iurisdictionem debitā impediunt, alio uē modo iniurij sunt. n̄
 80 In negotio t̄ quoq; Vniuersa prouinciae vtilitatem spectante potest in suffraganeorum suorum subditos Archiepiscopus iurisdictionem, autoritatemq; habere, i quemadmodū & de praua consuetudine diximus supra.
 81 Potest etiā talicui suffraganei sui subdito causam volenti delegare, quamuis inuito non possit, n̄ suffraganeosq; t̄ ipso consentiente omnē in eius diocesi iurisdictionem exercere potest, l̄ & ipsius t̄ suffraganeis subditis, si assentiatur, priuilegia concedere, quamuis nolentibus suffraganei non possit, m̄ quo exemplo pariter conclusum est, t̄ constitutionem Synodi prouincialis assentientibus suffraganeorum subditis conditam valere, qua cautum sit, Archiepiscopo suo esse de subditis laicis suorum suffraganeorum, causisq; eorum cognoscendi, n̄ quamuis alioqui subditis suffraganeorum dissentientibus, constitutio huiusmodi etiā in concilio prouinciali facta non valeat, t̄ hinc responsum extat à Patribus in Romanę rotę auditorio cōscriptis, non valere Synodi prouincialis constitutionem, qua caueatur, q̄ Archiepiscopus executioni demā dare omnes constitutiones possit illa in Synodo factas, non minus in subditos suorum suffraganeorum, & pro delictis extra suam diocesim in prouincia patratīs, quā in suos diocesanos, & propter delicta intra suam prouinciam admittā, o qui patres illud quoq; eleganter deciderunt, t̄ licet alicui Archiepiscopo alterum Archiepiscopum intra suam diocesim admittere, vt aduersus aliquem ibi commorantem, qui intra illius diocesim illi Archiepiscopo iniuriam fecit, procedere, & ius dicere, distingueretque possit, v̄ verum, t̄ si in priori specie ageretur de constitutione aduersus clericos suffraganeorum subditos facta, censent aliqui, non sufficere consensum ipsorum subditorum, sed & episcoporum suorum consensum desiderari, q̄ quod vix tamen video ego posse ad vsum deduci, si quidem constitutio

DE VICARIIS, Tit. VIII.

E P I T O M E.

tio in Synodo prouinciali facta, aut eo episcopo presente, aut contumace facta consentum eius habere presumitur, vel interpretatur, nisi ponamus, eum expresse contradixisse; & protestatum fuisse, aut absentem iusto impedimento distractum fuisse.
 88 His adde, quod Archiepiscopo quærimonia delata ab episcopo aduersus canonicos suos, quod abiq; manifesta, & rationabili causa a diuinis contemptum episcopi cessarint, potest Archiepiscopus ipsos canonicos tamquā à sede Apostolica delegatus visitare, a defunctoq; t̄ episcopo visitatorem ecclesię viduata, si capituli incuria appareat, dare potest, v̄ t̄ clericos idoneos ecclesię indigenti sufficere. c.
 91 Ac demum sciendum est, t̄ posse Archiepiscopum cum subditis suorum suffraganeorum dispensare in pœnalibus, quibus eunq; in casibus eos iudicare potest, vt Gulielmus Durandus scripsit à frequentibus sententijs probatus, in titulo de dispensatione. §. sunt quoq; d.
 92 Sciendum est postremò, t̄ ad culmen hoc episcopale, quacumq; in sede ex prædictis quatuor locatum sit, duobus modis aliquem promoueri, electione videlicet canonicorū, vel Pontificis Maximi prouisione, quibus t̄ tamen electione, vel prouisione plenum ius non queritur, t̄ si quidem post Pontificis Maximi prouisionem consecrati quidem præterea episcopo adhibenda, non tamen confirmatio facienda est, atq; Archiepiscopo insigne palij conferendum est, post electionem verò canonicorum etiā confirmatio exigitur prælati, quamuis tunc non requiratur, cum à Summo pontifice dignitas collata est, t̄ quandoquidē confirmandi autoritas ad maiorem spectat, pontifice autem Maximo nullus nec maior, neq; etiā par in toto orbe nostro inuenitur, de quibus tunc dicemus, cum de alijs prælati diximus.

TRADIT hic tractatus diuerfas Vicariorum Episcopaliū species, & quibus alijs nominibus apellantur, quæ sit singulorum iurisdictione, ordinaria ne an delegata, an dignitatem habeat, quod successor detur in officio Vicariatus, defenditur, quo differant inter se hæ tres legatorum species, & an sint digniores Vicarij constituti, an Vicarij legiōni. Vicarium ab episcopo ipso constitui, aut à capitulo sedo vacante, non dū episcopus viuunt, quæ desiderentur in Vicario qualitates, ne pe vt sit ecclesiasticus, & in ecclesiastico habitu incedat, ne sit excommunicatus, ne bigamus, ne sit ex Monachis mendicantibus. Vicarius generalis vt sit tam in spiritualibus, quā in temporalibus, & quid spiritualium, vel temporalium administratio asserat, quā in iudicialibus potestatem habeat Vicarius, in quibusue nullam potestatem habeat ordine differat, tam in iudicialibus, quā in extraiudicialibus, perpetam à Vicario gesta episcopo an obesse possint. Quid Vicarius à delegato differat: quomodo Vicarius designat quis esse, & præsertim reuocationis tacite & expressæ mentio habeatur, quid si post reuocationem Vicarius aliquid prudens, imprudensue gesserit, an quandoq; id valere & executionem sortiri possit.

SVMMA RERVM.

- 1 Episcopus quare accipiat sibi Vicariū.
- 2 Episcopus cogi potest, vt Vicarium accipiat.
- 3 Vicariorum tres species, & quæ sint.
- 4 Vicarij vnde dicantur.
- 5 Vicarij alijs quoque nominibus appellantur.
- 6 Vicarij habent dignitatem.
- 7 Vicarijs delegantur cause à Sum. Pont.
- 8 Vicariatus dignitas aliam dignitatem compatitur.
- 9 Vicariatus non est dignitas in cathedra li ecclesia.

a c. irrefragabili. §. ceterū. de offic. ordi.

b Ab. in c. i. n. 7. ti. no. sede vac. per c. si. d. sup. negl. prælati.

c c. non liceat. l. 2. q. 2.

d nu. 3. v. r. f. Archiepiscopo autem.

- 10 Vicariatus non datur successio . 38 Privilegia data episcopo non competunt vicario .
- 11 Vicario remoto non dicitur vacare dignitas, sed extincta . 39 Capitulum canonicorum vacante sede creat Vicarium .
- 12 Delegatio facta vicario an transeat ad successores eius . 40 Vicarius alium vicarium non potest facere .
- 13 Ratio quare excommunicatio lata in vicarium non liget successorem . 41 Potest tamen delegare .
- 14 Excommunicatio non extenditur ad innocentem . 42 Potest tamen constituere vicegerentem .
- 15 Iurisdictio vicarij est ordinaria non delegata . 43 Episcopus potest eodem tempore duos vicarios habere .
- 16 Iurisdictio vicarij specialis est delegata . 44 Epi cura in deligendo vicario quantal .
- 17 Vicarius generalis habet iurisditionem ordinariam in civilibus tantum lenibus non in gravibus, neque in criminalibus . 45 Vicarij qualitas qua .
- 18 Archidiaconus, & archipresbiter sunt vicarij de iure . 46 Vicarius debet esse ecclesiasticus .
- 19 Vicarius constitutus habet idem tribunal cum episcopo . 47 Indecorum est, ecclesiasticis laicum imperare .
- 20 A vicarij sententia non appellatur ad episcopum . 48 Clericus coniugatus quamvis non bigamus non potest esse Vicarius .
- 21 Episcopus non potest impugnare factum legitimum a suo Vicario . 49 Assessor episcopi potest esse laicus .
- 22 Factum a vicario videtur factum ab episcopo, si factum sit legitime . 50 Vicarius debet gestare habitum clericalem .
- 23 Tribunal vicarij nati non est idem cum tribunali episcopi . 51 Quomodo intelligatur, quod vicarius non debet differre habitu ab episcopo .
- 24 Nec factum eius censetur factum episcopi . 52 Vicario conferente beneficiu in sua diocesi in habitu laicali probandum erit, quod erat vicarius .
- 25 Appellari potest ad episcopum a sententia vicarij nati . 53 Extra diocesim potest uti vestibus laicis .
- 26 Tribunal Summi Pontificis non est idem cum tribunali sui vicarij . 54 Excommunicatus non potest esse vicarius .
- 27 A sententia vicarij Summi Pontificis appellatur ad Summum Pontificem . 55 Bigamus non potest esse vicarius .
- 28 Vicarij nati non habent iurisditionem ordinariam sed delegatam nisi in lenibus . 56 Mendicantes religiosi non possunt esse vicarij .
- 29 Archidiaconus an Vicario sit dignior . 57 Monachus, aut canonicus regularis non prohibetur esse vicarius .
- 30 Archidiaconus & Archipresbiter preferuntur vicario in scriptis Summi Pontificis . 58 Etiam absq; licentia suorum praelatorum, quod reprobatur .
- 31 Stilus non extenditur ad alia . 59 Monachus factus vicarius debet habere secum alium Monachum .
- 32 Vicarius papa non habet iurisditionem extra urbem . 60 Vicarius constitui debet in spiritualibus & temporalibus .
- 33 Vicarius etiam presente episcopo praefertur Archidiacono . 61 Administratio temporalium quomodo discernatur ab administratione spiritualium .
- 34 Is me precedere non debet in quem ego iurisditionem exercere possum . 62 Spiritualium administratio in quibus consistat .
- 35 Archidiaconus praecedit vicarium alterius episcopi in aliena diocesi . 63 Administratio temporalium in quibus consistat .
- 36 Vicarium eligit episcopus . 64 Temporalium administratio consistit tam in iudicialibus, quam extraiudicialibus .
- 37 Vicarij potestas ordinaria a lege non ab episcopo venit . 65 Actus extra iudiciales qui .
- 66 Actus iudiciales qui .
- 67 Vicarius censetur habere mandatum generale ad omnia, quae episcopus verisimiliter ei concessurus fuisset .
- 68 Episcopus quae non censatur voluisse concedere vicario ex generali mandato .

- 69 Vicarius potest cognoscere de casu, qui meretur depositionem quod ad hoc ut referat ad superiorem . 90 Potestas vicario data ad conferendum beneficia est late interpretanda contra episcopum .
- 70 Reprobatur . 91 Vicarius habens potestatem conferendi beneficia potest conferre dignitates, et curas .
- 71 Clausula generalis subiecta enumerationi aliquorum specialium facit ut contendantur omnia specialia, quae aliis in generali non continerentur . 92 Et poterit beneficia comendare .
- 72 Monitio in formando privilegio vicariatus . 93 Habens privilegium conferendi non potest comendare .
- 73 Potestas conferendi beneficia non censetur data vicario in generalibus . 94 Prouisus a vicario habente potestatem conferendi, quandoque antefertur ei, cui episcopus ipse contulit .
- 74 Etiam quod data fuisset potestas eligendi & praesentandi, alique maiora faciendi . 95 In pari causa praefertur prouisus ab episcopo ei cui vicarius contulit .
- 75 Habens potestatem conferendi vel prouidendi censetur habere etiam potestatem eligendi & praesentandi . 96 Ratio huius dicti .
- 76 Conferendi vel prouidendi verbum habet plenioris significationem . 97 Praeceditq; etiam quod episcopus contulisset existens extra diocesim, vicarius intra .
- 77 Vicarius Summi pontificis non habet potestatem conferendi beneficia . 98 Vicarius conferre potest etiam existens extra diocesim .
- 78 Conferendi licentiam esse oportere quomodo intelligendum . 99 Nisi essent deuoluta ob negligentiam Summi pontificis cum vacant in curia .
- 79 Beneficia, quae episcopus conferre non potest iure ordinario non comprehenduntur in licentia data vicario ad conferenda beneficia generaliter . 100 Et nisi potestas vicarij limitata esset intra ciuitatem & diocesim .
- 80 Vicarius ex generali potestate conferendorum beneficiorum, an possit conferre etiam, quae ad episcopum iure deuoluta spectant . 101 Vicarius habens potestatem conferendi non potest conferre beneficia erecta post hanc facultatem ei datam .
- 81 Distinctio auctoritatis . 102 Vicarius habens potestatem conferendi beneficia absente episcopo, non potest ea conferre episcopo praesente .
- 82 Beneficium resignari non potest in manibus vicarij, nec resignatum ab eo conferri . 103 Habens potestatem conferendi certis personis non potest alij conferre .
- 83 Vicarius habens potestatem accipiendi resignationes & conferendi potest etiam resignationes factas ex causa permutationis admittere, & conferre, ut exequatur permutationem . 104 Cause matrimoniales an spectant ad vicarium ex generali concessione .
- 84 Vicarius non potest interponere auctoritatem donationi patronatus a patre alteri facta . 105 Cause matrimoniales sunt propria episcoporum .
- 85 Vicarius non potest interponere auctoritatem consentiendo collationi beneficij . 106 Visitandi ius non pertinet ad vicarium .
- 86 Actum agere et agenti consentire idem sunt, cum eadem subest ratio . 107 Nec ius faciendi synodum diocesanam .
- 87 Vicarius potest instituire presentados a patronis . 108 Nec ius commutandi penas iuris .
- 88 Rebus contrarium tenentis argumenta confutata . 109 Potestas data vicario componendi super penis intelligitur de lenibus criminalibus .
- 89 Aliud in vicario speciali sed generali . 110 Vicarius non cognoscit de causa beneficij super qua interuenit institutio episcopi .
- 111 Vicarius dispensare non potest ex generali concessione vicariatus .
- 112 Quae specialiter conceduntur vicario non sunt ex ordinaria, sed ex delegata potestate .
pterea ab officio summo uisisset, ut delegatiōi fraudem faceret, non sine debita animaduersione abire licebit. **h** Si uero sit, quem sibi vicarium Episcopus adlegerit, in dignitate, & ordine Episcopali, & ipse constitutus sit, non propterea plus ei iuris competet ex ordinaria vicariatus potestate, quam alij cuius vicario competeret, nam & ea, quae ordinis episcopalis sunt, non nisi ex mandato speciali exercere potest, quamuis ipse episcopus sit, quare neque ecclesias, capellas, & oratoria, vel caemiteria polluta expiare, neque confirmare sacro chrisimatis oleo in iungendo post baptismatis sacramentum, neque episcoporum, & si vicarius sit Archiepiscopi, vel Abbatum electiones confirmare, aut eos facere, neque potest Abbatibus, vel Abbatissis benedicere, quod, si vicarius in episcopali ordine constitutus non sit, cum ei haec committi non possint, ut ordinis episcopalis sunt, per eum, ut explicari exerceri que possint, hoc ei conceditur, ut Episcopos horum actuum gratia uocare, & eis committere haec queat, & pariter chrisimatis, & olei cathecumenorum gratia, & infirmorum conficiendi, corporalibus, patinis, & calicibus benedicendi, nam uestibus etiam qui episcopi non sunt, benedicere non prohibentur, dum mandato ex specialibus id eis sit concessum. **l** Archiepiscopi si vicarius in episcopos suffraganeos sui Archiepiscopi nullam exercet iurisdictionem, dum ipse Archiepiscopus adest, in diocesi, vel provincia, tantus honor dignitati illi episcopali debetur, Archiepiscopo uero absente non prohibetur in eos quoque aus dicere vicarius. **m** Sed, quamuis in suffraganeum Archiepiscopi ius dicere vicarius non possit, si tamen in interditi sententiam, excommunicacionis, uel suspensionis in eum tulerit, seruanda erit sententia, quamuis non impune abeat ob temeritatis huiusmodi culpam vicarius, ut Ioannes Firmianus sententiam glossae, & Ioannis Monachi, & Hostiensis sequutus scripsit, in quam tamen Ego non admodum audaci animo iurarem, cum non tantum de iniustitia sententiae, sed & de potestate eius, qui sententiam tulit, agi opiner,

opinere, quandoquidem hanc Vicarijs potestatem ipse canon expressè interdicat, a merito; Archidiaconus, & Ioannes monachus idem, mutata sententia, aliud scripserunt, u dixerunt; huiusmodi sententiam non ualere. **125** Quilibet generalis Vicarius scilicet episcopi, vel Archiepiscopi de causis per appellationem ad episcopum, vel Archiepiscopum iure ordinario deo iuris cognoscit. **c** Causas uero ab ipsis Vicarijs decisas non ipsimet episcopi, vel Archiepiscopi cognoscunt, quorum uices gerunt, ut diximus supra sed maiores prelati, quibus subsunt, nisi forte episcopus audeat, ut cognoscat, utrum lata à suo vicario sententia, sit ipso iure nulla, potest enim hoc casu episcopus de sententia vicarij, & e contra vicarius de sententia episcopi decernere, quidni? cum & ipse idem iudex, qui sententiam tulit, eandem, si nullam in ualidamque esse cognouerit reuocare possit, u Cognoscere etiam possit, iam diximus, episcopum per appellationem aditum de his causis, quas vicarius non ex generali vicariatus iurisdictione, sed ex specialibus mandato, quos proximè enumerauimus, iudicari, si item diximus, posse episcopum aduersus sententiam vicarij concedere in integrum restitutionem, si imo etiam uterque restituit aduersus propriam sui ipsius sententiam. **129** Nec omitto, si vicarium posse officium suum, etiam praesente episcopo exercere, in omnibus, praeter ea, quae reuertentiam spectant. **f** **130** Item & hoc sciendum est, quod perperam a vicario in damnum & perniciam alterius gesta, possunt quandoque in caput ipsius episcopi uerti, ubi scilicet eor talem sibi cooptauit vicarium, quod eorum ius mores, uel infamia à tali officio summo uere debuerant, uel si, postquam de mala eius in officio uertione certior est factus, eum remouere non curauit, quod si nulla possit episcopo adscribi eo deligendo uel sustinendo culpa, cum nemo non de ipsius integritate ac scientia spondere ausus fuisset, aliud respondendum esset, quid hoc enim casu peccauit episcopus, ut teneri debeat à superiori

a. d. S. officiales vbi no.
b. no. in d. S. officiales.
c. c. dilecti, & c. dilectus vbi doct. de appel. in sex. Philip. Fran. in c. dilecto. nu. 73. co. ti. Ab in c. cum ex literis de rest. in inregr. Firm. vbi sup. q. 27. nu. 37.
d. Ab. Phil. Firm. vbi sup. Corrad. nu. 9. no. in l. iudex postea quae de re iudica.
e. Phil. Fran. in d. c. dilecti. quest. 9. & 10.
Rebman. in d. quest. 27. in si. f. Feder. conf. 302. incip. reuocande in si. Rebuff. n. 186.
g. Bal. in marginarita uers. episcopus & in R. C. de pana iud. qui mal. ind. Casl. conf. 117. lib. i. Firm. in d. tra. de episc. lib. 4. par. vij. tit. de vicar. quest. 7. Rebuff. nu. 188.
Ro. Bisig. in ri. de vica. decis. S. nu. i. apost. ad capel. i. b. olos. decis. 97. Rota. dec. 282. Rodan. in tra. de reb. eccles. non alien. ti. h. Bar. in li. i. S. i. ff. quis & à quo Firm. vbi supra quest. 9. nu. xi. Maran. in spec. dist. 5. prin. num. vij.
i. c. si gratiose de rescrip. lib. sex. doct. in c. quoniam Abbas de offi. deleg. Rebuff. vbi sup.
k. Specul. in tit. de offi. ordin. S. i. uer. auditores. vbi Bal. in addit. uers. secundo. Firma. vbi sup. quest. sex. gl. vlt. in cle. vlt. de procur. Corrad. in tit. de const. vicar. nu. 7.
l. c. i. de officio vicar. in sex. in si. gl. vlt. in si. in d. cle. vlt. de procur. Rebuff. vbi sup.
m. no. in cle. ij. de rescrip. Bal. in le. solet. S. sicut. ff. de offi. consul. Gemin. in c. i. de offi. vicar. in sex. Philip. Fran. in c. ad nostram de appel. Cald. in conf. ij. de offi. vicar. Fir. vbi f. q. 12. nu. 14. Bar. in c. quoniam nu. 37. de offi. dele. Reb. vbi f. n. 192.

quidem in specie culpa non caret, cum in tanta rei negotio uigilantem in exquirenda hominis uita, & moribus se prestare debuisset, atque hoc pacto conciliari posse opinor, quae repugnare inter se uidebantur iuris nostri peritorem sententiae. **g** **131** Queret etiam si fortasse aliquis, quoniam discrimine vicarius generalis à delegato ad uniuersitatem causatum fecerit possit, cum prima uisusque frons eundem ferè esse insinuet: uerum dicendum est, hoc inter se discrepare inter cetera, & discerni posse, quia vicarius (ut diximus) in eodem episcopi tribunali sedet, delegatus à iudicio. **h** **132** Postremo uidentur est, quibus modis vicarij officium cesserit, uel extingueretur: & primum constat, si in alteru tritus uel episcopi, uel vicarij morte, adeo quidem, si ut nec cepta negocia & processus uicete ipso episcopo queant post ipsius mortem perfici, ut ex traditis à Gulielmo Durando edocuerunt Baldus, & Firmianus, & alij. **k** **134** Item definit quis esse interim episcopi vicarius, si episcopus ipse fuerit excommunicatus, interdictus, uel suspensus, quapropter gesta per eum hoc tempore in ualida, irritaque erunt. **l** **135** Item, si episcopus eum renocadum expressè iudicari, finietur eius officium, si est enim in mera potestate & arbitrio episcopi hoc positum, an & quando eum renocare uelit, ut quae renocandi vicarij potestatem episcopi non

a. gl. in cle. si. de procur. in si. & in c. si. vers. reuocatus de procurat. in sex. Paul. Caltr. in cons. 361. incip. venerabilis 3. q. num. 4. vers. nunc ergo queritur lib. i. ex no. per Innoc. & Io. And. in c. dilecto de preb. b. doct. in c. nouit de iudic. & in c. i. de confr. vt. Rebus. vbi supra num. 194.

c. Rebus. num. 195.

d. ca. nolentes 238 de offic. lega. 139

e. c. non iniuste & procura. l. si quis cum peratorio. s. si. ff. de procurat.

f. Gemini. & Lap. in c. licet eo. tit. de offic. vic. in sex. Firman. vbi supra quest. 21.

g. Ab. in d. c. nolentes Boer. decis. 347. Rogman. sing. 57. seu 58.

h. l. si forte vbi Ral. ff. de offic. procon. Firma. in d. quest. 21. Dec. cons. 295 col. ij. Fel. in c. ij. col. 8. ad si. de rescrip. Rebus. vbi supra num. 206.

i. Cald. conf. 4. de offic. vicar. Felin. vbi supra. Rebus. vbi supra num. 211.

quamdiu ibi moratus fuerit, quocirca, tamen illa Gregorij epistola decretalis videtur frequentissimos iuriscōsultos in hoc induxisse, vt opinarentur, priorem legatum non desinere, & si aliter postmodum legatus eō trāsmisus fuerit, mihi tamen non satis tutum huic opinioni fundamentum illa epistola suppeditare videtur, quā ratione & hoc aliud pronuntiatum ex eodem fonte eductum accipiendum non puto, vt scilicet, vicarius postea datus priorem desinere non faciat, imò iuri & rationi magis consonum est, voluisse Episcopū priorem vicarium reuocare, cum alterum vicarium constituit, maiore etiam ratione, quam procurator altero constituto procuratore mutatus censeatur, & tunc cum facilius priuata, quam publica officia multiplicari concedantur, & quia frequentius videmus, plures constitui procuratores, quam vicarios, præsupposito (vt diximus) illius episcopi morte, quod vnum vicarium donatam habere consueverit, quod simpliciter dixerunt Feder. & Lapus, & Gemina nus, & quamuis Abbas, Boerius & alij aliud docuerint. **g**

g Non tamen omnino irrita, aut inutilia erunt, quæ gesserit post amotionē suam vicarius, sed ea donatam, quæ postea egerit, quam sibi denuntiata esset reuocatio, & aliter quam per denuntiationem, ipsius scientiam, notitiamq; habuisset, vt nonnulli opinantur, i cum quibus ego non consentio, hac fretus ratione; quia, licet episcopus eum reuocaret, non censetur tamen voluisse, vt effectum, & executionem prius acciperet reuocatio, quam ipsius nomine ei denūtiata fuerit, & nec ipse vicarius ab officio prius ab episcopo ei fuisset, ne illud exerceat, vel reuocatio intimata fuisset, aut alterius vicarij constitutio ei denuntiata ipsius episcopi nomine, imò leuitatis infimulandus esset, si ex alienis monitis, de episcopi iussu non procedentibus, officij curam temere deponeret, quare merito Boerius potius ego assentior, qui hanc partem est sequutus in decisione sua trecentesima quæ dragesima septima, & in dubio tamen præsumitur

præsumitur vicarius suam reuocationem ignorasse, vbi denuntiata sibi non fuerit, & si igitur beneficium aliquod interim contulerit, alitue egerit, effectum & executionem obtinebit; & trāditum est tamen, si culpa sua reuotus fuerit, etiam ante scientiam reuocationis, per eum gesta irrita esse omnia, quod certè, et si crebris calculis probatum sit, mihi tamen omnino durum videtur, vt ipsius culpa alij sit damnosa. **h** Item sciendum, & quod si vicarius post intimatam sibi reuocationem beneficium præsentem, ac patie te episcopo alicui conferat, collatio tenet, quasi instaurata sit ei, quam reuocauerat, p idem data conferendi potestatis, vt Boerius decidit, & cessans sic conelutum fuisse in Senatu suo Burdegalenis, quod tamen Rebasius non admittit, & quia (inquit) sicut conferendi potestatem oportet expressè datam esse, sic & vbi semel reuocata est; ego Burdegalenis Senatus sententiam sequor, vbi statim & nullo ferè dato interstitio temporis post intimatam reuocationem sic beneficium præsentem Episcopo dedisset, quasi reliquæ adhuc quedam officij superesse viderentur, nec dum calor ille omnino extinctus esset, & propter veritatis primordium, & sicuti ille, qui semel fuit Notarius, officioque priuatus instrumenta nihilominus conficit, minus punitur ob memoriam pristini officij, quam ille, qui numquam fuit notarius, & atq; etiam, & quia videntur inesse ea, quæ incontinenti fiunt, & at, si iam aliquod temporis intervallo post reuocationem effluxisset, ita vt amplius coherere episcopo dici non posset, sed disunctus omnino esset, & reliquæ omnes abholutæ, Rebusso potius assentiri vellem, quod temporis ego iudicis arbitrio relinquendum dicerem, aut saltem diuè octo metam excedere nollem.

Recensari autem potest vicarius, vt in causa episcopi sui tamquam suspectus iudicare non possit. **g**

h Reuocatus t quoq; censetur vicarius tacite, si episcopus ille, qui eum constituit, episcopatum illum dimiserit seu simpliciter, seu ad alium formè episcopatum translatus, vt dixit Rebus-

a. Felin. vbi supra.
b. c. i. S. adijciebatur de concess. preb. in sex. Rom. sing. 58. incip. et licet & in vers. vicar. Ioa. de Pra. in d. l. si quis cum procuratorio. s. si. Firma. d. quest. 21. Felin. in d. c. ij. col. ante pe. nu. 24. Rebus. vbi supra num. 207.
c. Boer. in decis. 347. num. 18. ad fi.

h fus, & verissimum opinor, cum non dignitati, sed persone assumptus censeatur vicarius, ac debeat vnusquisq; vicarium ex proprio, non ex alieno arbitrio deligere. & Quia ratione & vicarius à capitulo sede vacante constitutus cessabit, cum nouo episcopo creato, & possessionem episcopatus adeptus, capituli pariter potestas finitur, confirmari igitur eum a successore episcopo oportebit vt perseveret. **i**

i Permutatione t autem Episcopatus cum alio episcopatu facta non creditur reuocatus vicarius, nisi expressè fuerit reuocatus, quare post permutationem à vicario gesta nondum reuocato omnia valebunt, & neq; eadè in permutatione, quæ in translatione est ratio, si quidem permutata res loci eius cedit, cum qua permutatur, quod non est in translatione.

j Sunt t & qui opinentur, præsentia episcopi superueniente vicarij, officij cessare, & quorum opinionem aut ego non intelligo, aut certè perabsurda est: nam, si (vt diximus) episcopus vicarium etiam præsens habere debet, ac cogitur, cur interpretari volumus, reuocare illud officium voluisse, quod non habere non poterat, aut alium, cum præsens est, quam, cum abest, vicarium habere non sine inconstantiæ aliqua suspitione eum voluisse.

Quæ de vicario episcopi dicta sunt, eadem & de vicarijs eorum dicta intelligantur, qui episcopalem iurisdictionem, & potestatem quamdam habent, licet ipsi ordine episcopali careant, cuiusmodi sunt pleriq; Abbates, vt infra suo loco dicemus, nam & hi vicarios sibi in iurisdictione sua eligere solent, & sed & in spiritualibus, & diuinis quandoq; vicarij constituuntur à quibuscumq; ecclesiarum Rectioribus, quorum mentio proprio sub titulo infra facienda est.

d. Rebus. num. 219.
e. arg. l. vnus ff. d. quest. Bal. in l. data ope va. n. 2. C. q. ac ens. no. pos. Felin. in ca. que in ecclesiarum nu. 82. de cons. sit. vers. & hinc est.
f. l. lecta. ff. si ceter. pet. no. in l. in bonæ fidei & l. petens. C. de pact.
g. Corra. ti. eo. h. Rebus. vbi supra num. 219.
i. Pan. in tra. de offic. & potest. ca. par. ij. quest. x. vers. adde et, quod potestas. Rebus. vbi supra num. 221.
h. Calder. cōf. ij. incip. rector prouincie de rescrip. So. cin. cons. 27. incip. sup prædicta lib. 3. Rebus. vbi supra num. 225. & 226.
l. Rebus. vbi supra num. 222. & seq.
m. gl. in cle. 2. vers. episcopi in prin. de rescrip. vbi Car. quest. 12. Lap. arg. 5. Madof. in reg. 14. q. 6. nu. xi.

DE OFFICIO, ET
Potestate Capituli Eccle-
siæ Cathedralis.
Tit. IX.

E P I T O M E.

Capitulum cur sic appelletur, quænam sit ipsius tã plena, quàm vacante sede potestas in beneficijs quibuscunq; cõferendis, in iurisdictione ordinaria, in dandis æconomis, in commendando, instituendo, priuando, accipiendo resignationes, seu ex causa permutatiõis, seu simpliciter factas, admittendis postulatiõibus, visitando diœcesim, cõfirmandis, vel infirmandis electionibus, dandis coadiutoribus Episcopo dementi, compellendis subditis, vt titulos suorum beneficiõrum, vel priuilegia ostendant, concedendis indulgẽtijs, communicandis omnium bonorum meritis: In dispensando, condendis statutis, & quæ statutorũ vis, quæ potestas in creandis doctoribus, dandis literis dimissorijs, in excommunicando, vel absoluendo ab excommunicatione, in concedendo clericis, vt profiscantur extra diœcesim, & quam in iurisdictione delegata generaliter Episcopo in iurisdictionem habeant, in exequendis vltimis voluntatibus, in adediendis hæreditatibus ecclesiæ delatis, in causis matrimonialibus cognoscẽdis, & in iurisdictione quæ sita ex consuetudine. Quid postea in beneficijs vniuersis, vel suppressendis, quid in rebus ecclesiæ alienandis, quid in conferendis beneficijs deuolutis ad Episcopũ: An omnia in Capitulum regulariter transeant, quæ competunt Episcopo, an præscribere ea possit Capitulum, quando sedes vacare dicatur.

S Y M M A R E R V M.

- 1 Capitulum venit appellatione ecclesiæ.
- 2 Capitulum cur sic appelletur cum diminutione.
- 3 Capitulum non confert beneficia vacante sede spectãtia ad solum Episcopum.
- 4 Ratio ponitur.
- 5 Conferendi ius est inter fructus.

- 6 Capitulum nõ potest dilapidare fructus Episcopatus.
- 7 Collatio beneficiorum est species donationis.
- 8 Capitulum non potest donare bona Episcopatus.
- 9 Et iam quod conferre nõ possit episcopus sine consilio capituli.
- 10 Quali acunque sint beneficia capitulum conferre non potest.
- 11 Confert tamen capitulum beneficia, quæ vna cum episcopo conferre poterat.
- 12 Præsertim, si episcopus vii Canonicus ea conferebat.
- 13 Confert etiam beneficia, quæ conferre solebat cum consilio episcopi.
- 14 Capitulum vacante sede non exercet, quæ sunt iurisdictionis.
- 15 Quamuis episcopus ad ea exercenda inuitare possit.
- 16 Capitulum habet maiorem authoritatẽ vacante sede, quàm viuente episcopo.
- 17 Episcopus, & capitulum efficiunt vñũ & idem corpus.
- 18 Capitulum debet reddere rationem administrationis episcopo successori.
- 19 Capitulum dios eligit, qui assistunt episcopo in formando processum.
- 20 Episcopus debet in capitulo proponere negocia, quæ ad ecclesiã spectant.
- 21 Episcopus non potest donare ecclesiasticas res sine consensu capituli.
- 22 Sufficit tamen ratio habitio.
- 23 Multa ponuntur, quæ non potest episcopus sine capitulo.
- 24 Capitulum potest suscitare dignitatem iam diu abolitam.
- 25 Capitulum solum conferre potest negligente episcopo beneficia, quæ conferre poterat cum Episcopo.
- 26 Dummodo ea beneficia ad episcopum, et capitulum simul spectarent iure ordinario non iure deuoluto.
- 27 Episcopus non requirit consilium capituli in conferendis beneficijs ex iure deuoluto.
- 28 Capitulum est honorandum a quẽ, ac prælatum.
- 29 Capitulum habet maiorem potestatem se de vacante.
- 30 Capitulum habet iurisdictionem ordinariam sede vacante.
- 31 Etiam in laicos subiectos iurisdictioni temporali ecclesiæ cathedralis.
- 32 Capitulum interponere potest authoritatem

De Officio, & potest. Cap. Tit. IX.

- tem alienationibus faciendis.
- 33 Et dare æconomum ecclesiæ vacanti.
- 34 Et commendare beneficium ad breue tempus.
- 35 Et prorogare tempus commenda.
- 36 Potest insinuare presentatos.
- 37 Potest beneficium alicui adimere perpetuõ, vel ad tempus.
- 38 Et accipere resignationem ex causa permutationis.
- 39 Dummodo tale beneficium solus episcopus conferre non suleret.
- 40 Capitulum potest acceptare resignationem beneficii.
- 41 Ratio eadem valet in admittenda resignatione, quæ in priuando quem beneficium.
- 42 Capitulum priuare aliquem potest beneficio.
- 43 Episcopus admittere potest resignationem beneficiorum reservatorum Pont. Max. licet ea conferre non possit.
- 44 Potest capitulum priuare aliquem beneficijs, non tamen ordine.
- 45 Non potest capitulum priuare Abbates.
- 46 Capitulum postulationem admittere potest.
- 47 Capitulum Metropolitanum visitare potest prouinciam, & capitulum diœcesanum diœcesim, quando vacatio estitura longinqua.
- 48 Capitulum potest cõfirmare electiones, vel infirmare.
- 49 Confirmandi ius facilius conceditur, quàm ius conferendi.
- 50 Conferre est arbitrarium, sed confirmare est necessarium.
- 51 Collatio sapit donationem, non confirmatio.
- 52 Confirmandi ius est episcopalis iurisdictionis non sic ius conferendi.
- 53 Capitulum quandoque cõfirmare potest eum, quem elegit.
- 54 Capitulum Metropolitanum potest confirmare suffraganeos electos.
- 55 Non tamen eos, quos ex priuilegio cõfirmare episcopus poterat.
- 56 Neque tunc cum ad alios collegas simul confirmatio spectat.
- 57 Capitulum dare potest coadiutorem Episcopo dementi.
- 58 Et coadiutori assignare redditus.
- 59 Capitulum potest cõpelle subditos ad ostendendum titulos suorum beneficiõrum.
- 60 Vicariumq; constituere in spiritualibus.
- 61 Potest per alium Episcopum indulgentias concedere.
- 62 Non tamen per se ipsum.
- 63 Ecclesiæ thesaurus soli episcopo apertus est non capitulo.
- 64 Indulgentias dare est dignitatis episcopalis, non iurisdictionis.
- 65 Potest communicare omnia bona meritõrum, quæ in suo episcopatu sunt.
- 66 Capitulum potest dispensare in omnibus casibus, quibus episcopus potest.
- 67 Capitulum dispensat, vt quis studiorũ causa non teneatur se facere promoueri ante septennium.
- 68 Statuta facere potest capitulum vac. sede.
- 69 Et reuocare statuta episcopi.
- 70 Capituli constitutio non facit præiudicium episcopo successori.
- 71 Capituli constitutio non potest auferre subsidium charitatum.
- 72 Capitulum succedit in priuilegio creandi doctores.
- 73 Dare potest literas dimissorias pro ordinibus.
- 74 Absoluere potest ab excommunicatione reservata episcopo.
- 75 Licentiam potest dare clerico, vt eat extra diœcesim.
- 76 Reuocatur in dubium.
- 77 Episcopi agrẽ serunt, q; sui clerici aliõ vadant.
- 78 Iactura maior est in personis, quàm in rebus.
- 79 Episcopus reuocare potest licentiam profiscendi clerico datam a capitulo.
- 80 Capitulum habere potest quãdoq; authoritatem etiam in iurisd. epõ delegata.
- 81 Capitulum habet authoritatem et in executionibus vltimarum voluntatum.
- 82 Potest que diem executionis prorogare.
- 83 Et compellere executores ad reddendum rationes.
- 84 Et cognoscere de causis matrimonialibus.
- 85 Et succedit in iurisdictione competenti ex consuetudine episcopo.
- 86 Potest adire hæreditatem ecclesiæ delatam, & transigere, & compromissum seruare.
- 87 Non potest vñire duas ecclesias, vel beneficia, nec suppressere.
- 88 Capitulum non habet territorium.
- 89 Habere tamen potest carceres.
- 90 Hæretici non debent custodiri in carceribus capituli.

a capitul. cleric. de verborum signific. capi. cum antiquos. x. questione prima. capit. eam te. in suprascript. vbi Decius numero. 3. & Ripa numero. 14. de rescript. Pauin. in hoc tra ctatu par. 2. quæstio. 7.
b Abbas in capitulo primo. numero. 11. de electio. & in cap. scriptum. numero. 4. eodem titulo. de electio. capi. primo. de electio. cap. cum olim. de 91
c de indi. capit. 2. de institut. Abb. & Ripa 92
d in dicto capi tulo eam te. nu mero decimo. 93
e in capitu. nul lus. numero 6. 94
f 7. de electio. 95
g capitul. cum M. Ferrarien. vbi Ripa. nu mero 11. de cõ stitutio. capit. cum omnes. et capitulo cum accessissent. eod em titulo. de constitut. d Rip. dict. ca pit. eam te. e Ripa vbi su pra numero de cimo quarto. f Gloss. in ca pitulo irrefragabili. versic. per capitulum infra de offic. ordi. g capitul. penulti. extra ne sede vacante. c. i. de insti. in sext. h glo. cap. cum olim. versic. capitulo. de maior. & obed. i capit. quia sepe. de elect. in sex. cle. statutum. de elect. c. vt iuxta. de elect. c. cum uos. de off. ordin. gl. in d. c. cum olim. Pa uin. par. ij. q. i. huius tract. k dict. capit. cum accessissent. de constitutio. no. in capitul. finali. de officio vic. in sexto. l cap. vni. §. cum vero. ne sede vacante. in sexto. m Rebus in praxi cancel. titul. de deuolutio. numero sep tuagesimo. n d. c. vni. ne sede vacan. in sex. c. fina. de reg. in.

superstite (longè autem minore co superstite) auctoritatem prælato parem numquam habeat. Canonici autem soli capitulum constiant, & de capitulo dicuntur, non alij eiusdem ecclesie Clerici, vnde & cum de Canonici alicuius ecclesie mentio indefinitè habetur, capitulum ipsum nominatum censetur, c. præ latus autem ipse appellatione capituli non solet comprehendi, nec minus dicitur Capitulum, quamuis ei pre latus, caputque ipsum datur, si licet quandoque pars capituli, vt caput dici solet præ latus. Quod verò diximus, parem non esse capitulum cum episcopo etiam sede vacante potestatem, hinc quoque inter cetera cognoscere licet. 3 ¶ Constat enim inter cetera, nullo iure cautum inueniri, quòd vacante sede possit capitulum beneficia ad collationem episcopi solius spectantia conferre, imò contrarium expressè, ne scilicet conferre illa capitulum possit, g Honorij Tertij epistola decisu fuit. 4 quod t̄ sanè manifesta ratione fulcitur, nam t̄ conferendorum beneficiorum ius inter fructus episcopatus censetur, h quos t̄ fructus vtrique dilapidare capitulo non potest, sed successuro episcopo ser uare, custodireq; i tenetur. 7 t̄ Item, quia elargitionis, & alienationis cuiusdam species habetur, beneficiorum collatio, t̄ at satis notum est, hanc largiendi potestatem in bonis Episcopatus capitulo non competere, x nec magis hæc potestas competet capitulo, tametsi non sine consilio, & assensu ipsius alioqui Episcopus, dum viuuit, beneficia conferre possit, l nec t̄ quicquam interest, qualia, aut cuius modi ea beneficia sint, seu enim ea sint ex maioribus, seu ex minoribus beneficijs, seu sint regularia, seu secularia, ac multò etiam minus, si essent dignitates, conferre ea capitulum non permititur. m ¶ Beneficia tamen, quæ capitulum vnà cum episcopo conferre consuevit, non prohibetur ea capitulum sede vacante, quasi iure accrescendi tota ad se collatione deuoluta, conferre. n idque eod̄ ma gis concessum existimatur, si Episcopus

scopus vti canonicus, non vti Episcopus conferendi alicuius beneficij ius auctoritatemque habeat. A 20
a Item, t̄ si capitulum viuente Episcopo conferre poterat ipsius Episcopi consilio adhibito, licebit ei pariter, & vacante sede conferre. b
b ¶ Constat præterea, non licere capitulo, etiam vacante sede, ea, quæ sunt ordinis episcopalis, exercere, t̄ quauis episcopum aliquem inuitare possit, qui citra præiudicium aliquod futuri Episcopi, ac cum restatione, vt sibi nulli in eo episcopatu ius, nullãve possessio queratur, ecclesiasticos ordines conferat, ceteraque episcopalis ordinis mu nera exerceat. c
c Hinc consequens est, vt multò minus episcopi auctoritatem, & potestatem arrogare sibi capitulum possit, dum ipse episcopus viuuit, quamuis non desint iura, & auctoritates, quibus & ipso viuente vti potest, t̄ namque vnum corpus efficiunt præ latus cum capitulo, cuius corporis præ latus caput est, o quapropter, vt capiti cum reliquo corpore conueniat, multa sunt, quæ episcopus sine consensu, vel consilio capituli explicare, facereq; ne nō potest, e
e hinc etiam fit, quòd dato successore in episcopatu capitulo ei veluti suo capiti administrationis suæ, quam per sedis vacationem gessit, rationem reddere tenetur. f Item t̄ hoc ius capitulo, dum episcopus viuuit, ex Sac. ol. Synodo Tridentina competit, quòd initio cuiuslibet ani duos ex suo gremio eligere potest, de quorum consilio, & assensu episcopus, vel eius Vicarius t̄ in formando processum, quàm in cæteris omnibus, vsque ad finem causæ inclusiue, coram notario tamen Episcopi, & in eius domo, aut consueto tribunali pcedere teneatur, sic tamè, vt sit vnum vtriusque votum, possitq; alter episcopo accedere, quòd si ambo discordes ab episcopo in aliquo actu, vel interlocutoria fuerint, vel diffinitiuã sententia, tunc intra sex dierum spatium cum episcopo tertium eligat, & si in electione tertij discordes fuerint, ad viciniorem episcopum electio deuoluatur, & iuxta eam partem, in qua tertius cõuenit, articulus, in quo erat discordia, terminetur, aliàs pces-

sus, & inde sequuta nulla sint, nullisque producant iuris effectus. Item eodem loco statuit prædicta t̄ Synodus, q, si aliquid canonicis deliberandum proponi oporteat, in quo neque de re episcopi, neq; suum, aut suorum commodum spectante agatur, episcopus ipse capitulum conuocare debet, vota exquirere, & iuxta ea diffinire, absente verò episcopo omnino hoc ab his de capitulo, ad quos de iure, vel cõsuetudine spectat, perficiatur, neq; ad id vicarius episcopi admittatur, cæteris autè in rebus capituli iurisdictionis, & potestas, si qua eis competit, bonorumque administratio salua, & integra omnino relinquatur, quæ tamen locum nō habeant in his ecclesijs, in quib. episcopi, aut eorum vicarij ex constitutionibus, vel priuilegijs, aut cõsuetudinibus, vel cõcordijs, seu quocunq; alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem & iurisdictionem, t̄ præsentis decreto sit comprehensum, quibus S. Synodus derogare non intendit. g
g ¶ Item satis notum est, irritam haberi episcoporum donationem, venditionem, permutationemq; rei ecclesiasticæ absq; collaudatione, & subscriptione clericorum capituli, n sed t̄ pot tamen rati habitatione capituli confirmari. i Nec pot t̄ præ latus sine consilio fratrum suorum. i. capituli, Abbates, & Abbatissas, aliasq; ecclesiasticas psonas instituere, & destituere, & electiones confirmare, & clericos ad beneficia, quorum habent patronatum, præsentare, x neq; ecclesias baptismalib. cœnobijs, aut ecclesijs conuentualib. ad quas ius pertinet patronatus, vacantes perpetuò elargiri, ita vt monachi fructus illarum habeant, propriosque in vsus illas ecclesias retineant, l nec criminales causas sine cõsensu, aut sal t̄ sine consilio capituli cognoscere, m & quæ statuenda sunt, statuere, & errata corrigere, & emellenda, & disipada enellere, & dissipare, n nisi hæc iura sibi episcopi prescriptione quæserit, vel priuilegio, vt sine capit. ea exercere possit. o Potest etiam capitulum iamdiu abolitam in ecclesia dignitatem instaurare episcopi accedente cõsensu, modò congruam dignitatem dotè assignet, nō tamen nouam dignitatè erigere pot.

a c. à collatio ne. de coll. 6. Ab in c. si. de conc. prob. Re bus. vbi n. 74 b d. c. m. §. fi. ne sed. vac. i. 6 c c. fuffraganeis. de cle. Pa uin. in. i. part. tra. q. 3. Rebus. vbi sup. d ca. nouit. de his que si. à p la. ca. cum non decet. de cle. in sexto. e to. i. de his. que si. à præ l. Io. mon. in c. romana. nu. 9. de sen. exc. f Rebus. c. 131 g c. 6. §. 25 h ca. i. c. tua. nuper. de his. que si. à præ l. i. c. 3. co. ti. de his. que si. à p luro. k ca. nouit. de his. que sunt à præ l. l c. tua nuper. et. i. d. his. que sunt à cap. m glo. in c. ex literis. ver. se. gregarij. de diuor. vbi Ioan. Zoc. gl. in c. irrefragabili. ubi tel. num. 3. ver. inuenti. n c. quanto. d his. q. si. à pla. o c. cum apostolica. vbi gl. ver. libertate. de his. que si. à præ l. not. in c. cum ecclesia de elect.

a cap. licet magister. vbi not. de sup. neglig. praelato.
 b Fely. d. c. irrefragabili. col. ij. vers. scias. & Pavinus. q. ij. par. ij. huius trac.
 c Fely. vbi supra.
 d Abb. c. cum non liceat. ij. not. de prescri. vbi, & Fely. nu. 2. Amol. in c. cum dilectus. de consuetu.
 e gloss. c. ij. ne praelato. vic. 25
 f. de suppl. negli. pr. al. gl. pe nul. in nouel.
 f. c. fi. vbi no. de iud. in sex. Pavin. part. i. q. ij. huius tra.
 g. nu. 5. vers. sed nūquid capitulum.
 h. gl. in clem. vni. de ver. per mu. re. leric. in questio. de potest. dispen. Be rous. in c. i. col. um. vi. de reb. eccl. non alien. Rodoa. de reb. eccl. non ali. R. de ant. pr. elat. in alie. q. ij.
 i. c. cum vos. de off. ordi.
 k. c. significatum. de preb. Imo. & Abb. in d. c. illa. ne sede vacante. Abb. in c. bona. de appellation. Rebuff. vbi supra. nu. 77.
 l. Pavin. vbi supra. q. ij. part. ij. Rebu. vbi supra. nu. 78.
 m. c. i. de insti. & c. cum in illis. §. cum autem. vbi gl. de pra. ben. in. vi. Rebuff. in. ij. par. princ. q. v. huius tract. nu. 1. & 2. Rebuff. vbi supra. num. 87.
 n. Pavin. & Rebuffus. vbi supra.

tatis probat in hoc tractatu Franc. Pa uinus. q. ij. partis primae. e
 32 Item potest capitulum vice defuncti episcopi alienationibus rerum ecclesia sticatum faciendis decretum interponere. n
 h 33 Item potest capitulum ecclesie vacati economum praeficere, non minus, quam Episcopus ipse id posset. i
 i 34 Item potest etiam ad breue tempus, sex mensium (puta) alicui beneficiu pōt capitulum, x atq; etiam ad maius tempus prorogare commendationem, si eo tempore is, ad quem spectat, ei beneficio non prouiderit, in cōmendatione etiam tamdiu continuare cum poterit, quando eius prouisio differretur cum id suadet ecclesie ipsius necessitas. l
 36 Item potest eos, quos patroni beneficiu suae laici illi sint, seu clerici, ad beneficia presentare, instituere, & si aliqui beneficiorum illorum institutio ad solum episcopum absq; capituli consilio, vel consensu pertinet, vbi episcopus extaret. m
 37 Potest etiam capitulum, dum Cathedralis sedes vacat, ex causa beneficiu alicui adimere ad tempus, vel perpetuo seruatis, quae iure obseruandae sūt, cautionibus, cum haec sint contentiose iurisdictionis, conseruq; ea, quae sūt iurisdictionis, omnia in capitulum sede vacante transire, n vt dictum est.
 38 Item, si duo clerici beneficia iniuncte inter se permutantur, cū sedes Pontificis vacat, ea capituli in potestate resignare velint, vt illud, quod alterius erat, beneficium, & e contra alteri concedat, quod in permutacionibus fieri solet, recte poterit huiusmodi resignationes accipere, & ipsis permutare volentibus consensum, & autoritatemq; suā impertiri, quia hoc ad iurisdictionem episcopi spectaret, in qua defuncto Episcopo succedit capitulum, nisi ea beneficia, eorumq; alterū omnino episcopi in potestate esset, adeo, vt nullum consensum, aut consilium capituli in eo conferendo exquirere Episcopus teneretur, tunc demum ergo, si episcopus solus haec beneficia conferre non posset, sed cum capitulo simul, posset capitulum tam suam ipsius vicem consentiendo, quam episcopi vicem

cem autoritatem interponendo praestare. a
 40 Resignationem t̄ verò simpliciter non ex causa permutationis factam vtrūm sede vacante capitulum admittere possit, contentio est inter iuris nostri interpretes, sed magis receptum est, post, cuius quidem sententia fons, & origo hoc fuit, t̄ qua enim ratione, Capitulum potest quem suo beneficio ex causa destituere, eadem & resignationem admittere posse videtur, t̄ licere autem capitulo alicum beneficio priuare latius receptum est, qua ratione in primis adducti hanc opinionem tenebant Rota Auditores, Federicus: & Abbas Panormitanus, & Felynus, & Franciscus Pavinus in hoc tractatu, e quamuis quidam antiquiores à praedictis memorati aliquid opinarentur, & Rebuffus in sua praxi, Tit. de deuolutionibus. n Eademq; ratione hoc receptum traditur, qua & illud receptū est, t̄ posse episcopum resignatione admittere beneficiorum Pontificis Max. reseruatorum, quamuis ea conferre non possit, vt Federicus, & Lopus vbi supra dixerunt.
 41 Ex quibus t̄ colligitur, etiam verum esse, quod diximus supra, nempe capitulum potestatem habere ex causa priuati alicum beneficijs, quod Doctores ferē omnes admittunt, & licet glossam n̄ r̄ quoddam videatur sensisse, non esse hanc potestatem capitulo, quod tamen sic interpretatur (nec absurdè meo iudicio) Felynus, & vt beneficio quidē, non tamen ordine priuare alicum possit capitulum, & si enim nihil ei interdictum sit ex his, quae episcopo in grauioribus quoque negocijs, & criminibus competunt, puta, in puniendis criminibus maioribus, & moribus clerici in melius reformandis, ordinum tamen consociationē adimere alicui nō potest, n̄ neque t̄ etiam Abbates priuare, aut destituere potest. i
 46 Item aunt, non esse ademptum capitulo ius sede vacante postulationem ad mittendi, dummodo nihil obijci postulato possit, quia tunc non mera gratia in hoc videatur, sed iuris potestatem necessitatem, & fundamentum habere. x
 47 Potest t̄ pariter capitulum Metropoli-

a Glo. mag. in cle. i. de rerum permu. vbi Imo. col. iij. & Car. q. xi. & Vital. nu. 34. Fel. in c. cum olim. col. ij. ver. ad tertiam q. de maio. & obed. Pavin. in hoc tract. par. ij. q. ni. 17. & Rebuff. in d. tit. de deuolut. nu. 94. & seque.
 b Feder. in tit. de rer. permu. q. 36. vbi etiam Iap. Abb. & Fel. in d. c. cū olim. ille col. pe. hic. n. 4. ver. ad sextam de ma. et obe. c in parte. ij. princ. q. ij. nu. 11.
 d num. 94
 e Abb. & Fel. & Rebuff. vbi supra. Feder. & Rot. Pavin. in q. vi. parte. ij. princ.
 f gl. in c. nullus. dist. in. 79. vers. viuente. g Fely. in d. c. cum olim.
 h Feder. in d. tra. permut. q. xxx. incip. an capitulum sede vacante, et in. q. xxxvi. incip. capitulum ecclesie. ex. c. his que de maio. & obe. Abb. & Fel. in d. c. cum olim. Pavin. in d. q. 6. i. Dom. in c. i. de penit. in 6. Car. v. lo. in cle. men. ij. de pen. q. ij. Pavin. vbi supra. nu. 3.
 k Pavin. in q. iij. num. 8. par. ij. princ.
 l Ioan. Mona. in ca. ecclesia. de supplen. neglig. praelat.
 in sexto. Archid. in cap. si episcopus. cod. tit. in sexto. glo. in clemen. i. vers. capitulum de heretic.
 m Abb. & Fel. in d. c. cum olim. de maior. & obed. Pavin. in. q. 7. par. i. princ. & in trac. de visitat. in. q. ij. par. i. nu. 46.
 n arg. c. de reuimus. & cap. episcopum. s. q. i.
 o gloss. in capit. sicut tuis. de simon. & in c. cum olim. de maio. & obedien. vbi doct. Rebuff. in d. tit. de deuolut. numero. 88. Pavin. in questio. iij. par. ij. princ.

a Io. And. in cap. ad quot. super gl. ij. de renun. Pauin. in d. quest. 8. num. 2.

b Henric. Botre. in d. c. cum olim. Pauin. vbi supra.

c Innoc. & Host. in c. ad abolendam. de heretic. Io. Mon. in c. i. de maior. & obed. in sexto Paul. in cle. i. de heret. Pauin. in quest. x. par. prim. Felin. in c. eam te. num. vij. de res. post Burr. ibi.

d Io. Imol. in clem. i. de testam. vbi etiã Car. & in cap. Ioannes de testam. Pauin. in quest. 7. par. ij. vers. pro premissorum.

e Io. Calder. in 76 consil. 20. incip. an capitulum sub rub. & testam. Pauin. vbi sup. num. 5.

f Domin. in addit. ad cõf. Calder. consil. ij. de offic. vicar. vbi sup. num. sex. 77

g Pauin. d. nn. sexto.

h cap. veniens. de eo. qui dux. in vx. vbi Car. Flo. & alij. Pauin. in d. quest. 78. x. nu. vi. vers. sed an capitulum.

i Collectan. in d. c. cum olim. vbi & Ab. de maior. & obed. Pauin. in quest. 9. par. i. prin. num. sex. 79 vers. an autem ecclesia.

locorum hoc reperitur prohibitum, tum etiam, quia ex consuetudine abholuta hæc videatur obligatio perendi veniam ab episcopo clericis, qui ad alias oras migraturi sunt, vt ait Ioannes Andreæ, a quapropter, si, vix hæc venia ab episcopo impetranda est, nõ est, cur eam capitulum dare non possit, quam vix petere quis tenetur, tum alijs rationibus à Pauino relatis vbi supra.

Mihi tamen certa hæc nõ videtur sententia, ¶ cum sit quedam alienationis species, & fortè etiam magis prohibenda, q̃ alienatio rerum, item quia, verum ego non reperio, ex consuetudine abholuta esse hanc obligationem, imò seruari contrarium, vbi clericus est beneficiatus, quamuis in clericis simplici id concedam aliquibus in locis, non passim, hæc præsertim

tempestate, postquam (concilio æcumenico Tridentino gratia) episcopi apud suas ecclesias moram trahunt, & perpetuò resident, ¶ agrè enim, ac moleste admodum ferunt episcopi, clericos suos aliò proficisci, quapropter nec petentibus faciles se concedendis literis dimissorijs præbent, q̃ si capitulum non potest beneficia conferre, vt diximus supra, ne hoc modo successori episcopo præiudiciũ ferat, quantum minus hoc præiudiciũ ei facere debet, in personis, ¶ plus enim procul dubio momenti & dispendij est, in personis, quam in rebus, cū sine rebus quidem (vt olim in primæuis ecclesiæ crepundijs) ecclesia consistere, non tamen sine personis possit, ne que admitto, quod Abbas & alij dixerunt, b clerico recedenti successorem facile inueniri, nisi in clericis beneficiatis, ac dato, quod reperitur successor, non fortè æquè idoneus inueniretur, & recedenti par, ¶ quapropter, si magnum ecclesia, quam deseruit, incommodum, & damnum ex clerici alicuius à capitulo concessa mis-

sione damnum sit passura, non prohibendum esse credere, episcopũ eam reuocare, saltem, si recens adhuc id factum esset, possetq; citra offendi culi metum maioris, in pristinum restitui, cur enim reuocare non possit personas, si repetere potest res alienatas? cū præsertim ex S. Tridentini concilij cõstitutionibus clerici, cum ordinibus ecclesiasticis initiatur, debeant alicui ecclesiæ, cui inseruire teneantur, adscribi? vt alio loco dicemus, cum tractabimus de his, qui ordinari non possunt.

80 Potest etiam ¶ capitulum sede vacante auctoritatem aliquam habere in iurisdictione, quamuis episcopo à iure generaliter auctoritate apostolica delegata, vbi necessarium videatur, negocium à capitulo expediri, nec moram patiatur, vel dilationem, non aliã

c fortasse. c Item, quemadmodum (vt diximus supra) episcopi cura & auctoritas in exequendis testatorum vltimis voluntatibus non vilis est, sic & eo defuncto in eandem curam, cum iurisdictionis esse noscatur, ¶ capitulum succedet, præsertim, si etiam viuente episcopo capitulũ vnã cum eo coniunctam auctoritatem habebat, nisi tamen ex proprio priuilegio episcopi, & speciali iure hoc ei soli spectaret: b poterit igitur capitulum vacante sede executores testamentorum compellere, vt intra annum pijs defunctorum voluntates exequantur, & potest etiam pauperes eligere, in quos hereditas ad hunc vsum relicta distribuatur, vbi nulli curatores, vel executores vltimę voluntatis sint dati, vel exequi eam non curent, & neq; etiam ¶ ei ademptum est, executionis diem prorogare, ¶ ¶ & religiosos piarum voluntatum executores ad reddendas rationes compellere. c ¶ Item potest de causis matrimonialibus cognoscere, & diffinire. n Succedit ¶ etiam capitulum episcopo in iurisdictione, quam ex consuetudine habet, puta, inter laicos ecclesiarum colonos, i

81

d Potest etiam ¶ capitulum vacante sede hæreditatem ecclesiæ delatam adire, quam tamen si episcopus damnosam inuenerit, restitutionis in itegrum tra-

82

83

84

85

86

a mite repudiabit, eodemque exemplo transigere, & compromissum ab antecessore factum, continuare poterit. b Hæc inquam præscripta, & alia fortassis episcopi sede vacante capitulo permittuntur, sunt tamen & nonnulla, in quibus nulla est capituli auctoritas.

87 Namque in primis duas ecclesias, vel beneficia vnire non potest, aut duo beneficicia, vel alterum supprimere, cum hæc species sit alienationis, & non possit non episcopi sui aliquo modo per vnionem, & suppressionem iminui, c quandoquidem, qui duorum beneficiorum potestate habebat, nunc vnus duraxat ius habet, nec refert, quod alterum pinguius sit factum, nam maiora commoda episcopo afferrent distincta, quam coniuncta, quod si dari posset vnio, vel suppressio, qua nullum omnino præiudiciũ iuri episcopi pali afferret, secus dicendum esset, si que intelligenda sunt, quæ dixit Lapsus, & Rebuffus, b quæ tamen vnio, vel suppressio nullum episcopo affectus præiudiciũ an dari possit, non satis in promptu mihi sunt exempla.

d Item sciendum, ¶ quod capitulum nõ habet territorium, & quamuis episcopus habeat, & carceres fortè habere potest, ¶ in quibus tamen heretici, cõtra reos procedit, custodiendi non sunt, sed in carceribus episcopi, cuius vice hoc administrat. ¶

88

89

90

f Non ¶ potest etiam capitulum sede vacante res ecclesiæ alienare, vbi alienatio ecclesiæ sit damnosa, quamuis tum possit, cum utilitatem est allatura, e quo tamen casu defensor vacantis Ecclesiæ dandus est, & præmissis tractatu, & cum causæ cognitione alienatio

h facienda est, n potest etiam capitulũ sede vacante pecunias pro necessitate capituli accipere, & bona capituli obligare, i & prelati, vbi scilicet, sic urget necessitas, quod nullam morã pateretur, quod à collegio Cardinalium in Pontificatus Max. interregno fieri

K dicunt. k Sed ¶ dubitari plurimũ ¶ solet, an capitulo potestas sit, beneficia illa conferendi, quæ cum ordinarij inferiores Episcopi conferre suis temporibus neglexissent, ad dispositionem Episcopi deuoluta erant, quamuis enim primo

91

92

a Pauin. in q. viij. par. ij. numero. 17. ver. sed numquid.

b Pauin. vbi supra. num. 18.

c Ioan. And. in c. i. ne sede vacan. in sex. Ioan. de Zocch. in capi. bis, quæ. de maio. & obed.

d Lapsus. in c. i. de maior. & obed. Rebuff. in d. tit. de deuolutis. 100. Pauin. in q. iij. par. ij. prin. nu. 17. ver. quæro subsequenter

aspectu ferè videatur hæc questio carere dubitatione, cū enim dixerimus supra, quæ ad episcopi collationem ordinario iure beneficia spectant, nõ posse à Capitulo sede vacante conferri, multo magis dicendum videbatur, illa conferri non posse, quæ non ordinario, sed accidenti, & extrinseco quodam casu ad eum deuoluta erant, magna tamen fuit in hac questione Doctorum altercatio, ea quidem ratione, quia conferendorum beneficiorum, quæ deuoluta sunt, potestas iurisdictionis est, quapropter ea potestas etiã Capitulo competit, quij. pe quod in omnem iurisdictionem, episcopi succedere diximus, ac beneficiorum aliorum ordinario iure conferendorum ius non dicitur esse iurisdictionis episcopalis, cum plures episcopi nulla beneficia conferant, & contra multi reperiantur, quibus conferendorum beneficiorum ius, & potestas est, quamuis episcopi non sint, quare non mirum, si tam ancipites hæc in questione Doctores se ostenderunt, & alterã partem Ioannes Monachus, i alteram foucat Ioannes Andreæ, m sed sulã oratione prosequitur Franciscus Pauinus in sui tractatus questione secunda part. secundæ, & Panormitanus Abbas non satis constans in hoc videtur fuisse, n cum modò vnã, modò alteram videatur sententiam sequutus. Mihi certe Ioannis Monachi sententia placet, cum legis generalia o sint, o & hanc quoque sententiã Baldus, & Rebuffus sequuti sunt, p vt scilicet, horum quoque potestas Capitu-

o Innoc. in c. cū contingat. de foro compe.

f Pauin. in q. vi. par. ij. prin. ci. nu. 3. ex gl. in cle. i. de heretic.

g But. & Abba. in c. i. ne sede vacan. Pauin. vbi supra. nu. 11. & 12. ver. respondet nunc.

h Fabian. de Monte, in tra. de imp. & vni. dit. ij. q. prin. ver. 17. Gulic. Rodoa. in trac. de reb. eccl. nõ alien. in rub. de alien. quæ sit sede vac. text. in c. i. de reb. ecc. non alien. in sexto.

i gl. in ca. cupientes. §. ad hoc. ver. alium de. de ele. in 6.

k Rodoa. vbi supra, in si. illius capituli.

l Ioan. Monach. in c. quamquam. de elect. in sexto.

m Io. And. in d. c. quamquam.

n Abbas in capit. ij. vltimo nota. ne sede vacante, & in di. lo. capitulo cum olim. columna secunda, de maioritat. & obedientia.

o in d. c. illa. ne sede vacan.

p Bal. in d. c. ne pro defectu. col. ij. de elect. Rebuff. in d. tit. de deuolut. numero. 93.

a Caldevi. in capit. nostro. de penit. & remiss. tom. Andr. in cap. accedentibus. de privileg. Imol. in clem. i. colum. xij. de privileg. Borgas. in tracta. de irregular. titu. de indulgen. Episcopo numero secundo.
b cap. penul. & vlti. de supp. neglig. pr. elat. in sexto. capit. is cui. de electio. in sexto.

c Gloss. in ca. primo. de pre. scrip. Ab. & Fely. in capit. ex transmissa. col. tit. de pre. scrip. Rota de. cis. ccc. xij. inci. ex hoc insurre. xit. in nou. Pa. nin. qu. est. ix. partis prime. princii.

d Cardin. con. slio. xxx. vij. in casus feudum. Rodoan. in tit. de rebus ecclie. non alienand. qu. est. io. au da. re in seu. sit al. teri. nu. 32.

e Abb. ca. per. inquisitionem. primo nota. de. electio. Rip. in. capit. si quan. do. numero. vi. deci. mo. de. res. scrip.

f Alex. consi. lio. lxx. iij. co. lum. prima. li. bro. quarto. Fe. lyn. capi. ac. ce. dent. es. colum. na. quarta. in. fine. & sequen. ti. de. pra. scrip. tio.

lo denegata censetur. Nec potest capitulum sede vacante in indulgentias illas, que episcopus potest, peccatorum concedere, a per se, vt dicitur est supra.

Ex his igitur supra adductis colligi poterit, an statuenda sit conclusio generalis, quod Capitulum in omnibus his succedat, que episcopo competebant. Videtur autem statuendum, vt Capitulum in omnibus generaliter succedat, vacante sede, que Episcopo in iurisdictione, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus competebant, quod Federicus de Senis, Abbas Panormitanus, Cardinalis Florentinus, & plures alij à Pavino citati in prima questione prime partis scriptum reliquerunt, & Petrus Rebuffus supra citatus, quorum opinio Institutioni Pontificis pluribus iuuatur.

Sed si an poterit capitulum ea prescribere, que sibi alioqui non competere diximus? Et traditum est, non posse, quia contra ecclesiam prescriptio non currit, sede vacante, c. adeo, vt neque inchoari, neque inchoata ad medium vel finem deduci, & terminari possit, frustra igitur contender capitulum designationes beneficiorum admittere, vel beneficia conferre, hoc pretextu prescriptionis, aliave ei interdicta facere.

Pluribus modis sedes vacare dicitur Episcopalis, quod attinet ad hunc effectum, Morie, videlicet, renuntiatione simpliciter, vel ex causa permutatiōis facta, item, si Episcopus ad alium Episcopatum sit translatus, vel, si priuatus Episcopus, Depositus, amouusque ab episcopatu fuerit, item, si matrimonium contraxerit etiam cum impubere, cum qua vix sponsalia contrahi poterant.

Item si non fecerit se promoueri Episcopus temporibus à iure statutis, aut si alius beneficium cum episcopatu non consentiens adeptus sit, vel religionem sit ingressus quibusdam casibus,

vel captiuus hostium fidei sit factus. Ipsum autem Capitulum nunquam moritur, vel extinguitur, ex quo decifum est, non posse prelatum capitulo in feudum, vel emphyteosim dare res solitas singulis tantum personis in feudum, vel emphyteosim dari, quia ecclesia conditio efficeretur deterior, nulla existente spe, vt ad ecclesiam rediret.

Non est ignorandum, quod episcopo ob demerita ab episcopatu remoto, non succedet in sede eius vacua capitulum, quod male ipsius administrationi obsecundatum fuerit, cum forti animo obuiam ire debuisset.

Dubitari quandoque vidi, an ecclesia, que capituli, seu collegij ius habet, sed tamen re ipsa, collegij, vel capituli more non regitur, an alijs collegiatis ecclesijs apponenda sit, omnibus in iuris effectibus, & verius crediderim Ego, si alij canonici, aut alij collegi ad sint, quamuis deinde nec collegium congregare, sigillum commune habere, nec Syndicum facere soleant, inter collegiatis ecclesijs tamen censerit, & propterea regulas Cellaria, de collegiatis ecclesijs loquentes in referuationibus has quoque comprehendere, nisi auctoritate superioris collegium euersum sit.

DE ARCHIDIACONO. TIT. X.

E P I T O M E.

Quo in ordine Archidiaconum esse oporteat, quam dignitatem habeat, quamve iurisdictionem, ordinariamne, an delegatam, que sint eius functiones, tam in diuinis, quam alijs in actibus, an maior sit Archipresbytero, Vicario, vel Decano, an sacramentorum custodia ad eum spectet.

S V M M A R E R V M.

- 1 Archidiaconus est oculus Episcopi.
- 2 Archidiaconus dicitur, quasi princeps Diaconorum.
- 3 Archidiaconus debet esse Diaconus.

4 Archi-

De Archidiacono. Tit. X.

- 1 Archidiaconus necessariò non debet esse sacerdos.
- 2 Archidiaconus habet dignitatem & est clarissimus.
- 3 Dummodo eligatur à capitulo non ab episcopo.
- 4 Archidiaconus potest creari etiam ab episcopo.
- 5 Archidiaconus dicitur vicarius episcopi & habet curam vniuersi cleri.
- 6 Multa fasciculo colliguntur spectantia Archidiacono.
- 7 Archidiaconus examinat promouendos.
- 8 Archidiaconus celebrat missas pro episcopo absente, & episcopo celebratur omnia disponit.
- 9 Archidiaconus custodit vasa ecclesie & elemosinas.
- 10 Archidiacono absente Diaconus proximus subit curam illius.
- 11 Archidiaconus dat possessionem beneficiorum.
- 12 Archidiaconus confirmatus potest excommunicare.
- 13 Archidiacono competit cura animarum, nisi prescriptio amiserit.
- 14 Literas dimissorias dat Archidiaconus absente episcopo ex causa urgente.
- 15 Archidiaconus quando iurisdictionem ordinariam habeat & quando delegatam.
- 16 Potest dispensare omnibus casibus, quibus habet iurisdictionem ordinariam.
- 17 Iurisdictionem vniuersalem in diocesi nemo habet preter episcopum particularem tamen alius quoque habere potest.
- 18 Archidiaconus maior est Archipresbytero in administratione, secus in ordine.
- 19 Archidiaconus non precedit vicarium.
- 20 Archidiaconus est maior Decano.
- 21 Sacramentorum custodia pertinet ad archidiaconum, non ad Archipresbyterum.
- 22 Aliud est custodia, quam dispensatio sacramentorum.
- 23 Archidiaconus non est de capitulo, nisi sit etiam canonicus.

Cum dixerimus supra, Archidiaconum esse legitimum episcopi vicarium, ordo, & docendi modus exigere videtur, vt hunc quoque proprio tractatu exornemus, & cum & episcopo & vicario preordinatorque appellari so-

a ca. i. ca. ad hec de offic. ordin. vbi Abb. Cardin. Alexand. in cap. perlectis ad gloss. versic. basilicarum distinct. 25. cap. diaconi distinct. 93.
b cap. i. de ata. & qual. Abb. in cap. cum in cunctis. §. inferiora iij. no. de elect. c. nullus dist. 60.
c Ab. vbi sup.

leat, a omniumque; & Diaconorum sit princeps, vt vocis quoque ipsius Ethymus innuit; & proptereaque; & Diaconum eum esse oportet, non non tamē vt sacerdotum in ordine sit, desideratur. c. Nec dignitate caret proculdubio Archidiaconus, & nonnulli, quos non facile sequor, eum esse clarissimum, & dixerunt, & quod tamen de illo Archidiacono intelligendum videtur, qui ad eam dignitatem à collegio assumitur, non de illo, quem episcopus solus iure suo promouere potest, de hoc enim solo, qui eligi solet, mentionem habet, cum in dignitate clarissima esse eum meminit Gulielmus Durandus, potest enim interdum ab episcopo Archidiaconus ex privilegio, vel consuetudine prescripta creari, & debet autem esse Archidiaconus etatis annorum viginti quinque, ut ceteræ quoque dignitates.

Archidiaconi partes sunt, & cura precipua, & cum episcopi vicarius, vt diximus, à iure sit constitutus, & tam in vrbe, & in parochijs clerum vniuersum pro episcopo regere, & curare, & parochiarum sollicitudinem, & ordinationem habere, singulorum iurgia cognoscere, de conuersatione, & estimatione clericorum certior fieri, eosque corrigere, si opus sit, nisi valde arduum negocium sit, quod maiorem auctoritate exposcat, in laurandisque ecclesijs præesse, atque vt factæ, tectæ feruentur, archidiaconi opus est, tertio quoque; anno diocesim vniuersam, & priam verò parochiam quotannis sollicito, vigilantiq; animo collustrare debet: in quod opus & expensas, & sumptus, quos procuraciones vocant, accipere potest, & ad ipsum spectat, eos examinare, & excutere, qui sunt ad ordines promouendi, quibus ecclesijs præficiend sunt, eosque coram episcopo iustitiam; & proprium verò huius est vnus, in missarum solenniibus, dum sacra à Pontifice fiunt, sacram eumage

d Cardin. in clem. si. de prebend. Philipp. Franc. in ca. i. nu. sex. de consuetud.

e Speculat. in titulo de iurisd. dioc. omni. um. iudicium. columna. iij. versic. alij Archidiaconi ex cap. cum ab ecclesijs de offic. ordin. & cap. literas de restit. spol. & alijs.

f gl. in ca. nullus versic. episcopus distinct. 60. ex no. in c. cum ecclesia. de elect.

g cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect.

h ca. i. vbi gl. cod. tit. versic. tertio. capitulo mandatum. nus. eodem titulo.

i d. c. ad hec cod. tit.

a cap. ij. eod. tit.
 b cap. iij. eod. tit.
 c cap. perlectis. s. hi sunt dist. 25.
 d cap. ad hac e. cum satis eod. tit.
 e cap. si. vbi no. & cap. Archidiaconus non, eod. tit. Siluest. versic. Archidiaconus versic. quinto vtrum, Archidiacon. & Card.
 Alexand. in cap. perlectis. columna sext. distinctio. 25. Borgasius, qui plura alleg. in tractatu de ir regular. tertia part. titulo de dispens.
 f capitulo significasti. eodem tit. vbi not. Siluest. versiculo Archidiaconus. ad si.
 g Hostiens. in Summa. de officio. Archidiacon. versiculo quod sit officium. Siluest. vbi supra. s. secundo. Borgasius vbi supra. latissime.
 h Borgas. vbi supra.
 i Bald. in lege prima. s. initio. num. quarto. de officio. presb. vrb. Conrad. in hoc tit. Decius in rubrica de officio delegati.
 Ab. consilio vigesimoprimo Borgas. vbi supra.
 l dicto capitulo perlectis. s. hi sunt ordines. distinctio vigesima quinta.
 m Hostien. in dicta Summa. de officio Archidiacon. in principio. Cardinal. Alexand. dicto capitulo perlectis. colum. quarta. Barbat. de prestan. car. prima par. questio. prima. numero. 48. Felyn. in R. de maioriga. & obed. colum. prima. Gondif. tract. de lega. q. 9. m. 53. & seq.
 n cap. eam. r. in supra. vbi Ripa. nume. 13. de rescrip. gl. in rub. de officio Archidiacon.

si nulla necessitatis causa id suadeat. f
 18 Ac demum ¶ dictum est, archidiacono iurisdictionem ordinariam competere, cum à collegio electus est, si verò ab episcopo sine collegij electione promotus est, delegatam in eum donatam transire, angustioreque, esse, ¶ hinc & posse archidiaconum omnibus illis casibus dispensare, quibus iurisdictionem habet, ac quibus excommunicationis mucrone ferrire potest, quibusdam casibus exceptis, u Baldus tamen dixit, 1 Archidiacono quidem ordinariam, sed semiplenam, atq; intra fines sui Archidiaconatus circumscriptam potestatem competere, sed verius forte erit, simpliciter iurisdictionem ordinariam habere, x vt iam dictum est, quamvis ¶ enim præter Episcopum nemo in eius ciuitate, & diocesani iurisdictionem habere vniuersalem dicatur, vt dixit Hostiensis in Summa hoc titulo, de officio Archidiaconi, aliquibus tamen certisquo in negocijs, nec alijs prohibetur habere iurisdictionem, spectanda erit tamen in primis eius loci, & ciuitatis, atque etiam vicinarum ciuitatum consuetudo.
 20 Is verò ¶ Archidiaconus in administratione Ecclesiasticæ rei gerenda Archipresbitero etiam ipsi præest, 1 quamuis in his, quæ ordinis sunt, contra sit, quia Archipresbiter maior est Archidiacono, puta in diuinorum, & missarum celebratione Archidiaconus cedit, verum in capitulo, in suffragijs ferendis, in comitijs, & conuentibus, sessionibus, ingressibus, potestate, ac iurisdictione proculdubio Archidiaconus superior est, m & consequenter præerit etiam Præposito, alijsque inferioribus. ¶ Vicario tamen generali Pontificis eum ne credas præesse, sed subesse, vt diximus supra in titulo de vicario Episcopi. ¶ Decano quidem est maior, nisi ecclesiæ illius aliter se habeat consuetudo, quæ consuetudo facit, vt quandoque à Summo Pontifice in rescriptis prius nuncupetur Decanus, quam Archidiaconus. n
 Ad

DE ARCHIPRESBITERO. Tit. XI.

EPI TOME.

ARCHIPRESBITER vnde dicitur, quot Archipresbiterorū sit species, quæ sint Archipresbiteri Vrbanī officia, & quæ dignitas, & quæ officia Archipresbiteri ruralis.

SVMMA RERVM.

24 Ad Archidiaconum ¶ quoque sacramentorum omnium pertinet custodia, non ad Archipresbiterum, quamuis enim animarum cura ad Archipresbiterum, non ad Archidiaconū pertineat, a qua ratione & sacramentorū, vt sine quibus curari anima nequeat, custodia, et dispensatio ad eum spectare videatur, aliud tamen re vera de custodia, quàm de dispensatione faciendum est iudicium, ¶ aliud siquidem est custodire, quàm dispensare & curare, v neq; adeò connexa hæc sunt, quin separari & leungi possint, 1 quibus rationibus sic respondit Decius ex facto consultus in cōsilio suo, quadringentesimo vicesimo.
 25 Sciendum ¶ est etiam, aliquos credere, ex capitulo Archidiaconum nõ esse, nisi canonicus sit, c canonicatum enim in eadem ecclesia habere potest, quò sit, vt nec optare is possit vacante præbendam constitutionis, aut consuetudinis vi, quæ canonico antiquiori ius optandi concedat, nec alijs in actibus capituli uocem aut suffragium eius exquiri opus erit; ego verò, & si inter canonicos numerandum eum non credam, præsertim, vt tamquam canonicus optionem habeat, nisi & ipse præter dignitatem Archidiaconatus canonicatum cum præbendâ in eadem ecclesia habeat, quæ alij dari possit, post eius optionem, vsum tamē aliter se habere scio plerisque in locis & hunc de capitulo dici, eo ipso, quo Archidiaconus est, quamuis nullum canonicatū haberet, proptereaque & in conuentibus suffragiorum ius habere eum existimo, quāuis enim supra in principio tituli de officio capituli dixerimus, ex canonicis solis capitulum constare, non tamē eos excludendos opinor, qui dignitate inter ipsos canonicos eminent, & excellunt, vbi consuetudo admittit.

- 1 Archipresbiter dicitur, quasi presbiterorum princeps, & debet esse presbiter
- 2 Archipresbiterorum duæ sunt species.
- 3 Archipresbiter Vrbanus ceteris presbiteris præest.
- 4 Archipresbiter absente episcopo celebrat pro eo.
- 5 Archipresbiteri munia episcopo celebrante.
- 6 Archipresbiteri functiones diuerse.
- 7 Archipresbiter est clarissimus.
- 8 Archipresbiter forensis qui sit.
- 9 Archipresbiteri forensis officium.
- 10 Archipresbiter non debet tentare contra ea, quæ statuta sunt ab episcopo.
- 11 Archipresbiter habet voluntariam iurisdictionem.
- 12 Archipresbiter non est de capitulo, nisi sit canonicus.

PROXIMVS Archidiacono & breuissimo quidē ac ferè nullo intervallo proximus est Archipresbiter, adeò quidē proximus, vt vix discernas, vter præcedat eorum, vel sequatur, cum modò alterum, modò alterum præire videas, si quidem (vt dictum est) in diuinis, & sacris faciendis Archipresbitero, in alijs vero actibus Archidiacono prima sedes datur, & Archipresbiter ordinis ratione maior, sed ratione administrationis archidiacono minor censetur, A vt superiore titulo docuimus. ¶ Dicitur autem Archipresbiter, id est, presbiterorum princeps, & presbiterum esse eum oportet. n
 2 Sunt tamen duæ archipresbiterorū species, alter. n. est Vrbanus domi in cathedrali ecclesia offic. suo fungēs, alter foris partes suas agit. ¶ Archipresbiter autē Vrbanus ceteris presbiteris omnibus eminet, ac præest, & hic est qui cum

a c. 3. de offic. Archipresbiteri.
 b l. cum quere retur. s. præadi. de leg. 2.
 c Dom. in ca. fi. col. 4. de preben. Ab. c. cū olim. col. 4. de re iudi. & ca. auditis. de elec. Felin. c. cū M. Ferrarien. nu. 18. col. x. vers. & dum dicit ista gl. de consuet. tit.
 d gl. in ca. in nouo dist. cxxi. vers. pari. & i. c. i. vers. subesse extr. eo. tit. gl. ca. pe. de offic. lega. in sex. ner. electionis.
 e ca. i. de ata. & qual.

a c. perlectis. s. Archipresbiter dist. 25. c. i. ex. eo. de officio Archipresbiter.

b extra eo. tit. per totum.

c Specul. d. tit. de iurist. om. indic. col. iij. vers. alij Archipresbiteri. Corrad. lib. ij. hoc tit. nu. 17. & 18.

d c. ad hoc. de officio Archid. Rip. c. cum te. nu. xij. de rescrip. archid. in ca. in capite dist. 50.

e Card. Flore. in c. precepta. dist. 55. in ca. perlectis. dist. xxv.

f Ab. & alij c. cum contingat, de fo. com. pet.

g Felin. qui alios citat in d. c. cum M. l. ex rariensis. col. x. num. 18. & 19. de consue.

Archidiacono in prelatione contentit, tunc Episcopo absente is missas pro eo celebrare solennes potest: A Ipso autem episcopo celebrante Archipresbiter sacerdotem monet, ut vestes sacras induant, idem collectam indicit, vel is, cui ipse iniunxerit, horisque suis in ecclesia residere tenetur, ipse ecclesie custodem monet, ut det operam, ne in sacario Eucharistia unquam desit, que egris propinari etiam ex tempore possit, curamque hanc precipuam gerit, quod egris, & his qui ex diacesi ad urbem accedunt, presto sunt, penitentibus sacerdotem, quibus possint in penitentia sacramento crimina sua fatendo labes suas expiare, ne sine his sacrosanctis penitentiae, & Eucharistiae sacramentis animam exhalare eos contingat, eiusque officium fontibus benedicere, infirmos periclitantes sacro oleo perungere, penitentem agrum consulto prius episcopo reconciliare, ceteris sacerdotibus penitentiam iniungere, horas dicendis officijs parti, sacris, & libebus, praesertim Deo optimo nuncupatis aut ipse missam solennem absente episcopo celebrare, aut alij, quem ipse elegerit, celebrandam iniungere, item christianis efficiendis, infantibus baptizandis, & ad succurrendum, nihil a sacerdotibus sine Archipresbiteri fiet praescepto, omnia denique eius officij pronitionem expectant, qua sacerdotum ministerio perficiuntur, his tantum exceptis, quae prohibita nominatim sunt, bis tunc quoque in dignitate clarissima esse creditur quemadmodum & de Archidiacono supra diximus & praelatis a numerandus est, c quod tamen vix mihi persuaderi potest, cum & episcopus hunc titulum habeat, nec satis certum sit, an illustribus titulis episcopus decoretur.

Archipresbiter vero exterius & forensis est, qui & decanus dicitur eo quod decem clericis praesit rura incolentibus, v qui ab ipso Archipresbitero proprio, non ab alio, sacramenta ecclesie sumere debent, alijs ministranda.

Huiusque officium est, curam habere laicorum, & presbiterorum, qui ecclesias minores Archipresbiteratui subiectas administrant, grauique deli-

cta, si quae inciderint, episcopo significare, tunc caueat tamen, ne extra cancellos suos pedem efferat, nec quicquam aduersus ea tentare ausit, quae ab episcopo fuerint constituta, & Archidiacono parere, quemadmodum de Archipresbitero Urbano dictum est, dignitatemque & is habet, iuxta aliquorum sententiam, a quibus ego non accedo, cum nulla lege adiuuetur, nec sit Urbano Archipresbitero comparandus.

Iurisdictionemque voluntariam habent Archipresbiteri, non tamen contentiosam, nec territorium vllum, nisi in foro penitentiali habere creduntur, in quo tamen penitentiae foro territorium, quod habent, episcopo commune est.

Archipresbiter, tunc qui canonicus non sit, ex capitulo esse non dicitur, nec inter canonicos suffragiorum ius habet, quemadmodum & de Archidiacono diximus supra, c quamuis alia supradicta ei competant.

DE PRAEPOSITO. TIT. XII.

EPITOME. TRACTATUR DE Praeposito ecclesie cathedralis, & aliarum collegiarum inferiorum, quam iurisdictionem, & quam dignitatem habeant, & vbi nam debeant sedem locare.

SYMMA RERVM.

- 1 Praepositi sunt tam in cathedrali ecclesia, quam in alijs collegiatis inferioribus.
2 Praepositus in ecclesia cathedrali est minor Archidiacono.
3 Nisi aliud sit ex consuetudine praescripta.
4 Praepositi in ecclesijs inferioribus dicitur praelati.
5 Praepositi, qui sunt loco Abbatum antecellunt Archidiaconos.
6 Praepositus collegiatae ecclesiae inferioris quam iurisdictionem habeat.
7 Praepositus an possit destituere suos canonicos vel clericos.
8 Praepositi vbi debeant tenere sedem.

Et

ET praedicti quidem in cathedrali ecclesia sunt, sed & alij ecclesiae praelati existunt, quorum nomina & potestates non minus extra ecclesiam cathedralis, quam in ipsa inueniuntur: eiusmodi sunt praepositi: nam & collegiatis praefecti ecclesijs inferioribus quandoque praepositi appellatur, & in ipsa quoque cathedrali ecclesia praepositi dignitas esse consuevit, licet dispar eorum in his locis dignitas sit, & autoritas, nam in cathedrali ecclesia praepositus non primam sedem post episcopum habet, quemadmodum in alijs collegiatis inferioribus ecclesijs habere solet, si quidem in cathedrali ecclesia Archidiaconus eum praere debet, nisi praescripta consuetudo aliter se habeat, alijs vero collegiatis ecclesijs inferioribus, vt plurimum summa praefectura est praepositi, & hi quidem appellari possunt praelati, cum habeant dignitatem clarissimam, longe autem magis appellandi essent praelati illi praepositi, qui loco Abbatis sunt, omniaque Abbatum priuilegia, & oes praerogatiuas habent, quauis hoc nomine nuncupentur Praepositorum, non Abbatum, & tales praepositi etiam Archidiaconos antecellunt ecclesiae cathedralis.

Praepositus collegiatae ecclesiae in canonicos, ceterosque ecclesiae suae clericos aliquam iurisdictionem modicam habet, eosque censuris meritis coercere potest, & inter eos cognitionem, & ciuiliu causarum distiendiarum ius habere, quemadmodum & cuiusuis collegij praefecto haec autoritas tributa est, sic tamen, vt non minus creditur propterea episcopo cognitione & iurisdictionem hanc competere, ite potest idem praepositus collegij sui canonicos, vel clericos non resistentes, vel male in administratione versatos destituere, quos ipse instituit, aut quos pleno iure instituendi potestatem habet ex iure communi vel speciali, eorumque resignationem admittere potest, non ex alia causa tamen, si ex consuetudine, vel praescriptione hoc ius

naus erat instituendi, nisi pleno iure hoc beneficium ei subiectum esset, eos destituere poterit.

Parochianos vero suos excommunicationis mucrone distingere non possunt, nisi in casibus quibus & iurisdictionem contra eos habent.

Vbi vero praepositi iurisdictionem habent, cum territorium eis nullum sit, possunt non solum in locis, quibus sunt praepositi, sed etiam in alijs, quibus non praesunt, causas cognoscere, & distingere, iurisdictione enim ipsorum non loca, sed personas concernit, quae propter nulla est ratio, quare in locis praepositurae suae magis, quam alijs dicere ius possint, tamen si modestius eos se gesturos credatur, si proprijs in locis, quam si extra ius exercerent. Quod si ex priuilegio specialii iurisdictionem cum territorio habeant, in aula sua se continere, nec territorij sui metas excedere eos oportet, in quauis tamen territorij sui parte sedem locare non prohibentur, quae distinctio tradita est, a Panormitano Abbate, & ab alijs probata, licet Antonius Butrius ab eo relatus, & confutatus crederet, hos quoque oportere in locis suis residere, qui iurisdictionem sine territorio habent, & quae dicta sunt de praepositis, eadem & de alijs praelatis episcopo inferioribus, videlicet Archidiacono & Archipresbitero dicta vult Abbas.

Quamuis has duntaxat dignitates ecclesiarum cathedralium enumerauerimus, vt quae omnibus in cathedralibus ecclesijs ferè inueniantur, non haec tamen solae existunt, nam plerisque in ecclesijs noua dignitatum nomina, & noui tituli adstruuntur, quos singulos recensere operae pretium non duco, id quidem non propria, sed Summ. Pontificis autoritate facere debent, vt certior sit eorum dignitas. b Primicerius quidem seu cantor frequentissimo in vlti apud omnes ecclesias est cathedralis.

a Ab. c. cum contingat, & ca. si quis contra de fo. com. pet.

b Felin. in ca. cum accessissent, de consue.

DE PRIMICERIO,

seu Cantore, & Sacrista, & Custode.

Titulus XIII.

SVMMA RERV.

- 1 Primicerij presunt Acolytis, & inferioribus.
- 2 Prescribunt officium.
- 3 Vita clericorum episcopo significant.
- 4 Archidiacono parent.
- 5 Sacrista appellatur etiā Thesaurarius.
- 6 Sacrista ponit custodem.
- 7 Sacrista parat Archidiacono.
- 8 Custos subest Sacrista.
- 9 Officium custodis quod sit.
- 10 Custodis officium circa panem, & vinū pro Eucharistia.
- 11 Custos negligens quomodo puniatur.

NON leuis momenti est ecclesie cathedralis regimen, ut in quam cetera omnes ecclesie intueantur, & à qua exemplum sumant, ea propter magna adhibenda est cura, ut lucerna eius, que celari non potest, sic eluceat omnibus, qui ab ea lucem expectant, ne lucem illam tenebras factam esse doceant, sed quia, ubi multa sunt negocia, multis quoque gubernatoribus, aut socijs auxiliariis est opus, navis exemplo, ut suum quisque officium naviter obire possit, eo sit, ut in cathedrali ecclesia plura sint officia, sunt enim præter eos, quos proximè enumeravimus, & alij proprium dignitatis nomen, propriumque habentes officium: ut, qui Primicerij, seu Cantores dicuntur.

- 1 Ad hos enia pertinet, Acolyti, Exorcista, Psalmista, atque Lectores, eorumque est munus, ordinem, & modum psallendi in choro, pro solennitate, & tempore in ecclesia præscribere, & in officio canendi, sollicitè lectiones psalmū laudes, responsoria officiorum, & quæquæque Clericorum munus obire debeat, iubere, basilicarum custodes ponere, & tabulam, quam matriculam vocant, disponere, ex qua Clericorum vnaquisque edificere valeat, quod sibi officium in ecclesia incumbat, & Epi-

scopi Epistolas pro diebus ieiuniorum per parochiam transmittere, clericos delinquentes, vel corrigere, vel ad Episcopi notitiam deferre, eidemque Episcopo significare, si quæ basilicæ in vrbem in stationem exposcere videbuntur, a Diaconisque edocendis præest, Archidiacono tamè parere debet, Primicerio autè absente prædicta munera subit, qui lege, aut eruditione proximis ei inuentus fuerit.

Nec omittendus est de Sacrista, & Custode sermo, cum & ab his non parùm ecclesia regatur, ac gubernetur: Sacrista enim, qui & Thesaurarius appellari solet, sacra vasa, ecclesiastica vestes, & totum ecclesie Thesaurum, omniaque luminibus faciendis, seu ex cera, seu ex oleo parata custodire tenetur, & ædificium, seu ostium ecclesie, sicut custodiendis ponit, thur sacris peragendis, quod adholere possit, præparat, chrisimatis conficiendi curam suscipit, & Baptisterij instruendi, & luminarium sacris parandorum, Archidiacono autem ipse parere debet, sed custodem tamen ecclesie Thesaurarius regit, ac moderatur, multaque sunt, quæ pro varijs ecclesiarum vrbibus vni magis, quàm alteri propria sunt, & Custodis enim hæc sunt plerisque in locis munera, populum & clerum pelui campana admonere, quibus vniquodque ecclesie officium horis celebrandum sit, Archidiaconi tamen ad præscriptum, cui in omnibus tenetur parere, pallia, & vela, seu lintea, & carbasalartium incorruptè seruare, custodireque debet, ac reliquam ecclesie suppellectilem, excubare etiam is debet, sollicitèque animaduertere, ne, quæ in ecclesia ardere solent lumina, absumentur supra modum, vel ne æterni ignes extinguantur, ac cæcum tenebrosūque templum reddatur, Curabit, & panis, & vini, ad sacrosancti altaris hostiam immolendam, item ne Thuris copia vnquam desideretur.

Item Archidiacono annuente elemosinas, oblationesque omnes, & decimas, dum episcopus abest, siatribus diuidere potest. Qui si Custos ignauus se partibus suis obuidis, segnemque ostenderit, & Archidiaconi castigatio nihil

a c. perleffis. §. ad primi ceterium. dist. 25.

b c. i. extr. eo.

c. d. §. ad primicerium.

nihil ei corrigendo, & excitando profuerit, ab officio illo per episcopum mouebitur, aliusque in id opus statuetur.

DE CANONICIS Titulus XIII.

EPITOME.

CANONICORVM, Ecclesie cathedralis, qui gradus sit, qua ætate esse debeant, & in quo ordine, ut in capitulo suffragiorum ius habere possint, quid de Canonicorum numero diffinito, & quid de indefinito, & an canonicus ultra numerum acceptus ceteris canonicis par sit in prerogatiuis: An & quoniam numerus canonicorum iuratus augeatur, vel minui possit, canonicus an possit sine præbenda esse, an detur in canonicatu successio.

SVMMA RERV.

- 1 Canonicus cathedralis ecclesie comparatur his, qui habent dignitatem.
- 2 Canonicus dicitur clericus primi gradus.
- 3 Canonicus cathedralis ecclesie debet esse maior quatuordecim annis.
- 4 Regula Cancellaria circa ætatem canonicus.
- 5 Canonicus admissus ante ætatem legitimam habet vocem in capitulo.
- 6 Canonicus potest esse quis sine ordine sacro.
- 7 Constitutio Episcopi non valet, quod canonicus non habeat vocem nisi sit Diaconus.
- 8 Canonicus non faciens se promoueri ad sacros post quatuordecim annos aueruetur iure.
- 9 Canonicus, qui non sit subdiaconus non habet vocem in capitulo.
- 10 Aetus capitularis cui interfuit canonicus, qui non erat subdiaconus, valet.
- 11 Canonicorum numerus quandoque est diffinitus.
- 12 Canonicus quandoque recipiuntur ultra numerum.
- 13 Canonicus receptus ultra numerum quandoque habet omnes prerogatiuas aliorum Canonicorum.
- 14 Nisi capitulum in recipiendo eo express

se protestatum sit. Vel Pontifex Maximus simpliciter mandauerit hunc recipi.

- 15 Vel consuetudo habeat se aliter.
- 16 Canonici possunt augere, vel minuire numerum taxatum.
- 17 Nisi numerus sit statutus, cum iuramento.
- 18 Vel statutus à Summo Pontifice cum clausula decreti.
- 19 Receptio ultra numerum iuratum valet, sed recipientes sunt periuri.
- 20 Non tamen valet si importunitate receptus sit.
- 21 Quæ sit iusta causa augendi, vel minuendi numerum canonicorum.
- 22 Canonicus potest esse sine præbenda.
- 23 Canonicus debet quamprimum prouideri de præbenda.
- 24 Ecclesia an veniat appellatione canonicorum.
- 25 Legatum factum canonicis an videatur factum ecclesie.
- 26 Instrumentum faciens mentionem de canonicis an intelligatur de capitulo.
- 27 In canonicatu non datur successor.
- 28 Subrogatus in canonicatu non tenetur ad gesta per antecessorem.
- 29 Delegatio facta canonicis à Summo Pontifice an & quando transeat ad successorem.

CANONICI Cathedralis ecclesie verò, quamuis neque officium, neque dignitatem habere eos certum sit, illis tamen comparantur, qui in dignitate sunt, quapropter & Pontifex Maximus eis causas delegare solet non minus, quàm alijs quibuscumque dignitate præditis, a nam tamen canonicus hi dicuntur clerici primi gradus, & quibuscumque alijs clericis dignitate carentibus præferuntur. Non tamen est autem quis intra cathedralis ecclesie canonicos ante annum ætatis suæ quartum decimum accipendus, ut nonnulli opinati sunt, sed verior est sententia, & frequentissimis calculis probata, quod septennio maior possit canonicus etiam in Cathedrali ecclesia effici, cum & iuribus pontificijs, summisque ipsius interdictis fulta sit. Regulis tamen tamen cancellaria Apostolica res hoc modo diffinita est, quem verba suble-

a c. statutum de rescrip. in sex.

b Boer. in tra. de ordi. grad. ver. for. in par. m. 24. & seq.

c Ab. in c. su per inordinata. m. 4. & 6. & 12. de preben.

d ca. ex co. de elect. in sexto. ubi gl. vers. in tua ecclesia. Phil. Fr. post gl. in c. si eo t. & pore. ver. etatem. de rescrip. in sex. Rot. de cis. c. iij. nota quod minor. i. antiq. gl. in c. statutum. §. i. ver. canonicis de rescrip. in sexto. Fel. in c. ex insinuatione. m. 1. de simo. Dec. l. faming. §. impuberes. m. 6. de reg. in ris. Mil. in re. per. ver. minor. 14. an. potest. Gomez. exp. l. 8. in reg. 18. can. cell. q. i. m. 2. & 3.

a Regul. decima octava.
 b Ioan. Silua. in tractatu de benef. par. iij. quastio. v. propd numero. 27. versicul. & cum videamus.
 c Mandos. d. reg. 18. quastio. prima, numero. 3.
 d Abb. in capitulo pro illorum numero. 3. de praben.
 e Abb. v. ij. vbi. no. per illum tex. de institu. Calder. consil. 14. de constit.
 Bero. dec. 171
 Mando. vbi su pranu. 4.
 f Mandos. & Cald. vbi sup.
 g Hiero. Pau. in prac. cano.
 h Clem. vt bi. de ata. & qua li. Abba. in d. c. extirpand. §. quia vero.
 i Sessio. 22. cap. iij.
 k Io. And. in c. quod gratio se. de regul. in ris. in sex. Abba. in c. si. col. iij. versu. item contra huc in relectum. de procu. & in c. cum super. col. lum. iij. de of. fic. deleg. Fely. in ca. cum M. Ferrar. col. xi. nu. 19. ver. & dum dicit ista gl. de constit.
 l Gloss. in cle. mē. vt bi qui, vbi Bonifac. Vitalin. nume ro. 17. versic. quatuor alia. de atate, & qualita.

vt censuit Hieronymus Paulus, quem tamē iure explodit Quintilianus Mādosius præcatus; certius quidē erit,
 9 ¶ Canonici in capitulo vocem non spectari, nisi ad subdiaconatus ordinem huc vocēs sit, & quamvis alij Canonici hoc illi vltro ius suffragia ferendi concessissent, vt S. Tridentini concilij constitutione cautum est. 1 ¶ Si contigerit tamen capitulo, dum electio fit, aliquid aliis actus geritur, Canonici quempiam interfuisse, & suffragia tulisse, cum subdiaconus tamen effectus nondum esset, non propterea actus ille, quem gessit Capitulum, inutilis irritusve erit, quamuis Canonici huius sententia alijs adnumerari nō debeat. x Verū Sacros. Synodus Tridentina, capite duodecimo, Sessionis vigesimæ quartæ statuit, vt in omnibus ecclesijs Cathedralibus omnes canonicatus, & portiones habeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel subdiaconatus, atque vt Episcopus cum capitulo cōsilio designet, ac distribuatur, prout viderit expedire, quibus quisq; ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat, ita tamen, vt dimidia saltem Canonicoꝝ presbyteri sint, cæteri verō diaconi, aut subdiaconi, vbi verō consuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes sint presbyteri, omnino obseruetur. Hortatur etiam eadem Sancta Synodus, vt in prouincijs, vbi id commodē fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatum in Cathedralibus ecclesijs, & collegiatis insignibus conferantur tantum magistris, vel doctoribus, aut etiā licentiatis in Theologia, vel iure canonico, Traditum est tamen, canonicum sacris non adscriptum ordinibus optare, aliaque facere posse, quæ canonicis, vt priuatis competere solent, vt causas rescripto Apostolico delegatas audire, & diffinire, præbendæ suæ fructus percipere, & de iuribus ipsius experiri, & in iudicio defendere. 1
 x ¶ Canonicoꝝ autem in collegiata quauis ecclesia solet plerumque certus esse, diffinitusque numerus, nempe is, quem Episcopus in cathedrali Ecclesia adhibito canonicorum cōsilio, in alijs verō inferioribus ecclesijs collegiatis, quem ipsi canonici cum Episcopi

a scopi consensu a præfuerint, ¶ Vltra quem tamen numerum, & nonnulli interdum recipiunt, sic quidem, vt statutus numerus ex hoc frangatur ac violetur, atque ¶ vt is, qui præter numerum fuerit receptus, atque omnia Canonicoꝝ iura consequatur, quæ admodum illi consequuntur, qui ex prætaxato numero sunt, siue ex Pontificis Maximi auctoritate, siue Capituli ipsius mera voluntate sit receptus, hinc & non secus A postolica delegatiōis capax erit, quàm ex numero quilibet canonicus, & quorūcumq; eorum lumentorū, & commodorum alijs canonicis competentium particeps fiet, atq; in tractandis capituli negotijs vna cum alijs auctoritatem habebit, c & dignitatem canonico dati consuetudine quæ non prohibetur, v quæ quidem sibi vendicant locum, & si, dum recipere, numero iam expleto nihil dictum esset, & ad electionem quoque faciendam vna cum alijs canonicis vacandas esset, suffragiorumq; ius habere.
 14 ¶ Quod si capitulum, dum hunc recipere, a prætaxato detestationem emisserit, declarans, hanc velle extra numerum, & ordinem aliorum esse, ¶ vt Pōtiffex Maximus mandauerit simpliciter, hunc recipi, non tamen adiecto, vt cum plenitudine iuris canonicalis recipere, ¶ vel consuetudo ita se haberet, vt, qui præter numerum accipiuntur, iura canonicalia non habeant, quæ consuetudinem plerisque in locis vigere auit, & aliud dicendum esset, his enim casibus iura cæteris canonicis in numero conscripſus competentia non participauerit.
 17 ¶ Pollunt certē canonici præfixo à numero discedere, eumque ex causa minuendo, vel detrahendo mutare, idq; etiam episcopus ipse potest, ¶ nisi statutum illud numerum taxas iuratum sit, ¶ vel à Summo Pontifice, eum clausula decernente, irrita contra illud tentata, sit confirmatum, quinquenam doctuerit alij, ¶ tametsi iuratum esset huiusmodi statutum, valere vltra numerum canonici admissionem non citra periturum tamen reatum, ¶ si tamen is, qui receptus in canonicū fuit, in causa extiterit, vt nulla iurisdictioni ha-

a Abb. & alij in capitulo secundo.
 b Fel. in d. c. cum M. nu. 23. ex Guliel. Mon. Land. in extrauag. Io. sedes Apostolica. Pet. Dia. c. 27. par. i. direct. cl. cl.
 c Fel. Sen. consi. 291. quia in present. col. iij. versu. an illi recepti. Fely. vbi supra.
 d Domin. in c. si is cui per illum tex. de praben. in c. Fel. vbi supra.
 e Fel. vbi supra.
 f Abb. & Fel. in c. cum M. Ferrarien. Pe. Dia. in d. direct. capi. 27. part. 3.
 g Fel. vbi supra. versu. tertio limita.
 h Abb. Cald. Imo. Fely. in d. c. cum M.
 i Abb. in c. de lecto. num. 10. 18. & 20. & in ca. vacante. nu. 3. de præb.
 k Ab. vbi supra. praproxi.
 l d. c. cum M. Ferrarien. vbi nota.
 m Abb. in capi. ex parte. de concess. præb. nu. 5.
 n Hosli. & Marian. Socin. in capit. Iacobus, numero 6. de simon. capi. signific. vbi de praben. capit. primo. vt sic. siat. benef. cia.
 o d. capi. cum M. vbi Ripa. numero vigesimo sexto.
 bita ratione cooptaretur, nullam creditur omnino, irritamque eius futuram electionem x contra iustitiam factam. ¶ Augendi autem, vel minuenti canonicoꝝ numeri iusta causa erit, si aucte, imminutene opes collegij fuerint, r imō creditur, cogēdos fore ab episcopo canonicos, vt numero pridē statuto addant tot canonicos, quot ex auctis facultatibus valeant sustentari, cum videt, eos non parum esse factos locupletiores. x
 Cauent autem canonici, ne quid ab eo exigant, quem intra suum ordinem sunt recepturi, quia simonia vitio nō carerent, quamuis consuetudine hoc inductum esset, adeo, vt neque prandium, vel cenam exigere fas sit, non prohibetur tamen aliquid peti ad ornamentum ecclesiæ, & cultum diuinum iuxta receptam consuetudinem, si qua vigeat, statuto autem eius collegij præbendis quidem, non tamen Canonici imponi huiusmodi onus licet cultum diuinum spectans. n Sacros. etiam Triden. Syno. cap. xliij. Session. vigesimæ quartæ constituit, ¶ vt in admisione ad possessionem Canonicatorum, vel præbendarum, vel prouentuum, vel distributionū quotidianarum, nullę conditiones, seu deductio nes ex fructibus, solutiones, promissiones, compensatione uel illicitę, aut etiam, quę in aliquibus ecclesijs dicuntur Turnorum luera, interponantur, atque vt episcopus, quęcumque huiusmodi in vltus pios non conuertantur, atque ingressus eos, qui simoniae labis, aut torridę auaritię suspitionem habent, fieri non permittat, & de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus, super prædictis cognoscat, & illis tantum, quas vt laudabiles probauerit, exceptis, reliquas vt prauas, & scandalosas reijciat, & aboleat.
 ¶ Ac sciendum, quod licet nil veter, canonicoꝝ sine præbenda esse, o propterea collato canonicatu præben-

a c. eam te. vbi. Ant. & alij. de referip. Rip. vbi supra.
 b capit. penul. de preben. in sexto.
 c cap. relatum. de preben. Ab. in c. inter c. etera. nu. 6. e. ti.
 d Rot. decif. 265. incip. itera petenti. in nouis. Fel. c. ne Dei. colum. prima. nume. 1. ver. secundo quod per personas.
 e cap. Iacobus. vbi Maria. Soci. nu. 4. de simonia.
 f glo. in c. requisiti. vers. h. ac est. de test. circa med. vbi Ab. Rip. in. d. ca. cu. M. nu. 11.
 g c. per exemptionem. de priuile. in sex.
 h Olar. confi. 100. In executione.
 i Alexi. in l. rescripti. ff. de pact. & in consi. 68. viso. & discusso. col. ij. lib. ij. & col. fi. 193. eo. lib. Rip. d. ca. cum. M. col. 7. ad fi. vers. secundo obstat.
 K Bartol. in l. ij. ff. ad muni. cip. vers. que. ro etiam. vbi. cap. eam te. col. lum. xij. nume. 16. de referip. l. cap. cum omnes. vbi Ab. iij. no. & Deci. & Berous. numero. 12. de consti. m. gl. vbi Ab. bas. & alij. in cap. quod sicut. vers. consentire de elect. n. Bar. in l. honorum. in si. ff. rem ratam habe. Innocen. in d. c. quod sicut.
 o Bal. in l. emptorem. col. ij. C. loca. Deci. in d. ca. cum omnes. vbi & Berous. nume. 12.
 p Ber. vbi s. nu. 12. & 13. & in c. quoniam Ab. nu. 97. & seq. vbi & Dec. de offic. deleg. per c. dilecto. vbi Ab. de preben. & c. dilecto. de appel. & c. ex parte. A. sten. de conc. prob. q. Ab. Deci. Berous. post antiquos. in d. c. quoniam Ab. bas. vbi Berous. numero. 99.

sum fuit, non videri ecclesiam eo ver-
 f bo nuncupatam, & quia non ex solis
 g canonicis, sed & ex alijs clericis constat
 ecclesia, & quamuis ex solis canonicis
 fiat capitulum, vt diximus alia, & qua
 uis aliqui tradiderint, quod in stru-
 27 mentum testans, Canonicos ecclesie
 aliquem iudicium constituisse, non ta-
 men videtur asserere, illum iudicium
 h à Capitulo esse constitutum, & id ta-
 men ex eo non prouenit, quia Canoni-
 corum appellatio non solet Capitulum
 continere, sed quia in probatio-
 i pollere vniuersali.
 Id verò satis firmo cōsensu receptum
 est, cuius appellatio canonicos quo-
 que contineri solere, canonicorumq;
 K collegium. x
 Canonicus definit quis esse si idem ferè
 modis, quib. alia beneficia quis amit-
 28 tit, sed sciendum, quòd, licet Canoni-
 cus quis moriatur, nō tamen eius suc-
 cessor dicitur, qui in eius locum coop-
 1 tatur, & sed ex noua electione ad Ca-
 nonicatum, qui iam extinctus erat, crea-
 m ti, & quapropter nec rata habere te-
 29 netur, quæ canonicus defunctus, cuius
 loco subrogatur, in Canonicatus
 n negocijs gesserit, & quia capitulo ipsi,
 non canonico subrogato successio de-
 ferri dicitur, ex quo etiam aiunt, non
 teneri Canonicum stare colono, quā-
 o uis prælatus ei stare teneatur, o quæ
 tamen vera proculdubio sunt, cū nul-
 lus Canonicorū numero modus præ-
 fixus est, at, si certus præfinitus sit Ca-
 nonicis numerus, credidit hoc casu
 Augustinus Berous post Decium (nec
 forte sine ratione) posse dari Canoni-
 co successorem non secus, atque datur
 prælato successor, ideoque omnia pacta
 eum adstringere successorem, quæ
 p cum defuncto iniata fuerūt, & quapro-
 30 pter pectam dicendum erit, delegatio-
 nem Canonico factam à Summo Pon-
 tifici, ad successorem eius transire, si ta-
 xatus, limitatusque erat Canonicorū
 numerus, nulla autem numeri facta li-
 mitatione, qui delegati loco fuerit sub-
 brogatus in Canonicatu, non tamè in
 q causæ delegatione succedat, & quam
 quam Berous vtroque casu tam limi-
 to, quam indefinito existente numero
 Canonicorum postremò, decidat dele-
 gationem

gationem minimè ad successorem tra-
 9 sire, non ea quidem rōne, quia nō pos-
 sit successor appellari is, qui aliquè Ca-
 nonicatum consequit ex his, quorū cer-
 tū finitusq; erat numerus, sed quia nō
 succedere is dicitur in onere, quibus detur,
 eū i honore succedere, iudicandi autè
 munus videtur onus potius, quā ho-
 10 nor dici posse. A quòd autem Canoni-
 cus non dicitur in onere succedere,
 12 hinc quoque dignosci potest, quia ne-
 glecto in comitijs antecessore suo, nō
 tamen ad eum transibit ius conquerè-
 14 di ex tali contemptu antecessori com-
 petens, quamuis in dignitate successo-
 15 res hoc ius prosequi possent. n

ad sacerdotum ordinem.
 Parochus non faciens se promoueri in-
 tra tempus ad presbiteratum quomo-
 do promiatur.
 10 Ecclesia, quæ desijt esse parochia, non ve-
 nit appellatione parochia.
 11 Parochus habet territorium in peniten-
 tialibus.
 12 Est iudex ordinarius suorum parochia-
 norum.
 13 An quandoque excommunicare possit
 suos parochianos.
 14 Parochus non habet iurisdictionem con-
 tentiosam.
 15 Parochus potest confessiones audire, &
 absoluerè, vel retinere.
 16 Sacerdos quilibet habet potestatem cla-
 uis in habitu non tamen in actu, nisi ha-
 beat populum.
 17 Parochus potest absoluerè suum paro-
 chianum etiam in aliena parochia.
 18 Error eorum, qui sine licentia Parochi
 confessionis sacramentum exercent cū
 alio sacerdote.

DE PRESBYTERO
 Parochia, & Presbytero
 simplici.

Titulus XV.

EPITOME.

TRADITUR, quibus causis, & à quib.
 distinctæ sint parochia, & quas quali-
 tates habere debeat parochus, & quæ
 sit eius potestas in omnibus sacramen-
 tis, quæ ipse ministrat, & an qui nomi-
 ne alieno, vel cum alio, vel partem a-
 ctuum parochialis tantum ministrat,
 dicatur parochus, postremò quid pa-
 rocho debeat, hic tradit, qui sit pre-
 sbyter simplex, quæ & qualis sit eius
 potestas tam in ordine, quam iurisdic-
 tione, qualis esse debeat, quibus cere-
 monijs efficiatur.

SVMMA RERV M.

1 Episcopus dicitur parochus totius sue
 ciuitatis & diocesis.
 2 Parochi non debent se introrittere in a-
 lienam parochiam.
 3 Parochi in eorum simplices sunt, quan-
 doque cum dignitate.
 4 Parochia debet habere saltem decem ho-
 mines.
 5 Parochi non distinguuntur sine autho-
 ritate episcopi.
 6 Parochus quas qualitates habere deat.
 7 Aetas parochi quæ esse debeat.
 8 Parochus debet intra annum promoueri

19 Fratres minores, & prædicatores possunt
 ex priuilegio nunquamque admitte-
 re ad confessionem.
 20 Parochus petenti licentiam consistendi
 peccata alteri non debet sine causa de-
 negare.
 21 Parochus solus ministrat sacramentum
 Eucharistiæ.
 22 Parochi officium in nuptijs contrahēdis
 23 Baptismus, & sacra extrema vñctio non
 conferuntur, nisi à Parocho cessante ne-
 cessitate.
 24 Sepeliendi solus actus non facit ecclesiam
 esse parochialem.
 25 Nec solus actus baptizandi
 26 Parochialem esse ecclesiam non sufficit
 probari per vocem, & famam.
 27 Parochus non dicitur, qui curam exer-
 cet nomine alieno.
 28 Duo non possunt esse parochi in eadem ec-
 clesia.
 29 Parochus nō dicitur quisquis habet po-
 testatem fori penitentialis nisi habeat
 populum.
 30 Parochus non dicitur habens beneficiū
 simplex, cui annexa sit cura animarum.
 31 Parochus dicitur etiam quod in presen-
 tia populum non habeat.
 32 Parochiani debent audire missam in ec-
 clesia parochiali festis diebus, & obla-
 tiones facere.

a l. munerum
 §. iudicadi. ff.
 de mun. & ho.
 b Im. c. quod
 sicut. col. ij. de
 electio.

a capit. bonæ. xij. q. ij. c. ad apostolicæ, ubi Abb. de donatio. & capit. finali. de sepulch. **b** cap. primo. xij. q. i. Abb. in Reo. tit. de paroch. **c** cap. vno. §. si. x. q. ij. Spec. in tit. de notor. crimi. **d** c. auaritia, ubi Abb. de præben. **e** Inno. c. veniens. & c. quid per nouale. de verb. sign. A lex. consi. x. in fi. **Cra. consi. 258 col. 7. nu. 13.** **f** cap. cum sit ars. extra de eta. & quali. **g** c. cū in cum. Etis. S. inferiora. de clero. **h** c. licet canon. de elec. in sex. ubi glo. et doc. **i** c. Statutu. eo. tit. de elect. in sext. **k** cap. cum in cunctis. extra de elect. **l** glos. d. c. licet cano. ver. sicu. parochia. lis. ad fi. **m** Inno. & a'ij. in capi. de multa, de præben. A lexand. consi. 74. colū. i. libr. iij. **n** Abb. in ca. cum contin. gat. de fo. com. pct. **o** Cornuc in consilio ducentesimo sexagesimo octauo, numero quarto, libro secundo.

modi cura est coniuncta, nam & Præpositi, & Archipresbyteri, interdum & Abbates subiectas sibi parochias habent; ¶ Parochiam autem vllam erigi, quæ decem homines non habeat, indecorum quodammodo, indecensque videtur, c sed ¶ non fit hæc parochia rura distinctio sine autoritate, & d Episcopi ipsius consensu; ¶ Nec potest vlla ecclesia hanc parochiam animarum curam citra Episcopi eiusdem consensu adimpleri, neque ex temporis diuturnitate consensu, nisi centum annorum curriculo præsumatur. e ¶ Nemo autem parochia ecclesiæ regimini præficiendus est, qui non sit idoneus moribus, scientia, & ætate ¶ est. n. f animarum cura artium ars ¶ hic, qui vigesimum quintum ætatis annu non attingit, g ad hoc onus admittendus nõ est, ¶ ac debet infra annum a commissi regiminis die numeradum ad sacerdotum ordinem se facere promoueri, cum possessionem beneficii pacificam nactus fuerit, nisi iusta sit causa impeditus, ¶ quod non faciens, ipso iure beneficio remanet priuatus, vt Gregorij h x. Constitutione sanctum est, h quod, tamẽ in collegiatis ecclesijs, & eorum regimini adscriptis, & si aliàs parochia sint, locum i non habet, olim verò ex Alexandri terrij Constitutione monedus erat prius, vt ad ordinem se promoueri faceret, intra legitimum tempus, quod si non fecisset parochus, beneficium sententia ei auferretur. k quaraione amplissimi patres Cõcilij Tridentini interpretes, olim declarauerunt, Constitutionem decimam septimam Selsionis vigesime quartæ Conci. Tri. quæ plures parochiales tenent prohibet, non comprehendere dignitates collegiatis ecclesijs, quibus cura animarum imminet. Item, si parochia esse deserit ecclesia, non tenetur intra l illum terminum, se ¶ moueri facere. l at canon plures parochiales possidere prohibens, illas quoq; vetare cõfetur, quæ habitu duntaxat curam animarum hnt. m Parochus ¶ hic sacerdos quodam territorium in his, quæ salutem animæ spectant, sicut in foro (vt aiunt) n pœnitentiæ habet, n iudex; ¶ ¶ animarum ordinarius dicitur eorum, qui in o sua parochia degunt. o quapropter,

¶ & quandoque excoicationis mucronem in eos distingere potest, a videlicet, ubi hoc consuetudine receptum est, in foro præsertim pœnitentiæ, remota autem consuetudine parochus sacerdos, qui nullam iurisdictionem habet, excommunicationis sententiam neque in certam personam, neq; in genere ferre potest, b quibuscumq; enim canonibus reperias, sacerdotem excommunicationis sententiã promulgare, de sacerdote maiore, id est, episcopo intelligendum est, c non nulli autem opinantur, numquam parochia ademptam esse, excommunicandi suos parochianos potestatem in foro pœnitentium, quod mihi verum non videtur, rationibus a præcitate Abbate adductis, ¶ quia scilicet contentiosi fori nullam potestatem habet presbiter parochus, cumq; non nisi aduersus inuitum solet excommunicationis mucro exerceri, nõ potest contentiosi fori partes aliquas fortiri. e ¶ Potest item ¶ parochus sacerdos eorum, qui ex sua parochia sunt pœnitentium delicta ab eis audire, & eorū culpam hoc pœnitentiæ sacramento f scilicet relaxare, ¶ quamuis enim ¶ qui liber rectè, ac ritè ordinatus sacerdos relaxandorum, ac retinendorum potestatem peccatorum, cum sacrum in presbiterorum ordinem cooptat, accipiat, eius tamen iurisd. & potestatis executionem, & exercitiũ in quouis homines passim non habet, sed eos dontaxat, qui curæ ipsius crediti subiectiq; fuerint, in ceteros verò habitum potius, & potentia, quàm actu g hoc ius habet, g nulliusque momenti absolutio habetur a sacerdote in eum prolata, in quem ordinariam, aut subdelegatam nõ habet iurisdictionem, ¶ parochus verò non in sua parochia tantum, sed etiam in alia, parochianu suum pœnitentem expiare potest, h caueant tamen religiosi omnes, ne in alienam messem falcem immittant, nam si quis sanctissimæ Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis sacramentum alienæ parochiæ homini, vel in matrimonij solenniibus author fieri non petita illius presbiteri venia ausus fuerit, excommunicationem incurret. i

a cap. si sacerdos. de offic. ordin. ubi Ab. & alij. **b** A. b. d. c. cum contingat col. ante pe. de fo. compet. **c** d. c. si sacerdos cum similit. **d** Ioan. de lign. in trac. de censur. ecclesiastic. §. xxij. nu. i. Conrad. hoc tit. num. xij. **e** A. b. d. c. cum contingat. de foro compet. **f** Quocirca ¶ vides, multos errare, qui sacramento hoc vtentes peccata sua alijs sacerdotibus, non proprijs parochis nudant, cum non nisi venia ab his petita hoc liceat, ¶ nullo tamen dicentur in errore versari, si sacerdoti alicui ex his fuerint confessi, quos mendicantium regulæ intra claustrorum cancellos coercent, regulam Diuii Dominici, & Francisci professos, namq; eis hoc datum est priuilegium, vt alienos parochianos ad hoc pœnitentiæ sacramentum accipere, absolueret; possint, x sed ¶ perperam agit parochus, qui subiecto sibi homini veniam petenti, vt ad alium sacerdotem probatum peccata sua abluturus accedere possit, sine causa indulgere non vult, l multi quoque extant casus, quibus non tenetur quis peccata sua parochio fateri, quos alio loco referemus. **21** Eucharistiæ ¶ quoq; sanctæ sacramentum solus presbiter parochus ministrat. ¶ Ad presbiterum quoque parochum spectat suæ curæ creditos homines matrimonio coniungere, ac nuptijs benedicere, & ante coniunctionem edicta proponere, quibus moneantur, si qui impedimenta nuptijs obstantia norunt. m **23** Baptisimum ¶ pariter non alius conferre potest, quàm parochus sacerdos, excepto necessitatis articulo, neque extremæ vnctionis sacramentum dare, ceteraque omnia sacramenta a parochio ministranda sunt, item sepulturæ ac funeris cura ad eum spectat. n ¶ Sepeliendi tamen sola potestas non facit, aliquam ecclesiam parochiam esse, cum ex consuetudine, vel episcopi concessione, cõmuniterium quis sine cura habere possit. o Sic neque ¶ ex solo baptizandi actu quem exercet,

f capi. omnis vrinque sexus ubi no. de pœnit. & re miss. **g** cap. 7. Sess. 13. Concil. Trident. **h** Hostien. in sum. de pœnitent. Cardin. in cle. dudum de sepult. Siluest. vers. confessor i. §. xij. **i** cle. religiosi de priuileg. Siluest. vers. excommunicatio 7. vers. in 14. excommunicatio. **k** Siluest. ver. confessor. i. **l** Beat. Thom. in 4. dist. 17. Siluest. vers. confessor. i. §. 16. **m** Nauar. in sum. cap. 25. §. 14. num. 137. **n** c. i. de clero de spons. & per totum. ubi Ab. & c. aliter. 30. q. 5. **o** Federic. in conf. 135. Archiaco. in cap. i. de sepul. **Host. in ca. quia nonnulli de cler. non residen. Comes. in reg. de idiom. q. xi. vers. ex quo inferitur.**

nis statuit vt quisquis dixerit, eum, q sacerdos semel fuit, laicu rursus fieri posse j anathema sit. Grauissimis quidem aliquibus delictis hoc ineri sacerdos potest, vt veluti hac tanta dignitate indignus, prorsus, existimetur, & quam assequutus fuerat, vnctionem per manus impositionem ei abradatur, & à tanto fastigio dignitatis depositus à clericorum ordinibus longè arceatur, qua de re suo loco dicomus, cum de criminibus eorū que penis seomnem habebimus, si Deus opt. max. concesserit.

DE DIACONO, SVB diacono, & Ordinibus minoribus.

TITVLVS XVI.

EPITOME.

QUIS sit Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, Ostiarius, Psal mista, & eorum singulorum functiones, & in ordinatione ritus, & ceremonie, & qua atate ad singulos eos ordines promoueri quis possit.

S Y M M A R I V M.

- 1 Diaconi functiones.
2 Diaconi vnde dicti.
3 Leuiti cur dicantur.
4 Diaconus an possit Euangelii exponere.
5 Diaconus an ministrare possit sanctissimi sanguinem Christi.
6 An possit aliquo casu ministrare S. Eucharistiam.
7 Ceremonia Diacono efficiendo.
8 Qua atate quis Diaconus effici possit.
9 Diaconissae, quae sint.
10 Subdiaconi officium quale.
11 Monitiones faciendae Diacono, cum ordinatur.
12 Subdiaconus non seruans continentiam committit graue peccatum.
13 Ceremonia quaedam in ordinatione subdiaconi.
14 Subdiaconi ordo an sit sacer.
15 Aetas subdiaconi qua sit.
16 Ordines cur sacri, vel maiores dicantur.
17 Ordines minores qui sint.
18 Acolyti qui sint, eorumque functiones, et ceremoniae in eis ordinandis.

a c. clericos. dist. xxi. & c. perlectis. dist. xxxv.
b d. c. clericos.
c Syluest. mer. diaconus ex S. Tho. & palud.
d syl. vbi sup.

- 19 Exorcistarum officium, & ceremonia.
20 Lectoris munera, quae, & ceremonia.
21 Ostiarij officium, & ordinandi ritus.
22 Psalmista officium.
23 Psalmista an sit ordo ecclesiasticus.
24 Psalmista non efficitur, qui non est Christi smarus, & qui nescit scribere.
25 Psalmista non ordinatur volens effugere manus iudicis secularis.
26 Psalmistarum, & aliorum ordinum minorum aetas.

PROXIMVS Presbytero in ordine Ecclesiastico Diaconus subsequitur, cuius functiones describit Isidorus, & alij, nec intactas reliquit Catechismus, assistere enim sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quae aguntur in Sacramentis Christi tenetur in baptismo, seu in Chrismate, in patena, & calice, oblationesque inferre, & distingere in altari, Dominicam mesam componere, & vestire, Crucem deferre, Euangelium, & Apostolum populo enuntiare, hocque graeco nomine appellantur Diaconi, quod ministri sacerdotum sint, namque ad hoc opus ab Apostolis creati fuerunt, quo tempore, & Stephanus martyr dux, & princeps in eum ordinem cooptatus fuit, falsio etiam nomine appellantur Leuitae, quia à Leuiti originem duxerit eorum institutio, Et, quia aliquis ambigendi locus super esse potest, utrum Diacono Euangelium exponere, ac populo disserere esset permissum, & hanc rem sic definitiuit Catechismus praedictus, vt absente Episcopo, & Sacerdote Euangelium explanare ei liceat, non tamen è superiori loco, vt intelligatur, hoc eius proprium munus non esse, & Diacono etiam permittebatur, sacratis. Christi sanguinem in Calice ministrare, his in locis, quibus consuetudo erat, vt fideles Eucharistiam sub vtraque specie sumerent, vt iisdem Syluester, & Catechismus edocent, Quin & traditum est, posse Diaconum quandoque, & Sanctissimam Eucharistiam ministrare absente episcopo, & presbytero, urgente necessitate, vel ipsis etiam, aut eorum aliquo praesente, ac iubente, quia forte impediatur, vel egritudine, vel magna lassitudine Episcopus, aut presbyter praesens, ne illud ministrare possit. d

Statue

7 State autem Diacono efficiendo ceremoniae sunt, & ritus, quod post plures sanctas praeces Deo porrectas, & sacrum vestium indumenta manus ei imponit episcopus, Euangeliorum codicem tradit, cui potestate illum legendi in ecclesia Dei tam pro viuus, quam pro defunctis in nomine Domini, vt Pontificius, & Cathedris libri praemonstrant. Poterat quis olim anno aetatis a vigesimo Diaconus effici, a sed ex Concilio Tridentino capite duodecimo, Sessionis vigesima tertia non potest ante annum vigesimum tertium: Non omitteram, Diaconissae quoque mentionem interdu in iure haberi, sed ea non tamen ordinis ecclesiastici dicitur, multoque minus sacri, sed benedictionem duntaxat cum iure hominibus, aut Euangelium in matutinis praecationibus pronuntiandi assequitur. c aliaque diuina officia celebrandi, non tamen ei fas est, illam vocem, praecationem pronuntiare, Dominus vobiscum, in recitatione officij, sed aliud locum eius dicere debet, precando Deum, vt vocem suam exaudiat. d
10 Subdiaconi, seu, quod idem est, hypodiaconi sunt diaconis ordine inferiores, vt vox ipsa demonstrat, & ad eos spectat, calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Diaconis porrigere, eisque inferre, vtrecolumque, & aquam, manile, & linteolum tenere, Episcopo, presbyteris, & Diaconis manus abluturis ante altare aquam praeparare, & oblatas templo à pijs hominibus elemosinas accipere, & Diaconis in altari ponendas tradere, vt Epistolam, quae olim à Diacono in missa recitabatur, legere. Is cum sacrat, ab Episcopo impensius monetur, perpetuum continentiae legem illi ordini impositam esse, quam non seruare illi piaculum graue esset, quaeque illi ordini in unera incumbant, singula aperiantur, praemissisque omnium coelestium praecationibus calicem, & facram patenam ab episcopo monente, vt animaduertat, cuiusmodi ministerium ei tradatur, accipit, ab Archidiacono autem vtrecoli vino, & aqua pleni, vna cum lebere, & linteolo, quo manus absterguntur, alijque additis praecibus, sacrisque verbis, vestes factas induit, Epistolarum librum de manu Episcopi pronus capit, cum potestate illas legendi in sancta Dei ecclesia tam viuus, quam pro defunctis. c
14 Is ordo creditus est, olim vrbani temporibus ante Innocentium Tertium inter sacros non recenseri, & quod & nos in primo nostrarum Institutionum libro, de ordinibus clericorum, tractantes scripsimus, hodie tamen secus videtur fuisse declaratum, quandoquidem ex indice post sacrosanctum Concilium Tridentinum edito, & libro purgatorio glossarum decreti Gratiani, purgari iubetur, glossema quoddam, quo annotabatur, hunc ordinem inter sacros olim nequaquam relatum fuisse, de quo, & alio in loco huius nostri libri, meminimus, idemque & Sacrosancta Synodus Tridentina innuere subterfugit. x
15 Subdiaconatus in ordine cooptari olim quis poterat in decimo octauo aetatis anno, & verum Concilium Tridentinum non permittit, ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum aliquem promoueri. x
16 Et hi quidem ordines praedicti maiores, vel sacri appellantur, quod alijs superioribus sint, sacraque eis solis contrectare fas sit, sunt deinde alij quatuor in ecclesia ordines, vt Pontificij interpretes credunt, qui minores appellantur, neque enim superioribus sunt dignitate comparandi, neque sacris in rebus tractandis eos se se immiscere licet, aut ad episcopatum, & eligi eos permittitur, multa licet eis privilegia sacris ordinibus competentia, & praesertim immunitates, concedantur: hi sunt Acolyti, Exorcistae, Lectores, Ostiarij, Acolyti enim, qui inter hos primum locum habent, Diaconis, & subdiaconis altari ministrantibus assistunt, & praeperti sunt, ad sacrificium altaris, cum praesertim Euangelium pronuntiat, facces gestant, aquam & vinum in sacrificio propinant, quarum functionum ab Episcopo moneri solent, cum eos in hunc ordinem cooptat, ac cetero ferant cum cereo, vtrecolosque, inanes illis tradit. Exorcistae nominis Domini catione immundos spiritus ab obsecris corporibus eiciunt, & fugant, in quod

duitur, Epistolarum librum de manu Episcopi pronus capit, cum potestate illas legendi in sancta Dei ecclesia tam viuus, quam pro defunctis. c
14 Is ordo creditus est, olim vrbani temporibus ante Innocentium Tertium inter sacros non recenseri, & quod & nos in primo nostrarum Institutionum libro, de ordinibus clericorum, tractantes scripsimus, hodie tamen secus videtur fuisse declaratum, quandoquidem ex indice post sacrosanctum Concilium Tridentinum edito, & libro purgatorio glossarum decreti Gratiani, purgari iubetur, glossema quoddam, quo annotabatur, hunc ordinem inter sacros olim nequaquam relatum fuisse, de quo, & alio in loco huius nostri libri, meminimus, idemque & Sacrosancta Synodus Tridentina innuere subterfugit. x
15 Subdiaconatus in ordine cooptari olim quis poterat in decimo octauo aetatis anno, & verum Concilium Tridentinum non permittit, ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum aliquem promoueri. x
16 Et hi quidem ordines praedicti maiores, vel sacri appellantur, quod alijs superioribus sint, sacraque eis solis contrectare fas sit, sunt deinde alij quatuor in ecclesia ordines, vt Theologis placet, aut quinque vt Pontificij interpretes credunt, qui minores appellantur, neque enim superioribus sunt dignitate comparandi, neque sacris in rebus tractandis eos se se immiscere licet, aut ad episcopatum, & eligi eos permittitur, multa licet eis privilegia sacris ordinibus competentia, & praesertim immunitates, concedantur: hi sunt Acolyti, Exorcistae, Lectores, Ostiarij, Acolyti enim, qui inter hos primum locum habent, Diaconis, & subdiaconis altari ministrantibus assistunt, & praeperti sunt, ad sacrificium altaris, cum praesertim Euangelium pronuntiat, facces gestant, aquam & vinum in sacrificio propinant, quarum functionum ab Episcopo moneri solent, cum eos in hunc ordinem cooptat, ac cetero ferant cum cereo, vtrecolosque, inanes illis tradit. Exorcistae nominis Domini catione immundos spiritus ab obsecris corporibus eiciunt, & fugant, in quod

a cle. si. de et. & qual.
b c. diaconissam. vbi gloss. 27. q. i. auct. e. diaconissa. c. de epi. & cler.
c Fel. in c. dilecta. co. i. n. 4. de mai. & obe. d. Inm. in c. i. d. celeb. miss. v. i. ta. in cle. i. nu. 8. co. ti. de celebra. missar. e. d. c. plectis. s. ad subdiaconum.
f d. c. clericos. g. hippodiamonos. dist. xxi. g. d. c. clericos. & c. perlectis & cathedris mus.
h c. si. di. lx. c. a mul. de et. et quali. c. miramur. vbi gl. de ser. non ordin. Ab c. non pot. col. i. nu. 4. & col. 3. de re iu. Borg. i. & par. tra. de irregu. xi. de cle. coitu. nu. 1. & par. 5. xi. de biga. nu. 4. & in par. et in tit. qui cle. vel nonen. nu. me. 8.
i gl. dist. xxi. in prin. vers. subdiaconos. k. c. ij. ses. 2. 3.
l. d. clem. si. de et. & qual. m. c. xij. Ses. xxij. n. d. c. a mul. tis. d. c. miramur.

hæc habes, ex d. cap. de ros. & ca. per lectis, Pontificali, & c. cathismo.

b d. c. clericos. d. c. per lectis. & c. catechif.

c d. ca. per lectis. s. ad psalmistam.

d Ses. xxiiij. capit. iij.

e Hugo lib. ij. cap. ij. par. ij. Car. A. r. c. de ritu. de sacra. ordi. c. 47. fol. magi. s. p. ut. lib. 4. dist. 24. capi. i.

f c. nullus. de temp. ordin. in sex. ca. de bis. dist. 28.

g Archid. in d. c. diaconisfam. P. by. in d. ca. dilecta. nu. 4. & 5. de m. io. & obe. Ab. in ca. noua. de peni. & remi. Dec. l. semine. nu. 39. de reg. iur.

h Inno. c. qd sup bis. ad si. de accu.

i c. quoniam. de vita. & ho. cler.

quod minus, cum instantur, librum exorcismos habentem de manu episcopi sumunt, prostentis se illis dare potestatem super Energumenos sive baptizatos, sine archieumenos.

20 Lectoris munus est, in ecclesia, veteris, & noui testamenti libros, eos præcipue, quos nocturnæ psalmodiæ exigunt, recitare, primaq; religionis christiane rudimenta fideles docere, quod ut faciat, ab Episcopo monetur præcipiente, cum ei librum gradit, hæc habentem, ut verbi Dei sit nuntius, partem cum his habiturus, qui verbum Dei bene ministrant, si fideliter & vtiliter officium suum impleuerit.

21 Oltariis hos sequitur, cuius sunt partes, templi forés, & claués incorruptè seruare, prophanosq; ab ingressu illius summo uere, sacerdoti sacra faciendi altaris adesse, ac curare, ne quis temerè mysticis illis, arcanisq; missæ licentiam afferat, ex quo, & hoc ostentij nomine, vel Ianitoris appellari solet, & cum in hunc ordinem cooptat eum Episcopus, claués ex altari acceptas ei tradit, increpans eum, ut sic agere curet, quasi reddendus Deo rationem pro his rebus, quæ illis clauibus custodiuntur, ut ijdem Pontificalis, & Catechismi liber demonstrant.

22 Ad hos verò vti vestibulum quoddam, & limen ascensum præbet, prima, quæ vocat, tonsura, qua initiati psaltes, seu psalmiste appellantur, quorum officium est, canere, benedictiones, laudes, sacrificium, & responsoria dicere, ac proferre, & quicquid ad canendi peritiam pertinet, e atque (ut olim diximus) Theologis inter Ecclesiasticos ordines, recensendi non videntur, quæuis aliud sacris Pontificij iuris Doctoribus videatur, ¶ nemo autem admittendus est, qui sacramentum confirmationis non acceperit, & fidei rudimenta edoctus non fuerit, quique legere, & scribere nesciat, ¶ & de quo probabilis coniectura non sit, non secularis iudicij fugiendi fraude, sed, ut Deo si-

23 24 25

delem cultum præstet, hoc vitæ genus elegisse, vt Sacros. Synodus Tridentina decreuit, & huius autem tonsuræ vsus à Nazareis ceptus creditur, q ad significandam vitæ continentiam caput sibi radebant, abrasosque sibi capillos igne sacrificij adolebant.

26 Poterat q; olim ad minores ordines, & ad primam tonsuram, simulatq; infantie ætatem excesserat, admitti. Sed Synodus Trident. c. vi. Sessio, 23. sanxit, vt nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere.

27 Ecclesiasticis autem ordinibus mares tantum, nō fœminæ aptæ censentur, nec, si ordinarentur, characterem acciperent, quapropter nec irregularitatem contrahere possunt. ¶ si in quæstionē reuocetur, an quis clericus sit, probare is debet, qui clericatum allegat, quæ ea qualitas nō natura, sed ex accidenti contingat, n̄ nisi quis fortè beneficium possideat, vel officium, quod nō nisi clericis dari, vel permitti solet.

28 Et hæc quidem ad quoscunq; ecclesiasticis ordinibus acceptos clericos tam seculares, quam regulares pertinere possunt, de regularibus autem, qui communem quandam in domibus congregatam vitam ducunt, cū specialia quædam his iura præscripta sint, infra separatim agemus; sciendum est tamen, in secularibus quoque clericis interdum posse ab Episcopo certum modum viuendi in communitate cum certa numeri eorum taxatione, vt bona eorum veniāt in communi, præfigi, vt eadem in domo cohabitent, vescantur, dormiant, & quiescant, huicque operi aduersantes coercere officij, & beneficij suspensione, aliæ grauioræ pœna, quos etiam pro manūs iniectione iniuriam facta more aliorum regularium reconciliare penitentia imposita poterit, nisi apostatas, facti id non mereatur. i

DE VICARIIS IN diuinis. Tit. XVII.

EPITOME.

VICARIORVM in diuinis alij constituantur ad tempus, alij in perpetuū, & quibus casibus perpetui soleant constitui, quibus temporarij enarratur, quæque sit inter hos differentia.

SVMMA RERVM.

- 1 Beneficiati debent personaliter non per substitutos deservire.
- 2 Prior regularis habens curam annexam potest vicarium constituere.
- 3 Parochiam annexā habens dignitati Cathedralis ecclesie vicarium constituere potest.
- 4 Portio assignanda vicario quāta esse debeat.
- 5 Leprosi, et alij perpetua firmitate impeditis datur vicarius.
- 6 Illiteratis, & imperitis datur vicarius.
- 7 Vicarij perpetui dabantur olim, cum beneficia curata siebant simplicia.
- 8 Hodie verò per Concilium T. rid. non permittitur beneficium curatum simplex fieri.
- 9 Vicarius perpetuus datur, quoties unq; beneficium curatum alteri accessorie vnitur.
- 10 Vicarij perpetui dabantur, cū dabatur licentia perpetua de non residendo.
- 11 Licentia de non residendo ad tempus frequenter conceditur.
- 12 Cause excusationis non residendi cognosci debent, & probari ab Episcopo.
- 13 Licentiam habentes non residendi constituere debent vicarium.
- 14 Excusationem habentes nō residendi propter studia vicarium constituere debent.
- 15 Vicarius constituendus est in beneficio illius, qui monasterium ingreditur intra annum probationis.
- 16 Vicarius dandus est in beneficio eius, qui monitus ad residendum appellauit.
- 17 Vouenti peregrinationem ultramarinā dandus est interim vicarius, dum peregrinatur.
- 18 Vicarij perpetui, & temporales in multis differunt.

- 19 Vicarius perpetuus in pluribus ecclesijs esse nemo potest.
- 20 Vicarius perpetuus adeptus beneficium curatum Vicarius desinit esse.
- 21 Vicarius perpetuus habet titulum ex quo promoueri possit.
- 22 Vicarius perpetuus non dicitur carere titulo.
- 23 Vicario perpetuo non prouidendum ex literis in forma communi.
- 24 Vicarius perpetuus esse non potest filius in beneficio, quod pater obtinuit, neq; e contra.
- 25 Vicarij perpetui tenentur residere.
- 26 Vicarij perpetui in beneficio sacerdotali debent promoueri ad presbyteratum.
- 27 Vicarij non possunt vicarios constituere.
- 28 Vicarius perpetuus potest habere licentiam non residendi propter studia.
- 29 Vicarius habens licentiam non residendi non constituit ipse vicarium, sed superior.
- 30 Clementis constitutio de Vicarijs perpetuis.
- 31 Vicarius perpetuus non constituitur sine episcopi assensu.
- 32 Vicarius perpetuus amoueri non potest sine consensu episcopi si ab eo sit constitutus.
- 33 Vicarius perpetuus habetur in omnibus pro vero pastore.
- 34 Regula cancellarij Julij Tertij equiparans Vicarios perpetuos, & temporales est anomala.

HI, QUIVS præfecturæ ecclesiarum, aut curæ Parochæ, aliæve Ecclesiastica beneficia creduntur, p̄ omni quidem animi studio in hæc præcipuè curam incumbere debent, vt ipsimet suo muneri satisficiant, non Vicaria cuiusque opera vtantur, cum eorum in hoc indultria electa videatur, sed quia tamen non desunt frequenter casus (vt sit in humanis rebus) etiam nō nunquam inenitabiles, quibus nō potest quis per se, quam suscepit dignitatis, aut parochæ ecclesie, aut alteri beneficij prouinciam curare, prouisum fuit, vt his liceat tunc Vicarios sibi ad sociare, qui pro ipsis munus exequantur, & onus illis iniunctum suis humeris, dum illi defessum latus mutant, subeūtes gestent, de quibus pauca hic tradituri sumus. Sciendum est igitur, his

a cap. primo de capel. mon. in sex. cle. i. de off. Vic. Rebus. in praxi benef. de vica. per pe. nu. i. i. cle. vni. de suppl. negli. prel. cle. ne in agro. s. ceterum. de Stat. mon. Ror. deci. 228. not. quod vbi, in antiq.

b c. extirpand. d. s. quia verò. de præben.

c c. de rectori bus. c. pe. & si. de cler. agro.

his casibus licere alicui, Vicarium in diuinis ad legere; † In primis enim, si cui regulari priorati beneficium cum animarum cura annexum sit, poterit is prior Vicarium constituere perpetuum, apud quem cura illa animarum sit re ipsa, & exercitio, quam prior habitu quodam, & potentia habere dicitur. **a**

3 Item, si quis parochiam ecclesiam dignitati, vel præbendæ Cathedralis Ecclesie annexam habeat, quia ecclesie ipsi Cathedrali debitum pensum in primis exoluere tenetur, Vicariū perpetuum in parochia ecclesia illi annexa constituet, † qui ex ecclesia illius redditibus æquam pro alimentis suis portionem consequetur, & nec potest tamen certa legibus meta huius portionis taxari, cum p. beneficij redditibus, & Vicarij qualitate modò maior, modò minor danda sit, quod ordinarij arbitrio totum committitur. potest. n. si hoc maluerit ordinarius, totius beneficij trientem, ac maiorem quoq; portionem, vel minorem etiam super certa re illi assignare, vt Tridentini Concilij capite quinto, & septimo, Sessio. itē septimæ cautum est sub Paulo tertio, sed Pius v. quadam sua constitutio ne data Kalen. Nouemb. Anno 1567. normam his Vicarijs perpetuis ad beneficia regularibus adiecta constituentis certam præscripsit, statuens, ne minor quinquaginta aureis, maiorve centum is prouentus annuus statuatur, computatis omnibus etiam icertis emolumentis, & alijs obuentioib. cōmuniter percipi solitis, nisi vicarijs tē potarijs solitum esset plus assignari, siue in quātitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, aut fundo, seu alia re stabili portio huiusmodi constituarur, cuiuscunq; valoris parochialis ecclesia vnita fuerit, & habita etiam ratione reddituum, & onerum loci, cui parochialis vnita fuerit, nisi tamen valor annuus ipsius parochialis vnitæ minor sit quinquaginta scutis prædicta ratione habita, quo casu portio assignanda Vicario perpetuo non debeat excedere summam annuam valoris dictæ parochialis, sed sufficiat, quòd omnes fructus eius duntaxat attribuuntur ipsi Vicario perpetuo. Additq; eadem

constitutio, vt dicti Vicarij perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesijs vnitus ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu Vicariorum præuio examine approbatione deputentur. Atque vbi dictæ parochiales vnitæ sint monasterijs regularium mendicantiū, possint à superioribus dictorum monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarij præuio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam intuerint, & approbauerint, teneantur in Vicarios ad nutum tamen superiorū amouibiles deputare, idemq; seruetur in regularibus monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis monachis fuerit vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor ex dictis monachis.

5 Rectoribus quoque Ecclesiarum, & alijs beneficiatis lepræ macula vsque adeò infectis, vt altari seruire non possint, nec sine magno eorum scandalo, qui sani sunt, ecclesias ingredi, aliterve ineptis valetudine, vel senio dādus est coadiutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus ecclesie cōgruam ad sustentandam recipiat portionem. **c**

6 † Item statutum est ab eadem Sacros. Synodo Tridentina, capite sexto, Sessionis vigesimæ primæ, vt, quia illiterati, & imperiti Ecclesiarum parochialium Rectores sacris minus apti sunt officijs, Episcopi etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati eisdem illiteratis & imperitis, si alius honestæ vitæ sint, Coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemq; fructuum eisdem pro sufficenti victu assignare, aut aliter providere possint, quacunq; appellatione, aut exemptione remota.

7 Item † solebant olim sic constitui Vicarij, vt beneficia, quibus cura animarum annexa erat, in simplicia beneficia conuerterentur, assignata perpetuo

8 Vicario congrua portione, † verum eadem Sacros. Synodus Trid. c. xvi. Sessionis 25. animaduertens, quòd hæc factas curæ animarum in Vicariū trāsferendæ non bene ecclesijs; animarūque salutem consulebat, statuit, vt eccle-

siaticæ

siaticæ beneficia secularia, quocunq; nomine expellentur, quæ curam animarum ex primæ eorum institutione, aut aliter quandoocunq; retinent, illa deinceps in simplex beneficium et assignata vicario perpetuo cōgrua portione, non conuertantur. In his verò, in quibus contra earum institutionem, seu foundationem cura animarum in Vicario perpetuo trāsata est, etiā si in hoc statu ab immemorabili tempore inueniantur, si cōgrua portio fructuum Vicario, quocunq; nomine is appellatur, nō fuerit assignata, ea quāprimam arbitrio ordinarij iuxta formam prædictæ Constitutionis in Tridentina Synodo sub Paulo iii. editæ, assignentur, quod si commodè fieri nō poterit, aut intra dictum terminum factum non erit, cum primum per cessum, vel decessum Vicarij, seu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipiat, ac vicariæ nomen cesset, & in antiquum statum restituarur.

9 Contingit etiam, perpetuos Vicarios generaliter creari, cum beneficium aliquod alteri beneficio annectitur, eiq; accessione vnitur, nam in beneficio vnito vicarius perpetuus ponitur, qui beneficium inscriuat, quo inuito non licebit domino, cui beneficium vnitum fuit, illi per se deseruire, nisi hoc expressum in vnione fuerit, vt ne perpetuus vicarius constituarur, sed per se deseruire is, qui vnitū habet, possit.

10 Solebant etiam olim, cum magis laxæ res forent, à sede Apost. sepe indulta concedi, vt quis perpetuo ad residendum in beneficio non teneretur, sed capite secundo, Sessionis sextæ Conci. Trid. cautum est, vt nulli priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur, † frequentius tamen concedi venia, vt quis ad tempus residere non teneretur, consuevit. † Indulgentijs verò, & dispensationibus temporalibus ex veris, & rationabilibus causis tantum concessis, & eorum ordinario legitime probatis, † officium est episcoporum, tanquam in hac parte à sede Apost. delegatorum providere, vt per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum

assignationem cura animarum nullatenus negligatur, nemini, quo ad hoc, privilegio, seu exemptione quacunq; suffragante, c. sed & † iam tum ab Innocentio octauo statutum fuerat, vt, qui septennij, aut minorem vacationem ob studia impetrassent à residendo clerici, vacatione durante bonos, idoneosque Vicarios ad curam animarum diligenter exercendam, & seruendum in diuinis constituerent, quibus de ipsarum ecclesiarum prouentibus necessaria congruè ministrarentur. **d**

15 Item † statuerat idem Bonifacius, cum beneficium illius, qui religionem ingreditur, non sit intra probationis annum alicui conferendum, nisi ipsius ad id accedat consensus, aut constet, quòd vitā voluerit absolute mutare, vel professionem expressam fecerit, seu sciens habitum professorum accepit, interea vt illi beneficio Vicarius ministret, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione, & sic, † vbi contingat, canonicum à præcepto ei facto ad residendum, appellare, quamdiu appellationis prosecutio discurrat, Vicarius illi sufficiatur, qui de fructibus beneficij sustentatus interim beneficio ecclesie ministret. **f**

16 Item, † si prælatus, vt vorum vltra marinum reddat, peregrè proficiscatur, Vicarius hoc interim substituetur, & sic vides, quòd siue ad tempus, seu in perpetuū cōsequutus veniam quis fuerit, nē residere teneatur, omni tamen casu vicarium constituere, cum fructuum congrua assignatione tenetur.

18 Multum † verò interest inter perpetuos, & temporarios vicarios, si qui dem † in pluribus ecclesijs idem Vicarius perpetuus eodē tempore esse non potest, si & qui dum alicuius esset Vicarius perpetuus in diuinis, beneficium curatum postea adeptus fuit, Vicarius esse definit, i & † qui vicarius perpetuus est, congruum titulum habet, ex quo ad ordines x. promoueri possit, nā & hic dicitur ecclesias obtinere, & neque enim † beneficio carere is dicitur, cui competenter de perpetua Vicariæ prouentibus est prouisum, † quocirca & is, cui per Summ. Pontificem iniunctum fuit, iuxta formam communem, quam secūdum Apollolum

a c. 7. Sess. 7. de reformat.

b Vitalin. in cle. vni. col. xl. xi. de Vic. Rebus. in praxi. benef. ti. de Vic. ca. per pe. nu. primo.

c d. c. ij. Sess. sexta. de refor.

d cap. cum ex eo. de electi. in sexto.

e c. beneficiū de regul. in sexto.

f c. peruenit. ij. de appell.

g c. pe. de voto.

h ca. ij. extra eo. de offi. vic.

i c. i. co. ti.

k Ab. & Feli. in c. G. perpetuus. in prin. de si. instum. Car. in cle. dudum. §. v. rim q. 22. §. de sepult.

l glo. in cle. i. v. si. sacerdotium. de offic. vica. Ab. b. cl. & alij in d. c. G. perpetuus.


a c. postulasti. ij. de rescrip.
 b c. constitutus & c. michael. de fil. presbit.
 c c. si. co. tit. offic. vic.
 d c. clericos. cod. tit.

e gl. in d. cle. i. uer. sacerdotium in fi. vbi doct.
 f cle. m. cod. tit. vbi no.
 g Vitalin. in d. clem. i. in fi. post. Guliel.
 h Vital. in d. cle. i. nu. 57. de offic. vicar. i. c. i. eo. ti.
 k Vitalin. in d. cle. v. num. viij.
 l Rot. decisio. 341. quod in amiq. & dec. 470. in no. Belam. dec. 701. nu. 4. Milles. in d. Etid. ner. vicarius perpetuus. Vital. in clem. i. in fi. de iure patronat. Mandos. ed. reg. can. 14. q. est. sex. m. 14.
 m c. si. 21. q. ij. vbi gl.

lum vocant, vt alicui beneficium conferret, non tenetur illi, qui Vicariam perpetuam habeat, prouidere, nisi de ea mentionem fecerit, a & filius non potest beneficium habere, in quo perpetuus Vicarius pater fuit, vel eontra, n Item, vt vicarij perpetui in ecclesijs, quarum vicarij sunt, residant, vt & se in presbiteros, vt eorum cura exigit, faciat promoueri per subtractionem prouentuum, aut vicariatuum compelluntur, c & t clerici in presbiteratu, aut alijs inferioribus ordinibus constituti, in vicariatus ecclesiarum, quos adepti sunt, alios sibi substituere non possunt, d & t poterit perpetuo vicario æque indulgeri, vt per septennium vacationem habeat a residendo, vt studijs vacet, quæ admodum rectori perpetuo hoc concedi solet, t verum eo casu non ipse vicarium sui loco sufficiet, sed episcopus, aliustæ prælatus, qui hanc vacationem a muneribus concesserit. n Act deniq; Clemens Quintus constituit, vt in huiusmodi perpetuis vicarijs ea obseruentur, quæ de ecclesijs curam animarum habentibus, affectuone aliarum amittendis, & de ipsarum Rectoribus ad sacerdotium promouendis, deq; eorum ætate, a iure statuta esse nolcuntur, f nempe, vt parochi sacerdotis vicarius annum vicissimum quintum agat, atq; vt intra an-

num a tempore adeptæ possessionis pacificæ ordinem sacerdotalem accipiat, & potestali sacerdoti concedere, vt in sua ecclesia ministret sacramenta ad tempus, etiã nulla Episcopi licentia petita, g nec potest vicarius perpetuus sine patroni consensu institui. h
 In constituendo autem vicario t perpetuo proculdubio Episcopi requiritur, consensus, quo adhibito, neque per ipsum Rectorem dominum, neq; per successorem t eius poterit amoueri, portione t sua defraudari, nisi alia qua culpa id meritis fuerit, i Defuncto autem vicario perpetuo non idcirco dicitur parochia ipsa ecclesia, vel cura, quam gerebat, vacare, sed vicaria ipsa dextaxat, seu cura ipsius exercitium. k
 Hinc t vicarius perpetuus in omnibus verus pastor censetur, l quæ de temporario vicario dici nequaquam possunt, tamen si Iulius Tertius Pon. Maximus t regula cæcellariæ decima quarta eodem vicarium temporalem loco habendum in ea materia censuerit, quo & perpetuum, dum potestatem ademit ab antecessoribus suis concessa ordinarijs conferendi beneficia generaliter reseruata, quam sanctionem propterea Quintilianus Madosius dicit interpretatur, non immerito anomalam quæstione sexta appellat.
 Conductiis verò presbiteris alioqui ecclesiæ credi non debent, sed vnaqueq; ecclesia, cui facultas suppetat, suum, propriumque sacerdotem habere debet. m


Finis secundi Libri.



AMPLISSIMO, ET RELIGIOSISSIMO

S. R. E. Cardinali

GVLIELMO SYRLETO.



M. Antonius Cucchus. S. D.



QVANTUM valeat concilianda benevolentia, et abendisq; ad sui admirationem, et studium hominibus virtus, si quis vquam cognouit, Ego certe sic expertus re ipsa fui, vt melius me didicisse neminem, serè audeã dicere, namq; vt in dies nota magis mihi fiebant ista, quæ in te clucet, animi ornamenta, ita sensim magis, ac magis studium in te meum ardentius ferebatur, si quidem & antequam Romam venissem, cum nõdum mihi contigisset, vt te de facie nossem, de singulari tamen tua optimarum artium scientia, de lactea, solidaq; eloquentia, & de incredibili tua comitate ex pluribus grauissimorum hominum sermonibus intelligens iam tum absentem te colere mirum in modum incepi, desiderio etiam ardens inmensò te videndi, et cognoscendi, quod postquam mihi concessum fuit, desiderio etiam ardens inmensò te videndi, et cognoscendi, quod postquam de te absente accepissem, tuam admiratus virtutem sic me totum, sensusq; omnes meos in te transtuli, vt nihil mei in me ressedisset. Quare pluribus quidem nominibus Ego debeo illi ampliss. & maxime apud omnes gentes ex estimatione viro Francisco Alciato Cardinali, sed neq; hanc inter postremas duco obligationem rationem, q; causa mihi fuerit, tuam amicitiam, etiam tecum familiariter, cum libisset, loquendi, etq; de rebus serijs, & intimis diuini, & Põzificij iuris penetrabil. differere frequenter audienti in præclarissimo isto patrum collegio, cui decretorum Gratiani emendandorum opus iniunctum fuit. Sed, quamuis optarem huius mei in te studij signum ali quod dare, nulla vquam dies talem occasionem tulit, q; post in ita tui amicitiam haud multis mensibus inde in patriam reuersus fuerim: non tamen tui vq; mihi excidit memoria, quid. n. poterat tam fixe, tamq; bene inherere, obsequantiæ euertende vndecim annorum, quot ex eo tempore fluxerunt, aut etiam longius spatium proficere, nam perpetue sunt, quas omni in re virtus agit, radices, nec facile quælli quouis impulsu, ac multò minus solo temporis cursu possunt. Nunc tandem ea, quam tamdiu expectaui, fors venit, vt possim tibi, quanta obseruatione te prosequar, tantulo signo indicare, quando quidem is magno nobis in honore esse videtur, plurimumq; a nobis non diligi tantum, sed etiam coli, cuius fidei & prudentiæ, quod carissimum habemus, credere non dubitamus. Cum igitur in presentia hos, quos vides, partus illis similes, quos tu olim Romæ vidisti, & probasti, quamuis adultiores, sed adhuc tamen tubantes, nec satis viribus suis imitantes, ad lucem producturus sim, quorum priores Alciati patrocinio, & tutela munui, visum fuit, hos quoq; tibi commendare, vt, quemadmodum ambo olim aliquam de me concepsistis opinionem, sic & ambo vnanimes prolem meam suscipiatis: nullum equidem te illi viro gratiorem in hac cura socium dari posse opinor, nec tibi quemquam illo magis acceptum contingere posse, sic ambo olim vidi omni in re valde consentientes, eodemque Romana Ecclesia zelo, eadem Religione & pietate, & literarum studijs coniunctos.

Accipies

Accipies igitur tu, qua praestas humanitate, paruulos in tua postos clientela infantes, quos, si quando improbis inuidisque vexationibus, ut saepe euenire solet, exagitari videris, metuque incusso deterrevi, obsecro, ut assistens omnem ab eis metum, vexationem, & terrorem excutias: ac, si forte contingeret, vel nimio solis estu eos vri, vel noxijs imbribus madefieri, cum nudis, & sine vestibus appareant, sacri galeri tui tegmine, & umbra protectos defensos, seruatosque praestes. Vale.



Tituli Libri Tertij.

- 1 De Regularibus.
- 2 De Monialibus.
- 3 De Abbate.
- 4 De Priore.
- 5 De Custode, seu Guardiano.
- 6 De Commendatarijs.
- 7 De oeconomis.
- 8 De alijs personis Ecclesiasticis nullo ordini adscriptis.
- 9 De priuilegijs clericorum.
- 10 De vita, & honestate clericorum.



MARCI ANTONII CVCCHI

IURISCONSULTI

Institutionum maiorum, seu Pandectarum

Iuris Canonici.

LIBERTERTIVS.

Primi Pentatheuci.

DE REGVLARIBVS TIT. PRIMVS.

Epitome.

Regularium diuersae Institutiones recensentur, Mendicantium, scilicet, ac non mendicantium, & ipsorum item mendicantium duae species, qui fuerint principes tam diuersarum religionum auctores, ac qui sub vno quoque eorum specialiter militent, nempe, sub Basilio, Benedicto, Augustino, Francisco, & fusus aliquantò Francisci angustia institutio explicatur, De Regularibus in vniuersum postea edisferitur, quomodo, & coram quo, ac quibus solennitatibus fiat professio, & quo aetatis tempore. Ante verò professionem quid nouitius cõsequatur commodi, vel incommodi, quid professione facta, de tribus praecipuis votis religionis sigillatim agitur, de paupertate in primis, postea de castitate, & continentia, ac demum de obedientia, Religionem quot modis quis deferat, quibus ex causis religionẽ deferere, aut ad aliam transire quis possit, & quis hanc licentiam concedere possit, & quid si quis exire velit religionem, vt seculari ecclesiae ministret.

SVMMA RERVM.

- | | | | |
|---|--|----|--|
| 1 | Regulares qui dicantur. | 5 | Mendicantes ex constitutionibus possunt bona immobilia possidere in communi. |
| 2 | Regularium alij mendicantes, alij non mendicantes. | 6 | Mendicantes ex constitutionibus veniunt appellatione mendicantium, & ipsi. |
| 3 | Mendicantium alij sunt ex regula, alij ex constitutionibus. | 7 | Quatuor sunt primae religiones. |
| 4 | Mendicantes ex regula nunquam contrauenire possunt, mendicantes ex constitutionibus possunt quandoque. | 8 | Earum nomina recensentur. |
| | | 9 | Basilij institutio. |
| | | 10 | Carmelitarum institutio vnde ducta. |
| | | 11 | Carmelitarum alij sunt ex mendicantibus. |
| | | 12 | S. Benedicti institutio vnde. |

- 13 Monachorum Benedicti reformatio.
- 14 S. Benedicti sub regula diuersae religiones instituta, & diuersi habitus.
- 15 Enumerantur diuersae religionum institutiones sub regula Benedicti militantes.
- 16 Humiliatorum extinctio.
- 17 August. & Franc. patres mendicantium.
- 18 Praedicatorum, seu S. Dominici ordo viuunt sub regula S. Augustini.
- 19 Heremitani, Serui S. Mariae, Iesuati, Brigidani, Crucigeri, Milites s. Ioannis Hierosolymitani, Hospites S. Antonij, & Monachi S. Hieronymi viuunt sub regula S. Augustini.
- 20 Canonici regulares sunt sub regula S. Augustini.
- 21 Monachorum Benedicti an canonicorum regularium antiquior sit institutio.
- 22 Francisci Assisinas conuentus in plures species partiti.
- 23 Minores qui sunt.
- 24 Francisci regula à quibusdam Pontificibus declarata.
- 25 Conflia praecceptorum, vel inhibitorum facta in regula B. Franc. obligant mortaliter.
- 26 Verbum (tenentur) alicui vim praecipi.
- 27 Regula B. Francisci prohibet, ne quem inducant sui fratres ad relinquendum sibi.
- 28 Fratres regulares B. Francisci possunt accipere aliquid causa elemosinae ab his, qui sunt ingressuri eorum religionem.
- 29 Religio B. Francisci est in apax omnium successio.
- 30 Et legatorum factorum in fraudem legis prohibentis successiones.
- 31 Et omnium reddituum, & censuum annuum.
- 32 Nec possunt habere vineas, aut hortos ad vendendum fructus.
- 33 Nec granaria, aut cellas vinarias.
- 34 Relinqui eis potest pro fabrica ecclesiae.
- 35 Et in causam studij.
- 36 Et in cultum diuinum.
- 37 Ecclesia fratrum minorum potest capere etiam titulo institutionis.
- 38 Relinqui potest vinum & criticum pro sacrificio missae fratribus minoribus, & penuria pro luminariis.
- 39 Mendicanda sunt ea tantum quae pertinent ad victum.
- 40 Mendicantibus ex constitutionibus non ex regula possunt relinqui etiam bona immobilia, quae tamen retinere non possunt penes se, sed vendere.
- 41 Aliud ex constitutione Sixti quarti, & c.
- stitutione capituli generalis, nam ea recte possunt in communi.
- 42 Privilegium quod appellatur mare magnum regulae S. Francisci.
- 43 Mendicantes omnes exceptis minoribus, possidere possunt bona immobilia ex Concilio Trident.
- 44 Monasteria non debent habere maiorem numerum religiosorum, quam ali possint.
- 45 Religionem nouam instituire nemo potest.
- 46 Olim quilibet facere poterat nouum collegium causa religionis etiam sine licentia.
- 47 Monachi vox comprehendit omnes claustrales large.
- 48 Monachi olim non fiebant clerici.
- 49 Religionis, seu monachatus aliqua privilegia.
- 50 Monachatus liberat ab omni poenitentia pro peccatis transactis imponenda.
- 51 Monachatus tollit omnem maculam irregularitatis.
- 52 Per gratiationis votum tollitur monachatus.
- 53 Religiosus efficitur quis professione.
- 54 Professio expressa quomodo fiat.
- 55 Monachus fragilitate lapsus an dicatur apostata.
- 56 Monachus quando creari possit à solo conuentu Abbate mortuo.
- 57 Professio est exaranda scripturae.
- 58 Professione facta habitus suscipitur.
- 59 Habitibus non facit monachum.
- 60 Habitum monachalem suscipiens causa peccandi mali an obligetur religioni.
- 61 Nouitius etiam ante professionem gestat vestes monachales, sed discretas à vestibus professorum.
- 62 Episcopus an possit accipere professionem alicuius voluntatis manere extra religionem.
- 63 Professio tacita quot modis fiat.
- 64 Professio qua atate fieri debeat.
- 65 Professio facienda non est, nisi finito anno probationis post annos quatuordecim.
- 66 Probationis annus non sufficit, nisi facta sit post annum quartum decimum.
- 67 Nouitius dici non potest nisi expleto anno quarto decimo.
- 68 Religiones non mendicantes possunt ad professionem admittere licet non sit finitus annus probationis.
- 69 Professio expressa potentior est professione tacita.
- 70 Professio facta ante lapsum probationis annuum.

- annum qui operetur.
- 71 Praelati admittentes aliquem ante annum probationis ad professionem puniuntur.
- 72 Religiosus aliquem non admittunt professionem nisi post annum decimum octauum aetatis.
- 73 Professio haec non fit ex Conc. Trident. ante annum sextum decimum completum.
- 74 Renuntiatio proficere volentis quando obliget.
- 75 Nouitius tempore finito professio facienda est, vel nouitius efficiendus.
- 76 Professio fieri potest etiam per procuratorem.
- 77 Professio accepta à monacho potest ratificari per praelatum.
- 78 Ingressus religionem relaxatam, an possit resciri, si videat eam coangustari, quam prius erat instituta.
- 79 Monachus non dicitur ante professionem factam.
- 80 Nouitius non potest damnari ad carceres perpetuos.
- 81 Nouitius potest ante professionem redire ad seculum sine licentia praelati, nec teneretur soluere expensas cibarias.
- 82 Beneficium ingressi monasterium ante professionem an vacet.
- 83 Bona patrimonialia, vel feudalia, an auferuntur nouitio.
- 84 Bona nouitij decedentis in monasterio ante professionem, cui applicanda sunt.
- 85 Nouitius ad seculum reuertens, quae bona recuperet.
- 86 Nouitius habet sanctionem testamenti.
- 87 Nouitius non eximitur à populo nec venit appellatione clerici.
- 88 Volens ingredi religionem an satisfaciatur, si post ingressum coeat professione non facta.
- 89 Legatum factum puella si ingressa fuerit religionem, an ei debeat, non facta professione.
- 90 Nouitius in quibus habeatur pro monacho, vel religioso.
- 91 Nouitium percussus excommunicatur.
- 92 Nouitius conueniendus est coram Iudice ecclesiastico.
- 93 Subiectus est parochiae in qua situm est monasterium, non domus paterne.
- 94 Ordinatus est ab episcopo, cui illud monasterium subiectum est.
- 95 Non potest esse arbiter, aut procurator.
- 96 Non potest habere beneficium.
- 97 Non debet vocari ad electionem ecclesiae, in qua erat Canonicus.
- 98 Monachus post professionem habetur pro mortuo in his, quae sunt iuris positivi.
- 99 Secus in his, quae sunt iuris naturalis, vel spectat suum fauorem, vel monasterium.
- 100 Bona omnia professi transiunt ad religionem.
- 101 Testamentum facere non potest professus.
- 102 Professus statum mutat, & libertatem amittit.
- 103 Professus non capit ex testamento, & quomodo hoc intelligatur.
- 104 Bona relicta monacho acquiruntur monasterio.
- 105 Hereditas relicta monacho acquiritur monasterio ipso iure absque illo facto monachi.
- 106 Abbas solus adire potest hereditatem delatam monacho.
- 107 Monasterium praesertim substituitur monacho decedente prius, quam adeat hereditatem sibi delatam.
- 108 Monacho repudiante hereditatem sibi delatam monasterium adire eam potest.
- 109 Patre ingressi religionem an legitima filio debeat, dum pater viuat.
- 110 Fructus debitus patri in bonis aduentitijs filij, an finiatur filio ingressi religionem.
- 111 Abbas non potest dare licentiam monacho ut habeat proprium. (vium)
- 112 Proprium quid dicatur respectu regularum.
- 113 Praelatus potest monacho concedere alicuius rei usum.
- 114 Fructus non potest monacho sic relinquere, ne Abbas ei auferre possit.
- 115 Fructus sic relinqui potest monacho, ut non censetur relicti, si Abbas ei non permisit.
- 116 Monachus aliquid proprium possidens de consensu Abbatum non incurrit penam statutas contra proprietarios, si paratus sit resignare, licet peccet.
- 117 Abbas peccat concedendo proprietatem monacho.
- 118 Dispositio concilii Tridentini circa proprietates monachorum.
- 119 Abbas nec Pot. Max. possunt monacho relaxare votum castitatis.
- 120 Pot. Max. potest relaxare votum castitatis, ut non veniat contra, ut dicitur prolem si sequatur.
- 121 Pontif. Max. potest relaxare votum abbas à monachatu ex causa.

- 122 Obedientia monachi in quo consistat.
- 123 Quando monachus non teneatur parere prelato.
- 124 Præceptum prelati in dubio debet à monacho seruari.
- 125 Præcepta monachorum communia.
- 126 Monachus an debeat obedire prelato potius, quam patri.
- 127 Monachi etià episcopo obedire debent.
- 128 Professio à solo episcopo accepta an teneat.
- 129 Quot modis religionem quis deserat.
- 130 Quando aliquis dicatur religionem deserere culpa sua, vel vitio.
- 131 Maioris frugis desiderio quomodo religio deseratur.
- 132 Quando possit quis ad aliam religionem transire.
- 133 Monachus potest quandoque transire ad religionem laxiorem.
- 134 Pont. Max. concedere potest, ut aliquis sine causa transeat ad religionem laxiorem.
- 135 Causa transeundi ad latiorē religionem.
- 136 Arctior religio qua dicatur.
- 137 A quo sit petenda licentia transeundi ad aliam religionem.
- 138 Abbas non potest alicui monacho licentiam dare sine causa transeundi ad aliam religionem.
- 139 Abbas expellere potest monachum contumacem.
- 140 Relinquens religionem primam animo ingrediendi angustiorē si in ea non possit durare, an possit redire ad primam.
- 141 Transitus ad aliam religionem non datur, ubi prior religio ex hoc infamaretur, vel pateretur graue damnum.
- 142 Religio prior potest reuocare suum monachum transeuntem ad aliam religionem ubi damnum ex hoc patitur.
- 143 Mendicantes non possunt transire ad non mendicantes.
- 144 Mendicantes possunt transire ad Cartusienses.
- 145 Mendicantes transeuntes ad non mendicantes quid incurrant.
- 146 Licentia ferendi habitum occulte non datur alicui regulari.
- 147 Licentia datur quandoque transeundi ad laxiorem ab arctiore regula.
- 148 Transitus conceditur à religione arctiore in qua non desideratur sacer ordo ad laxiorem, in qua requiritur ordo.
- 149 Regularis præcedens se professum per vim, vel ante atatem non auditur, nisi intra quinquennium.
- 150 Professio facta à laxiore monasterio post votum simplex de ingrediendo angustius monasterium valet.
- 151 Monachus esse non potest in duobus monasterijs etiam cum licentia Abbatis.
- 152 Bona monachi transeuntis ad aliud monasterium cuius sint.
- 153 Monachus exire potest, ut seruiat ecclesie seculari.
- 154 Monachus exire potest, ut seruiat parochie seculari existenti in pleno iure monasterij.
- 155 Monachus conceditur potius exire ad curas gerendas, quam alias ecclesias seculares.
- 156 Monachus an præfici possit ecclesie seculari collegiatæ non habenti curam animarum.
- 157 Monachus transeus ad ecclesiam secularem non debet habitum deponere.
- 158 An liberetur à tribus votis.
- 159 Debet socium ducere secum.
- 160 Ecclesia regularis statum mutare non debet sede vacante.

EORVM, qui religioni diuinæ se se deuouerunt, hominum, aliqui sunt (vt olim diximus), qui vsque ad eos totos se Deo adstringere profitentur, vt omni ceterorum cura abiecta omnium, manu ad aratum posita retrò numquam respicientes in arctis cœnobiorum claustris sub plati nutu degentes vni Deo inseruiunt, alicui regulæ addicti, qui propterea, vel Regulares, vel religiosi, vt *πρωτοκλασται* vocantur: quibus licet cœmunia esse possunt, quæ de clericis secularibus diximus, serè omnia, quia tamen & plura his competentia nihil ad clericos seculares spectant, opere repretium esse duxi, de his separatim tractatum facere.

1 Regulares spigitur, seu Religiosi dicuntur homines, qui propria professione, vel rati habitatione patrum oblationis, paupertatem, obedientiam, & continentiam sub prelati regimine in aliqua speciali probata regula iurauerunt, hoc enim ipsis propositum est, perfectam, & Christi Saluatoris nostrò, quam si nihil inam, quàm humanam fragilitas finit, vitam ducere, diuinisq; consilijs, necdum

- 2 necdum præceptis parere. A
- 3 Et horum præ quidem bimembris est sectio, nam alij mendicantes dicuntur, alij non medicantes, rursusq; alij ex regula sua mendicitatem postulerunt, alij ex constitutionibus postea factis, inter quæ non parùm interest, nam
- 4 Illi, quibus ex primæua eorum institutione & regula, mendicitatis onus præceptum est, nullo pacto hoc præceptum vquam violare possunt, nec quicquam proprium, aut commune habere, & possidere, illi autem, quibus non ex antiquis eorum primordijs, sed ex posterioribus constitutionibus hoc angustiatum impositum est, poterunt, vel ex posterioribus constitutionibus, vel contraria consuetudine ab illis institutionibus recedere, nec eis interdictum est, bona soli, immobiliaq; omnibus inter se communia habere, vt in ista
- 5 sumus dicturi, non minus tamen mendicantium appellatione continentur, qui ex constitutionibus postea factis, quàm, qui ex primæua & antiquo ordinis illius instituto ad mendicitatem obstricti sunt. C
- 6 Horum omnium initio quatuor sunt fuerunt capita, seu fontes, tamquam quatuor paradisi flumina, a quibus deinde in vniuersum orbem Christianum rigandū plures exundantes riuus manant, quorum licet nonnulli habitum alium susceperint, & aliquas regulas vel præcepta adiecerint, ipsum tamen authoris sui nomen, primæuamq; institutionem colunt, & seruant.
- 7 Sunt autem hi quatuor principes viri, quos serè omnes religiones vti genitores suos agnoscunt: v. g. Basilus, Benedictus, Augustinus, Franciscus: Priorum duorum instituta paupertatem quidem, non tamen mendicitatem præcipiunt, posteriorum vero mendicitatem alter præcepit, alter vero non ipse suis præceptis, sed constitutionibus posterioribus postea hoc sanxerunt.
- 8 Basilus præ quidem Cappadox primus soliuagos, ferocesque (vt ita dicam) eremi, & nemorum habitatores huc atque illuc sparsos pietatis & religionis Christianæ ergò simul in domos coegit in plaga orientali, ubi vigent adhuc magna cum celebritate, ac pietate

huiusmodi religionis viri, in plaga autem hac nostra pauci admodum reperiuntur, sed & Carmelitas, tamen a iur primam suam originem ab hoc viro sanctissimo duxisse, verum ab Innocentio Quarto præcepta viuendi à Basilio suis alumnis tradita, quibusdam alijs aucta præceptis fuisse, & quibusdam mutatis, seorsum Carmelitas institutos fuisse, aliam vitam ducturos, & quæ res ambigendi causam dedit, verum hi Carmelitas ex genere mendicantium dicuntur, sed re vera tamen & hi solent inter mendicantes recenferi, vt magis recepta sententia habet. B

9 Benedictus præ vero Nursinus post actâ per triennium in spelunca sublacus aru nosam vitam Cassini sodalium monachorum instituit, & initio quidem ex regulæ suæ præceptis illi vestes negras inducunt, sed, eum ea religio temporum iniuria (vt fit) relaxata videtur, conuentu habito, in melius Diuina Iustitiæ auspicijs reformata est, & horum præ quoque Clemens Quintus sua constitutione edita in Cœcilio Viennensi moribus, vestibus & conuersationi decentius formâs curam adhibuit. C

10 Successerunt deinde alij pietate, & Religione prestantes viri, quibus propositum quidem fuit, eiusdem sub tutela Benedicti in cœnobijs, cum hisdem continentia, paupertatis, atq; obedientia præceptis, sed alijs sub vestibus, aliove officiorum diuinorum ritu, Deo optimo Maximo famulari, hinc diuersas in proles hæc Benedicti Religio propagata est, & alij quidem albis vestibus, alij subnigris, alij alijs modis ac formis vruntur, diuersaque nomina sortiti sunt, adeo vt pluribus videatur, non vnâ esse Benedicti, sed multas multorum institutiones, Sub hac præ enim Benedicti institutione militant Cistercienses, Præmostratenses, Camaldulenses, Cluniacenses, Siluestriini seu montis saui, Montis Oliuarum monachi albis vestibus vruntur, vt conscientia, animæq; candore præ se ferant, quamuis Bonifacius Vitalinus albas illis animas esse præ certo non ponat, vt inter hos etià olim recenfebantur humiliati cædidas & ipsi vestes induti, qui numquam tanta in humi-

a Thom. ij. ij. quest. 175. artic. i.

b Jo. And. in sanc. de regul. & in cle. dudum de Sepultur. Anchar. conf. 51. vers. secunda conclusio.

c Calde. conf. 17 de regular. Dec. ca. ad nostram. nu. xi. de appellat.

d Boer. in tra. de vita & stat. herem. n. x. siluest. v. sic. religio. i. s. septimo quaeritur.

e Tap. in alleg. 45. incip. an fratres de Carmel. Dom. in c. i. de religio. dom. in sex. Jo. And. c. quorundam de elect. in 6. relin. in ca. in presentia. nu. 54. de probat.

f Boer. ubi supra num. 8.

g cle. i. de stat. monach.

h Bonifac. Vital. in cleme. nu. x. de elect.

a Siluest. d. ver. religio. §. xv. & sequen.
b Siluest. versic. religio. ij. §. xi. Naur. c. Statuimus. 19. q. 3
c capit. xix. sess. xxv.
d gl. c. presens. 20. q. 3. Coar. c. 3. §. 6. num. 7. par. 2. epit.
e capit. ul. sicut nobis, de regularib.
f c. ad aposto-
licam. extra.
eo. ca. si seruis
sciente. vbi 75
Dom. distinc.
54. & c. i. 17.
q. ij. glo. in c. i.
uer. dedicada. 76
de reli. do. Do. 77
& Fra. in c. i.
in. i. no. co. tit.
in 6. Tiraq. de 78
retrac. §. i. gl.
§. versic. le pa-
rient. nu. 34.
g c. quod scri-
psi. 3. q. 3. Sil-
uest. vbi supr.
§. lex.
h Cem. per il-
lum text. in c.
non solum. co.
tit. in sex. Sil-
uest. vbi supr.
§. 8.
i Ab. c. statui-
mus per illum
tex. de regu. et
per c. non solum
eo. ti. in sexto.
Sil. vbi sup.
k c. beneficii
de regul. in 6.
c. de lapsis. 16
q. 6. Silu. ver.
religio. 2. §. 8.
l c. quod a te.
extra de conu.
m glo. in d. c.
quod a te ver.
c. obseruati. co.
i. versic. sed di-
ces. vbi Ioan.
Andr. Archi-
dia. Io. Mona-
cho. Do. Fran-
Tiraq. in tra-
cta. de retrac.
Iign. §. primo
gloss. 8. nu. 28.

d stus metus videtur. v
Sed nihil intererit, quod, is, qui professus
fuit, nunq̄ sub regula moratus in clau-
stro post professionem fuerit, sed bo-
nis suis semper arbitrio suo etiam epi-
scopo, & canonicis scientibus vsus fue-
rit, nam habitum resumere, & religio-
nis præcepta obseruare is nihilominus
compelletur, nam, q̄ haftenus à regula,
cui se addixit, veluti solus vixerit,
maiores potius culpam eius arguit,
e q̄, q̄ vllam ei excusationem præbeat.
Ante verò, q̄ professionem quis in mona-
sterio faciat, non potest verè mona-
chus dici, nec est illius religionis ad
præcepta obseruanda adstrictus, eo mo-
do, quo professi obligati sunt, quauis,
vt expertus eam dici possit, deceat, eū
omnia religionis onera subire, nisi æ-
quum censent prælati, cum non ita
confestim oneribus, laboribusq; gra-
uare, vt deterritis refugiat, seq; a pro-
posito retrahat, & hinc etiam fit, q̄ si
contingat, nouitium aliquod patrare,
vnde perpetui carceris pœna dignum
haberetur professus, qui tale crimē ad-
missit, non tamen id supplicij in eū
exerceri poterit, & si forè carcerem tem-
poratio damnari posset, si id ipse non
recusaret, ne hoc modo veluti indirecta
via ad seculum reditus ei interdi-
ceretur, & liberum q̄ est. n. ante factā
professionem nouitio ad seculum redi-
dere, nulla prælati impetrata venia, ac
nulla ob expēsas cibarias, monasterio
soluta mercede. i Neque beneficii,
quod nouitius habebat, vacare existi-
mes, alijve ante professionem confer-
ri licere, sed, quamdiu in monasterio,
vt probetur, vel prober, vitā agat, certa
ex beneficio deducetur portio, alij
assignāda, qui interim beneficio inser-
uit, residuo ad monasterium, à quo
sumptus percipit, translatio, quatenus
sumptibus sufficere, quod verò super-
fuerit, ipsimet, si exhibet, vel ecclesie ipsi
si eo nō egrediente seruibatur, & mul-
tòq; q̄ minus ei hoc interim bona pa-
trimonialia auferenda sunt, l. non ea-
tantum, quæ omnino ipsius in pote-
state sunt, sed & illa, ad quæ duntaxat
ius habet, sed & illa, quod magis est, il-
la quoq; bona, quæ ipsius in clientela
erant, quæ feudalia appellantur, vt cū
Mart. Lau. & Car. Alex. aduersus And.
Hern.

a Iser. censuit And. Tiraq. A Ipso autem
in monasterio decedente priusquam
professionem ederet, bona, quæ in-
gressus tempore in monasterio conculit,
apud ipsum nec monasterium manebant,
sed ea, de quibus nihil dispositum,
ad coniunctos ipsius deuoluentur, &
quamuis aliquibus visum fuerit, ea
semper ad monasterium transire, q̄nis ei
collata in ingressu non fuissent expres-
se. c. Reuertens autem ad seculum
nouitius ea bona recuperabit, quæ præ-
sumat incaute religionis monasterio
donasse, alia verò nequaquam recupe-
rare poterit, quocirca, si omnia bona
sua monasterio donasset, quia præsum-
metur, hæc in se claritatem fuisse, vt
in religione perseveraturus, si ab ea di-
scedat, non erit æquum bonis eam
omnibus dimitti, quod de maiori bono-
rum parte potest dicendum opinor,
sin bona quedam tantum, vel in ipso
ingressu, vel ex intervallo donas-
set, recuperari nō poterunt, v sed nec
ea recuperabuntur, quæ sciens q̄. pro-
fessionem à se factam nō tenere, elar-
gitus monasterio fuerit. b Testamen-
ti autem factio vtique nouitij adem-
pta non censetur, & cum & velle &
nolle his permittantur, & neque à po-
pulo q̄ eximantur, & neq; appellatio-
ne clerici comprehendere solent, etiā in
odiosis, i cum enim (vt diximus) in ar-
bitrio nouitij sit, an religionem constan-
ter colere, an eam deserere malit, nec
vlla obligatio omnino deuinctus sit,
nisi que & dissolui ab eo possit, non
est, cur monachorum ex grege quis eū
censere velit, quocirca neque his sub-
scribendum iudicio, qui scripserunt,
q̄ ingrediendi religionem votum etiā
soluisse eum, qui intra nouitios rece-
ptus, antequam profiteretur, veluti eū
vitam, vel pœtoris, vel refugiens reli-
gionem egressus fuit, & quamuis non-
ita fortassis clara esset illa questio, an
legatum puellæ factum, si religionem
ingressa fuerit, ei exsoluendum sit,
quæ ingressa quidem religionem fue-
rit, non tamen professa, qua tamen in
questione & ego opinor, minime hoc
legatum ei deberi, quicquid alij scri-
pserint, quandoquidem fraus parata
hoc pacto esset, latiusque aperta legatis
voluntas videatur, spectasse eū rei

a And. Isern. Cardin. Alexan. Landen. in c. qui clericus. Si de
fend. su. controuer. Tiraquel. vbi supr. d.
b Ab. in c. in presentia. vbi alij. de proba. Siluest. ver. religio.
5. §. duodecimo.
c Bar. & alij in aucten. si qua mulier, & aucten. ingressi. C. de
sacrosan. ecc. Tiraq. vbi supra. nu. 22. & 36.
effectum; non imaginariam & simu-
latam quandam religionis vmbra, r.
quod si non defraudandi voti causa,
sed quia experimento bona fide facta
didicerit, sibi humeros impares reli-
gionis ferendis oneribus esse, ne suscipiat,
quod deferre nō valeat, vt ait Do-
minicus Soto libro septimo questio-
ne secunda, articulo primo, de iustitia
& iure, aliud vtraque in questione di-
cendum existimare, nempe satis eum
voto, aut legato fecisse, quamuis pro-
fessionem faceret noluerit, si ingressus
modo fuerit.
¶ Sunt tamen & nonnulla, quibus etiā
is, qui candidatus est adhuc, nec dum
professorum numero acceptus, religio-
nis tamen sub tutela quietis, nam &
citra excommunicationis Pōnifici Ma-
ximi seruate pœnam inferre ipsius p-
sonæ vim nemo potest, non magis,
quàm atrocius cuiusvis ecclesiasticæ
personæ, & q̄ non minus coram ce-
lestiastico iudice conueniens est,
quàm ecclesiastica quilibet psona, &
¶ censeturque is nouitius illi Ecclesiæ
parochæ subiectus, sub qua degit, post
quàm monasterium est ingressus, non
illi, sub qua ante ingressum moraba-
tur, quapropter & huic, non illi ca-
nonica portio, vbi decederet eum con-
tingat,
g d. c. beneficii. vbi Archid. Anchara. Domin. & Franc. Ti-
raquel. vbi supra.
h C. lder. in trac. de Ecclesiast. inter. ij. mem. questio. 26. Felym.
in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. colum. xxvi. versic. & de præ-
dictis. de constitu. Tiraq. num. 32.
i Tiraquel. vbi sup. qui alios citat.
k Thom. ij. questio. 189. Domin. c. qui post votum. de regula.
in sexto. Deci. in l. si quis baradem. c. de instit. Tiraquel. vbi
supra. numero. 33.
l Doctor. in dicto capitulo. in presenti a. d. aucten. ingressi. d.
auct. si qua mulier. d. l. si quis heredem. Tiraq. vbi supra. nu. 33
m c. religioso. §. i. de senten. execom. in sexto.
n Hostien. in capitulo statuimus. ver. posse. de regulari. Io. tom.
Andr. Domin. & Pibilib. in dicto capitulo beneficii. Ar-
chidia. Ioan. Andr. & Philipp. in dicto capitulo religiosi.
Tiraquel. vbi supra. nu. 21.

a Host. Ioan. And. in c. de his. de sepult. colum. vlt. Io. And. n. ic. relatum. co. tit. Tiraq. vbi supra. nu. 23.

b Lap. Anchar. Franc. in cap. cum nullus. de tempo. ordina. Tiraquel. vbi supra.

c Tiraquel. vbi supra.

d d. c. religiofo. vbi Lap. Anch. & Dom. Tiraq. vbi supra.

e Lap. Anc. Dom. Io. An. Eleaz. in d. c. beneficio. Tiraquel. nu. 24.

f Doff. vbi supra. Silue. vbi supra. §. xi.

g L. Deo nobis. C. de episc. & cler. in Auth. de nupt. §. secundum occasionem. vbi glo. in §. de inge. in princ. ver. aut serui.

h Abb. in ca. ij. numer. 9. de vita & bono. sta. cler.

i Berous. in c. in presentia. n. 538. de pb. capit. quia irregularitatibus. xix. quastio. ij. aut. ingreffi. C. de sacrosan. eccles.

l d. aucten. ingreffi. vbi glo. & doctor. Clar. §. testamentum. quastio. xxvij. ad fin.

m glo. in cap. i. ver. domum. de religio. dom. in sex. Calde. consil. xlvi. de restam. Alexan. consil. lxxxvij. nume. 1. lib. ij. Dec. consil. 559. & in c. in presentia. de prob. Clar. vbi supra.

n Clarus vbi supra.

o Bal. consil. 49. lib. v. Cor. consil. lxxxvij. colum. ij. & idem Corn. consil. clxxxij. lib. ij. Socin. consil. clxxxij. lib. ij. & consil. ccxcv. nume. 2. cod. lib. Cur. iun. consil. xlviij. num. 8. Rip. in l. prima. num. 1. §. de vulga. Berous. in cap. Raynutius. numero 390. & seq. de testamen. Clar. vbi supra. quastio. xxx. Didac. in cap. primo. nume. 2. 1. de testam.

p Soc. & Rip. vbi supra. Gul. Bened. in c. Raynutius. ij. par. n. 8. Turp. in l. si. nu. 191. C. de pac. Clar. in d. q. xxx. Didac. vbi supra.

q Bal. & Ang. in lex factio. ff. de vul. Cur. iun. consil. xlviij. in fine. Cr. aue. consil. cliij. nume. 2.

r gl. & Bar. in aucten. idem est. C. de bon. qua lib. Siluef. ver. religio. 6. q. 1. vers. quantum vtrū.

rit.) vt Deo excelso famuletur, vltro à se abdicet, omniaque (vt dixi) bona sua in monasterium transferat, quod capax sit. 1. Nec profecti quicquam immobilium bonorum ex testamento capere possunt, neque vt sibi ipsi retineant, neq; vt monasterio acquiratur, si ex minorib. sint, si verò ex alijs mendicantium speciebus, sic capere ex testamento immobilia bona possunt, vt illis distractis eorum pretium in suas utilitates vertat, vt diximus su. Alij verò nō mendicantes religiosi, quos nihil prohibet immobilia bona in communi habere, capere quidem ex testamento possunt, verum, quæ acceperint, bona monasterio, non ipsi monachis, quibus relictum fuerit, acquiruntur. n. si sic quidem, vt ipso iure, & absque vllō monachi factō hereditas rectā in monasterium transeat, qđ frequentissimi Doctores Pontificij iuris tradiderunt. o. vnde fiet, vt monachi huius aditio nequaquam desideretur, sed monasterium quoque ipsum, aut solus Abbas adire poterit, itē nisi monachum hunc decedere contingat, ante aditionem hereditatis, vel ipsam hereditatem repudiare, monasterij nihilominus præferetur substituto, quæ secus se haberent, vbi monasterium ipsum adire non posset, nisi factum monachi intercederet, quam sententiam iuris Celsari Doctores creberrimis calculis sequuti sunt, quocirca in foro Ecclesiastico superior, in foro autem Celsareo posterior sententia præferetur, v. & qui monasterium capax ingressus fuit, non priuatur substitutionis iure, si cui substitutus in hereditate fuerit, quamuis tunc priuatur, cum ad incapacem religionem transtulit, hanc tamen incapacem religionem egressus substitutionis eiuldem ius recuperabit. q. Aded autem verum est, eum, qui religionem profectetur, se ac sua monasterio dicare, vt creditum sit à multis, vt ne filium quidem legitimam petere posse, dum pater, qui religionem profectus fuit, in humanis agit, quamuis alimenta ei deneganda non sint, & qua de re, & nos egimus, in tractatu de legitima, contrariam tamen opinionem sectantes, nempe deberi legitimum

igitimum filio, simul atque pater fuerit profectus religionem. A.

110 Item dictum fuit, vsum fructum, quæ pater in bonis aduētitijs filij habebat, ipso monasterium ingreffi, & religionem profecto extingui, alij tamen dixerunt, non fructi, alij dimidiam vsus fructus apud patrem mansuram. b. Sed hæc tamen parui æstimanda sunt, præ his, quæ ratione paupertatis, obedientiæ, ac castitatis monachum adstringunt, namque vt à paupertate in eipsum, neminem latet, diris Pontificum Romanorum execrationibus sanctum fuisse, ne quis religiosus, qui tria prædicta præcepta iuravit, propria aliquid habeat, & siquidem, vt hæc abbas possit cum aliquo monacho iuris hac in re agere, & proprietatem vt habeat, concedere, quia proprietatis abdicatio sicut castitatis custodia aded est annexa regulæ monachorum, vt nec Summus Pontifex ad velle eam concedere licentiam possit d. datur, v. hinc monachus proprietatem aliquam habere deprehensus post monitionem regularem extra monasterium eiciendus est, nec amplius in eo recipiendus, nisi eum iuxta monachum disciplinam pœniteat. e. vt olim Innocentius Tertius constituit, sed Gregorij Constitutione postmodum aliud statutum videtur, dum sanxit, vt præfidentes Capitulis celebrandis secundum statutum Concilij generalis, quod incipit, In singulis, & seu Abbates, seu Priores fugitiuos suos, & eieetos de ordine suo requirant sollicitè annuatim, qui, si in monasterijs suis reperi iuxta ordinem regularem possunt, Abbates, seu Priores eorum monitione peruenia per censuram ecclesiasticam compellantur ad eos recipiendos salua ordinis disciplina, quod si regularis ordo non patitur, autoritate Apostolica provideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo fieri poterit, alioquin in alijs religiofis domibus eiusdem ordinis ad agenda ibi pœnitentiarum talibus vitæ necessaria ministrantur, si verò huiusmodi fugitiuos, vel eieetos inuenierint inobedientes, eos excommunicent, & tamdiu faciant ab ecclesijs prælatis excommunicatos

a in tract. de legit. ver. ex substantia deficiente. numer. 17. & seq. Socin. in reg. clxxx.

b Siluef. post alios quos citat, vbi supra.

c c. monachi. c. cum ad monasterium. de sta. mona.

d d. c. cum ad monasterium. in fi. vbi gl. Im. Abb. & alij.

e c. cū ad monasterium. de sta. monac.

f cap. si. de regular. Abb. d. c. cum. d. monasterium.

g c. i. singularis de sta. non.

h d. c. si. de regula.

i Archi. & Toā. And. in d. c. cū ad monasterium. Siluef. d. ver. religio. §. 7.

k Siluef. vbi supra.

l d. c. non dicatis. xij. q. i. Siluef. vbi supra.

m Aucten. in gressi. C. de sacrosan. eccles. & in ca. ij. de sta. mona. Bal. in l. prima. C. de his, quæ pœne nom. Bart. Bald. & Imol. in l. si alienum ff. de heredi. instituen. Siluef. vbi supra. §. septimo. numero. 3.

n Siluef. vbi supra. numero quarto. & Archidiac.

publicè nuntiari, donec ad mādatum ipsorum humiliter reuertantur, n. prium verò, quod atinet ad hanc re, dicitur (vt aliqui tradiderunt) quicquid monachus prælato suo inuito, aut ignaro possidet, 1 quod tamen ex prædictis constat, non plene esse dictum, si quidem etiam annuente, atq; etiam expressè assentiente prælato monachus nihil proprium habere potest, ita vt arbitrio suo disponere de eo possit, neutro igitur modo pmititur monacho proprium habere, nempe de re aliqua arbitrio suo disponendi, etiam prælato permittente ius habere, neq; etiam ea clam prælato, vel eo inuito. v. i. Non prohibetur tamen prælatus monacho suo alicuius rei vsum cōcedere, ex qua potestate consequetur, vt propria ad commoda, vt salua rerū substantia, nō autem ad aliena possit, nam, & si vsum, non tamen & vsufructum ei concedere potest, vt ei monacho liceat, quod sibi superfluerit, alteri erogare, sed monasterio id seruandum est, cui monasterio, vt diximus, omnia sunt quæ sita, 1. quin etiam, si quis monacho vsufructum ita relinquat, neq; illam Abbas auferre ipsi possit, qui si Abbas eū vexarit, legato priuatur, nihil ager, neque impedimento erit, quomin⁹ monasterio acquiratur, quamuis, si ita relictus fuerit vsufructus, donec, & quādiu Abbas illi quæstionem nullam fecerit, eo autem quæstionem faciente nihil relictum velit, existimetur huiusmodi valere dispositionem. m. Ne tamen credas, vt monachum, qui nutu accedente Abbatis, vel prælatis bona aliqua possidet, quamuis superfluant, propterea huius pœnis irritum esse, quas statutas dixi aduersus eos, qui propria bona possident, modo ea resignare in manus prælati sit paratus, vt peccato quidem non caret platus, qui id patitur, nec monachus, qui aduersus constitutiones, regulas, que faciunt, hoc prætextu Abbatis id permittentis n. Sacrosan. vt autem Syno-

a c. ij. Sess. 25 de refor.

b d. c. cum ad monasterium. in fin. de Stat. mon.

c Fely. in c. fi quando. versi. ad si. nu. 5. de rescript.

d. Tho. ij. q. 88. art. vlt. et in 4. sent. dist. 38. q. i. art. 4. lo. an. in regu. semel Deo. in mercu. Borgia. in tra. de irregu. par. vi. tit. de voto. & vo ti redemp. nu. 18. Car. Contra ven. in lib.

e c. dilectus. ij. c. quonia de simo.

f c. gesta. di. 74.

g c. quid cul parur. 23. q. i. Silue. ver. obedientia. §. i. et ver. religio. 6. §. sexto.

b. c. ad monasterium. de sta. mon. Silue. ver. religio. 7. §. i.

... dus Triden. constituit, vt nemini regularium tam virorum, quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitas fuerint, etiam quouis modo ab eis quaesita, tanquam propria, aut etiam nomine contentus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur, conuentuique incorporentur. Nec deinceps liceat superiori, bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad vsum fructum, vel vsum, administrationem, aut commendam, administratio autem bonorum monasteriorum, seu conuentuum ad solos officiales eorumdem ad nutum superiorum amovibiles pertineat, Mobiliam vero vsum ita superiores permittant, vt eorum suppellex statim paupertatis, quam professi sunt, conueniat, nihilque superfluum in ea sit, nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur, quod si quis aliter quicquam tenere deprehensus fuerit, vel conuictus, is beneficio actiuo, et passiuo voce priuatus sit, atque etiam iuxta suae regulae, & ordinis constitutiones puniatur. A Alterum est precipuum, fixumque religiosis votum, castitatis continenter, enixque seruanda, quam & si omnes clericos, vbi factis inaugurati sunt, seruari debeat, & oporteat, longe tamen enixius in religiosis, postquam hoc votum nuncupauerunt, desideratur, adeo quidem, vt traditum sit, & neque Abbatem, neque ipsam Pontificem Maximum relaxare hanc obligationem posse, & interdicta est enim monachus quacumque mulierum etiam coniugalis coniunctio, necdum ea, quae alio in homine peccato, & vitio non vacat, & quamquam possit forte vtilitatis cuiusdam maxime publicae causam spectantis ratione Pontifex Maximus concedere, vt tantisper monachus in matrimonio esse possit, dum prolem suscipiat, & autem a monachatu obseruatione penitus solueretur, ita vt monachus dici amplius non possit, quod factum quandoque meminit Felynus: c qua distinctione dirimuntur, quae variae circa hunc articulum reperiuntur doctorum sententiae, & si modo accipienda est haec distinctio, quam certe vix Ego admittendam opinor, vbi enim semel continentiae fines exceleserit, satis dicitur voto

esse contrarium, & fides castitatis violata, si tamen, verum est, vt Felinus ait, sic olim a Pontifice Maximo seruatum esse, credam non sine maturo consilio id fecisse, quapropter ne os in celum poneretur, quod factum est, licere concedam, ac fieri ex suprema eius auctoritate posse. Tertium idque non leuius ceteris, quo regulares homines coercentur, vinculum, est, arcta illa praelato suo parentis, & actiones omnes suas ad eius numerum componendi necessitas, quam obedientiam vocant, necesse enim est, eius praelati praecpta monacho reculare, modo ea diuinis, regulisque ipsius praecptis non aduersentur, nec onus imponant grauius, quam regula ipsa praecipiat, vnde, si quid praecipiat regulae normam excedens, vt pro commissis haecenus delictis ille poenam luat, non dubium est, eum hoc praecpto teneri, vel si in continentis lasciuiae corrigendae modum maiore indicto ieiunio adhibeat, vbi secus videtur, cam non posse coerceri, & Quod, si quid ieiunij indicat alia nulla existente causa nisi, vt magis mereantur monachi, non tenentur parere, sed nec ad ea tenentur, quae sunt praeter regulam, vt, si quid communi, & indifferens praelatus monacho iubeat, & si id alioqui sit leue, puta festuam asportare, vel librum, aut literas ad proprii amici commodum conscribere, aut quid aliud huiusmodi, secus erit, si, quod praecipiet, infra regulam sit, puta, vt corpus reficiat, viresque & spiritum colligat, nisi ille sciat, inde sibi periculum esse metuendum corporis, animaeque salutis. In quod dubio autem aiunt, satius, cuiusque esse, opinari, praecptum praelati eiusdemmodi esse, cui obtemperandum sit, ideoque perperam agere, & in vitio esse monachum, qui praecpto praelati, quod dubitat, num seruari debeat, parere non vult. & Inter cetera vero, & monacho imponuntur, praecpta, & haec sunt, vt singulo quoque mense sanctiss. Eucharistiam sumat, vt lineis vestibus nullo pacto vtatur, vt silentium in dormitorio, & refectorio, & oratorio, atque etiam certis horis in claustris seruet. & Illud quae quandoque contingit, vt in mona-

monachus in maxima parentum necessitate praelato suo prohibenti supplicat parentibus ferre, an parentibus ipsi filij opem implorantibus, victusque vices pias reddi sibi exposcentibus obtemperare potius teneatur, & decisis comperio, tunc deum patrem esse potorem, cum ea in necessitate iacebat prius, quam filius monasterij ingrederetur, secus, si filio iam religioni addicto, praelati iure sui imperium, & iugum igresso, patris necessitas emergerit. A Sed tamen monachi non solum praelato monasterij sui, sed & ipsi Episcopo interdum parere debent, illi s. monachi, qui propria inuinitate Episcopi imperio subtrahit non sunt, in criminalibus si quidem cognoscendis aduersus monachum Episcopo Abbas, alterve non exemptus praelatus cedere debet, quamuis in his, quae disciplinae, & praecpta religionis illius spectant, praeferrendus sit Abbas, aliusve praelatus Episcopo. a Quae elitum est, si an professio illius teneatur, qui, cum profiteretur, rotundo ore testatam praelato mentem suam fecit, nollet se quodam ex tribus praecipuis votis, puta, castitatis, vel paupertatis, aut obedientiae teneri, an potius testatione hac repudiata, professio teneatur, & verus est, professionem huiusmodi nullam irritamque esse, vt contrarium, & repugnantem ipsi religionis substantiae. c At regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueuerunt, cum per resignationem, aut aliam illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religionis tantum illius ordinis, vel his, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non alijs conferri debent, quod a Sacros. Synodo Tridentina capite decimo Sessionis quartae decimae statutum fuit. 129 Regulari clericis interdum religionem ipsam, cui sese addixerant, deserunt, quod contingere solet, vel eorum ipsorum vitio, & culpa, vel cum maioris, meliorisque frugis cupidum ad religionem aliam migrant, vel quia ad aliud quod operosius ministerium vocatur. 130 Sui quidem ipsorum vitio, & culpa id contingit, cum vel ipsi illa vitae san-

ctitatem, seu austeritatem, & angustias praesens sua auctoritate iugo excusso in solutam vitam se proijciunt, atque effundunt, & apostatarum in gregem se conijciunt, de quibus alio loco dicemus, vel, cum ob demerita, flagitiaque sua, quorum nulla poenitentia in sua pignore confusi, sed contumacia in sua pertinaces nequaquam se pigere ostendunt, de monasterio eijciuntur, ad quod tamen ita demum est confugiendum, si indomitos correctionisque omnis, & disciplinae incapaces eos esse cõstet, & quod si monachus seuerè nimium, & iniuste à suo Abbate casus è monasterio ad praelatum maiorem confugerit, non magis creditur peccare, quam feruus, qui nimiam domini sui sententiam effugiat. & Maioris autem frugis desiderio sua religionem alterius religionis causa quae doque post habere solet, nedum, si ea, ad quam migrant, arctioris vitae sit, verum etiam, si parisi, aut etiam laxioris nonnquam sit institutionis. & Ac, cum religio nuper optata angustiores etiam re ipsa habet cancellos priore, nec constat, monachum quadam animi leuitate quasi vento impulsam, odiove sui praelati, aliave temeritate, vel inconstantia, sed solo maioris fructus desiderio adduci eum, qui illam deserere vult, tam honesto eius voto annuendum est à suo praelato, qui hac de causa aditus interpellatusque fuerit, & qui praelatus si assentiri noluerit, & forte neget, iusta esse, qua monachus mouetur, discedendi causam, asserens forte, nulla eum charitate, sed sua ipsius quadam propria indignatione, aut animi elatione adduci, negotium ad praelatum maiorem, cui subsunt, appellatione interposita deferendum erit, nec quicquam obstabit, quamuis religionis prioris caueretur proprijs priuilegijs, ne quis ab ea religione ad aliam quamuis angustiorè transire posset, huiusmodi enim in terdictum eas migrationes, & transitus dumtaxat vetare censetur, quae ex mera animi leuitate, aut temeritate in iacturam proprii ordinis quae fieri consueuerunt, sub specie, & simulata quadam vberioris si uelut imagine. & Vbi verò pares sunt huius, quam appetit, ac illius, quam deserere vult

a S. Tho. in 3. quolibet. art. 16. Sil. ver. religio. 6. §. 9.

b Ab. c. qua to. de off. ordi. no. in cap. trasmissa. de electio. Silu. ver. obedientia. §. 8.

c Ab. c. vt clerici. de regul. Silu. ver. religio. 3. §. 6. in fi.

d Silue. ver. religio. 6. §. 5.

e Val. in c. ad audientiam. de appel. Foler. in trac. de ordine procedendi cu. mon. nu. 46.

f ea. licet. extra de regula.

g Silue. verb. religio. 4. §. 2.

vult, religionis metæ, potest ex causa, eius prelatatus, vel episcopus capitali accedente consensu eum missum facere, vt optatam ad religionem se transferre possit, nulla autem extante causa, facere hanc se transferendi potestatem potest præter Summum Romanum Pontificem nemo. A

133 Quinetiam si magis vendantes datur essent religioni, quam nunc optat, habent, sed quæ tamen melius regant, quæ prioris religionis, eod forte quod temporum depravatione & illa sic laxata, remissæque sint, vt precipites potius ferri, quam freno duci, regiq; videantur, non erit huic desiderio repugnandum, sed, & si davior parciore sit huius, quam deserit, victus ex causa tamen potest Episcopus eiusve monachi prelatatus, ei indulgere, & nulla autem existente causa Pontifex Maximus solus indulgere poterit, ille tamen caueat, quomodo animæ suæ salutari prospiciat. b

135 Causæ autem legitimæ ad laxiorem religionem transeundi esse possunt, tenuis aut delicata valetudo, & huiusmodi. f Non pretereundum tamen censui, eam quoque dici magis arctam religionem, in qua cum maiore sanctitatis, cultusq; diuini obseruatione, & pinguiore animarum fructu degitur. c

137 Quis verò is sit eorum prelatatus, à quo transeundi venia impetranda sit, dubitatum vidi, sed vetiorem sententiam esse opinor, & receptam iure, quam Angelus Clauasius scriptam reliquit nec menti Abbatis Panormitani repugnare opinor, nempe in ordine prædicatorum petendam esse à prouincia, illius præfecto licentiam, in minorum autem ordine petendam esse pariter à prouinciæ ministro seu custode, quamuis Siluester opinetur, d etiam priorè, vel Guardianum (vt vocant) alteriusve nominis præfectum monasterio datum, hanc potestatem facere posse, quod ex proprijs religionis priuilegijs fortasse procedet, non ex iure tamen generali, quandoquidem cum aliquis intra religionem aliquam regularem accipitur, non illi monasterio tantum, in quo facit professionem, sed toti, atque vniuersæ religioni, aut saltem prouinciæ, acqui-

a gl. Ioan. 9. quest. i. i. sum. gl. & Ab. in c. non est. de regul. v. Siluest. vbi sup.

b Ab. d. c. monasterium post gl. Siluest. vbi sup.

c Siluest. vbi sup. S. j. in fi.

d Siluest. vbi sup. S. 3.

e 18. q. 2. cap. Abbates. Siluest. vbi su. S. 5.

f Siluest. vbi supra.

g Ab. d. c. licet Siluest. vbi supra.

h c. i. in extra uagan. co. ti.

sitis censetur, quod vel ex eo patet, quod hoc atque hæc ad monasterium eiusdem prouinciæ transfertur, & prouincialis contentus arbitrio locum, sedemque mutat, vnde apparet, non esse in eum solius prioris potestatem, item constat, non posse priorem vel Guardianum sua autoritate aliud eum obligare, quando igitur minus debet ei licere, eum penitus à religione alienare, & manumissum ab eius obseruatione facere, illud tamen constat, non posse Abbatem, vel priorem suo monacho absq; vlla causa missionem petenti simpliciter eam concedere, ne hoc modo euagandi fenestra aperiat, e t quæ tamen ei eicere eum possit vbi eum experitur omnino contumacem ferendis, soluendisque pœnis, quæ ob culpâ ei iniunguntur, t quod si quis animo angustiorè religionem ingrediendi, ab ea, quam fuerat professus, dimitti se impetravit, quam deinde ferre non possit, antiquiorem que propterea repetere vult, cum angustiorè aliam non reperiat, accipiendus est, quod causa, ob quam à religionis huius vinculis solui se impetraret, secuta non sit, nempe, vt aliam profiteretur religionem. r

141 In primis verò hoc curandum est, ne cui transitus ad aliam religionem permittatur, vbi ex hoc suæ prioris alumnæ religioni aliquid notæ inuri potest, vel grauis aliqua iactura, t quia etiam traditum est, licere tunc antiquiori eius nutrice religioni monachum hunc quamuis intra monasterium arctioris vitæ receptum deuocare, modò illius religionis deprauati mores in eâ nõ fuerint, vt leua fama laboraret, atque ille propterea sedem melioris nominis quereret, e quod mihi equum videtur, cum ex hoc transitu maius sit discrimen, quod religio est perpeffurâ, quam lucrum monacho huic ex tali transitu querendum.

143 Prohibentur tamen hi, qui mendicitatis regulam sequuti, ad religionem non mendicantium transire, t excepta Carthusiensium religione, ad eam enim nulli interdicitur accessus, quamuis mendicitatis onus ei iniunctum non sit, tan tæ asperitatis illa habetur religio, u sunt, & quibus per-

suasum est, prædicatorum institutionem à quouis, quantumlibet angustæ religionis monacho priore omiſſa eligi posse. A

145 Sed, quò t professores ordinis cuiuscumque paupertatis, eo libentius, in qua vocati sunt, vocatione persistere, transeuntesque ad non mendicantium ordinem in eodem conseruari quietius studeant, quo in ipsis discordiarum, & scismatum genitrix, & nutritrix Quintus sacro Viennensi approbante concilio, mendicantes quoslibet, qui ad non mendicantium ordinem etiam autoritate Apostolica transierint, vocem aut locum in capitulo ne nullum habeant, tamen alijs eiusdem sodalitatij id eis concesserint: Item, ne ad prioratus, administrationes, aliæ officia etiam tamquam vicarij seu ministri, aut aliorum vices gerentes assumi possint, nec animarum curam, & regimen per se nec per alios exercere possint, r Item sanxit Synodus Trid. vt nemo regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem, nec detur licentia cuiquâ regulari occultè ferendi habitum suæ religionis. c

147 Neque ideo tamen t deceptum aliquem volumus opinantem, ad arctiorem regulam nunquam transitum denegari eum & quandoque enenire posse, vt quamuis angustior sit, quam colit, religio, ab ea tamen ad ampliorem transire liceat, veluti, t si ea, in qua nunc degit, religio ordinem sacrum non desideret, illa verò, ad quam transigrare, cupit, hoc exquirat, quapropter est traditum, canonicum regularem sacris ordinibus initiatum ad monachorum Benedicti conuentum transire posse, v quamuis transire tunc non posset, v sacris ordinibus actus non esset, cuius rei est ratio, quia, & si monachos Benedicti angustiores compescant habent, quam canonicos Lateranenses, eis tamen sacros ordines ascendere, non est præceptum, vt canonicis Lateranensibus, quandoquidè supra admonuimus, initio huius monachorum institutionis, eos non consueſſe ordinibus ecclesiasticis adſociari se facere, e quæ fuit senten-

tia D. Tomæ à præcitato Siluestro ad uersus aliorum opinionem probata. f Sic vides, quod, & si monachorum pariter, & canonicorum regularium ad meditando cœlestia, æternæque bona iprimis religio instituta sit, sed monachorum vita arctior sit, ordinis tamen sacri ratione, canonicis ad monachos facilior est transitus, t quam econtrâ.

150 Si quis t post simplex votum certæ religionis susceptum, in alia religione laxiori postea professus fuerit, nõ prohibetur in ea permanere, nam polterius solenne votum priori simplici de rogare censetur, pro voto simplici tamen non completo penitentia erit ei imponenda. o

151 In duobus t autem monasterijs ne credas locum sedemve monachum vnũ habere posse, neq; Abbatem cum suis monachis hanc posse licentiam concedere. n

152 Monachis bona monasterium suum in aliud mutantis, antequam in priore monasterio professionè fecerit, eum sequentur, & illi monasterio, in quo professionem emisit, querentur, si illud capax sit, professione autem in priore monasterio facta, si ad aliud monasterium se transferre voluerit, nihil eorum secum feret, quæ illi prioris quæstæ iam erant, nisi licentiam se transferendi ab illo consequutus sit, licentia autem transeundi obrenta, vel ex necessaria aliqua causa translato, vltum fructum, quamdiu vixerit omnium rerũ feret secum, quas priori monasterio res dederit, ne huic posteriori monasterio onerosus nimium sit. i

Sed, quia regulares de vno ad alium ordinem translati facile à suo superiori licentiam standi extra monasterium obtinere solebant, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuebat, propterea Synodus Tridentina decreuit, vt nemo cuiuscumque ordinis prelatatus, vel superior vigore cuiuscumque facultatis aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi, vt in ordine ipso ad quem transferratur, sub sui superioris obedientia perpetuò in clauſtro maneat, ac taliter translatus etiam si canonicorum regulariũ fuerit,

a Siluest. vbi sup. nu. 6.

b cle. i. de regular.

c Sess. 25. ca. 19. in fi.

d ca. mandamus. 19. quest. 3.

e c. illud 16. quest. i.

f S. Thom. 2. 2. quest. 189. Siluest. vbi su. S. 8.

g c. pc. co. tit. de regul. in 6.

h c. si. vbi gl. de religio. do mib.

i Siluest. ver. religio. 4. S. de cimo. ex cap. cognouimus. 16. quest. 6. c. si quis rapuerit. 27. quest. prima.

a Sess. 14. cap. xi.
 b Io. And. 6. quest. i. cap. v. Siluest. vers. religio. septimo. §. tertio.
 c Siluest. ubi supra.
 d cap. quod dei timorem. ubi Abb. de sta. monachor. Siluest. versiculo. religio. septimo. §. septimo.
 e Panormita.
 in c. super eo.
 de regular.
 f Siluest. ver. 153
 apostasia, que sione. §.
 g Ab. consil. 154
 68. col. ij. li. i. Crauer. consil. 321. nu. ij. Me noc. de arbit. ind. lib. ij. cen. ij. cas. 244. nu. 5.
 h c. clerici of scia. in fi. ubi gl. de vita & honest. cleric. Siluest. ubi su. §. xi. et in ver. excommunicatio. §. 24. c. ut periculosa, ne cler. vel monachi. in sent. Ruin. cons. 7. nu. 14. in fi. li. 5. Cla. lib. 5. §. si. questio. 76.
 in c. periculosus habitum.
 i gl. in c. si. ver. extrinseci de vita, & honest. cler. Calcan. cons. 123. nu. i. Clar. ubi sup. licet Archid. & Clau. A quen. aliud scripserit. Archid. in d. c. periculosus, Claud. a quē.
 in l. ut vim. nu. 99. de Inst. & iure.
 x Siluest. d. vers. religio. §. xi.
 l c. ut clerici, ex. co. ti. de reg. m Siluest. d. ver. religio. 7. §. x.
 n tot. tit. ex. me. sede. vacan. Pa. in. eo. trac. q. 8. par. ij. prin.

ximi venia speciali Monachus admittenti; e egrediens verò post professionem monachus venia non petita, apostatarum pœnas luet, f ac si palam egressus uxorem duxerit, præsumetur hoc casu muta fide eum ductum esse, quare erit aduersus eum de hæresi, vel apostasia inquisitoris questio, aut coëctio. g
 Sciendum est tamen, quamcumque ad dignitatem, aut curam beneficii secularis promoueat monachus, etiã ad episcopalem, numquam habitum suum monachalem deponere posse, ad eò vt, si temerè eum habitum posuerit, excommunicationem incurrat, h poterit tamen ab hoc excommunicationis vinculo prælatus ipsius eò soluere, Cald. cons. sexto de sen. excommunicationis & si habitum quidem monachalem, sed alio habitu contextum ferat, excommunicationem tamen incurret, nec à tribus religionis solennibus votis soluitur, excepto obedientiæ voto, cui per Episcopales infulas subtrahitur, i & cum ad ecclesiam Abbati non subiectam transferatur, nam si ea ecclesia nullatenus Abbati subiecta sit, monachus ad eam translatus Abbatis ab imperio immunis penitus erit, sin Abbatis aliqua ex parte imperio parere teneatur, seu in spiritualibus, seu in temporalibus, ea ex parte Abbatem agnoscat, in qua eum credata sibi ecclesia puriter agnoscat, in alia nequaquam. k
 Clerici autem, qui se fingunt habitu, & nomine monachos, & non sunt, corrigi debent, vt veri monachi sint, aut veri clerici. l
 Socium tamen monachum eiusdem religionis habere eum decet, qui ad regendam secularem ecclesiam manumittitur monachus, si commodè eum habere potest, nisi ea, ad quam traducitur, ecclesia, monasterio, seu religioni illi, vnde ipse monachus exiit, subdita nullo modo esset, eamque curam vti m laicus quilibet sacerdos haberet. m
 Quæsitum fuit, an capitulum ecclesie canonicorum regularium vacante ecclesia possit statim mutare, & Benedicti regulam, statimque assumere, ego ex generali regula id non licere opinor. n

DE

De Monialibus. Tit. II. 253
 DE MONIALIBVS.
 Titulus. I I.

SVMMA RERVM.

- 1 Moniales angusta clausura obseruatione tenentur.
- 2 Quando moniales egredi possint monasterium.
- 3 Quando possit quis monasteria ingredi monialium.
- 4 Monialium numerus in singulis monasterijs quomodo statuendus.
- 5 Moniales debent sustentari absque penuria, non autem commode.
- 6 Auxilium brachij secularis implorandum pro custodia clausurae.
- 7 Ingrediens monasteria monialium sine licentia hodie excommunicatur.
- 8 Licentiam quis dare possit ingrediendi monasteria monialium.
- 9 Consuetudo immemorabilis, vel institutio non impediunt clausuram.
- 10 Tertiaria professæ debent seruare clausuram, non professæ coguntur profiteri.
- 11 Puella educari possunt in monasterijs non obstante clausura.
- 12 Infirmitas, vel profectendi solennitas non est causa, vt mater vel soror ingredi possint.
- 13 Remedia, ne puellæ cogantur fieri moniales.
- 14 Monasteria transferenda ad ciuitates.
- 15 Monasteria virorum, & mulierum debent esse separata.
- 16 Beguina abolitæ.
- 17 Tertiariæ permisse.

QVÆ DICTA sunt supra de regularibus. & monachis masculis, eadem ferè omnia & de monialibus dicta intelligentur, si talia sint, quæ & feminis adaptari, conuenireque possint, hinc, & quæ de professione dicta sunt, has quoque comprehendet, & quæ circa paupertatis, obedientiæ, ac castitatis eorum versantur, A & ipsæ pariter singulis mensibus confessionem peccatorum facere, & sacrosanctam Eucharistiam suscipere debent, ac sacros. concilij Triden. dispositione capit. x. Sess. xxv. præter ordinarium tamen confessorum alius extra ordinarius ab epi-

scopo, & alijs superioribus aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audite debeat.

Præcipua tamen quædam extant, à monialibus solis custodienda, que monachos non coercent, velati est illa subtilis claustrum obseruatio à Bonifacio Octauo præscripta, n nempe, vt, cuiuscumque religionis vel ordinis sint moniales, sub perpetua in suis monasterijs clausura permaneant, ita vt nulli earum religionem tacite, vel expresse professæ monasteria egredi vlla occasione liceat, n nisi ex aliquo morbo contagionis euidens periculum, aut scandali imminens laboret, n nulliq; vt perlonge quantumlibet honesta (nisi ratioabilis, & manifesta causa existat) vt cum tutoribus, medicis, tonsoribus, fabris, similibusve officijs & artibus egent, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia ingressus, vel accessus ad eas pateat, vt sic à publicis, & mundanis conspectibus omnino separate seuire liberius Deo valeant, & lasciuiendi opportunitate sublata eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius cultodire, idque vt commodius seruari valeat, n statuit, ne in monasterijs ordinum mendicantium plures moniales admittantur; quàm ex ipsorum monasteriorum bonis, vel proventibus possint absq; penuria sustentari, n nec tamen contributio exigit, vt commodè, sed tantum, vt absque penuria sustentari possint, sed, quia parum esset iura condere, nisi aliqui ea exequerentur, idem Bonifacius eadem constitutione omnibus Pontif. dignitate, & iurisdictione insignitis, præcipiendo mandauit in virtute sanctæ obedientiæ, sub obestatione diuini iudicij, & æternæ maledictionis comminatione, vt in ciuitatibus suis, ac diocesis in monasterijs sibi ordinario iure subiectis sua, in his verò, quæ ad Romanam ecclesiam immediate spectant, Apostolicæ sedis autoritate, Abbates verò, & alij tam exempti, quàm non exempti ecclesiarum, monasteriorum, & ordinum quorumcumq; in monasterijs huiusmodi sibi subiectis prælati, vt de clausura conuenienti, vbi non est, ipsorum monasteriorum

a Ab. in c. si. num. 5. de sta. monach.

b c. periculoso, co. lit. de regular. in 6. ubi gloss.

steriorum expensis, & fidelium elemosinis prouideant, qua ratione & in prosequendo electionis negocio apud sedem Apostolicam, siue illud electurum nomine agatur, siue eligentium, aut earum, quæ ab electione appellat, vel contra eam opponunt, non debet ad sedem ipsæ accedere, sed procuratores transmittere. **A** Quam Bonifacij constitutione renouans sancta Synodus Tridentina capite quinto Sessionis vigesima quintæ præcepit sub diuini iudicij obtestatione, & maledictionis æternæ comminatione, episcopis omnibus, vt in omnibus monasterijs sibi subiectis ordinaria, in alijs vero sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata est diligenter restitui, & vbi inuiolata est, cõseruari maximè procurent, inobedientes, & contradictores per censuras ecclesiasticas, aliasq; pœnas quacumque appellatione postposita committentes, † inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: quod auxilium vt præstetur, omnes Christianos Principes hortatur eadem Sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus secularibus iniungit: Item statuit eadem sancta Synodus eodem capite, vt nemini sanctimonialium liceat, post professionem exire à monasterio etiam ad breue tempus quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab episcopo approbanda, indultis quibuscumque & priuilegijs non obstantibus.

7 Ingredi autem † intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, que excommunicationis quidè pœna ante sacrum Trid. Concilium, non omnes tenebat, qui monialium quarumcumque monasteria ingressi fuissent, sed eos tantum, qui monasteria ordinis prædicatorum, vel minorum ordinis S. Claræ intrassent, nisi aliud Synodalibus constitutionibus cautum fuisset. **B**

8 Dare præ autem tantum episcopus, vel superior licentiam debet in casibus ne-

a c. in demeritatibus. §. porro, de elec. in 6.

b Siluest. ner. religio. 7. §. 2.

c in c. Statutum 19. q. 3.

cessariis, neque alijs vilo modo possit, etiam vigore cuiuscumque facultatis vel indulti.

Facultates autem, & licentias A postol. in grediendi monasteria pro libito mulieribus nobilibus concedi solitas Greg. x i j. constitutione lata abrogauit, & his occasio daretur, moniales à spiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocandi, & scandala ac pericula incurrendi, eademq; constitutione interdixit quibuscumq; personis ecclesiasticis & secularibus, & ordinu quoruncumq; etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab episcopis vel superioribus obtentatum monasteria pro libito, sed necessitatibus duntaxat ingredi audeant, neq; ipsos moniales admittant: quas pœnas aliqui eos quoque adstringere credunt, qui nullis facultatibus fulti monasteria ingrediuntur, vt ex Pij V. & Gregorij XIII. declaratione, & prætorij pœnitentiariæ vsu dixit Nauarrus c. de Constitutione Pij Quinti coercente licentias datas mulieribus ingrediendi monasteria virorum: sed forte res in casu nostro aliter se habet, neq; par ratio est, quandoquidem ingredienti monasteria monialium, vel ex Concilio Trid. suam excommunicationis pœnam habent etiam remotæ Gregorij constitutione, sed mulieres ingredienti monasteria virorum quibusdam exceptis, si pœnis Pij V. subtrahantur, alioqui impune transituræ sint: nec mirum videatur, quod plus plectantur, qui sine licentia, quam qui cum licentia ingrediuntur, hi enim, qui facultatibus Apostolicis nituntur, vti potentiores & fortè etiam audaciores magis comprimendi erant, nisi aliud: S. sedes statuat.

Multa verò adiecit, quæ ad clausuram sanctimonialium pertinent, & spectat sua cõstitutione Pius Quintus, & multa etiam Gregorius Tertius decimus, in nouantes etiam prædictam Bonifacij Octauæ constitutionem, & adijcietes, † quod, si aliqua moniales forsitan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundacione regulæ suæ fretæ animo obstinato clausuræ prædictæ resistant, aut quoquomodo reluctentur ordinarij

ordinarij vnà cum superioribus earum, omnibus iuris, & facti remedijs compellant eadem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundum dictam clausuram, & perpetuò obseruandum. Atque vt mulieres etiam Tertiariæ, seu quæ de pœnitentia dicuntur, cuiuscumque fuerint ordinis in congregatione viuentes, si & ipsæ professa fuerint, ita vt solenne votum emisserint, ad clausuram & ipsæ præscriptam omnino teneantur, quod, si votum solenne non emisserint, ordinarij vnà cum earum superioribus hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, ac profiteantur, ac post emissionem, & professionem, eidem clausuræ vt se subiciant, quod si reuoluerint, & aliqua ex eis inuenta fuerint scandalosa, seuerissimè puniantur, quæ omnia, multaque alia in hoc negocium opportuna idè Pius Quintus prædicta sua constitutione sanxit.

10 Sed, cum vsu venisset ambigi, circa prædictas clausuræ constitutiones, an Episcopus, vel superior possit in subiectis sibi monasterijs accipere puellas etiã, q̄ nolint habitum religionis suscipere, vt ibi certè moribus sanctis instituantur, quoulsque matrimonio collocandæ essent, amplissimi Patres Concilij Tridentini interpretes de hoc negocio consulti sic responderunt, Concilio Triden. interdictum non esse, quominus puellæ seculares in monasterijs monialium edicari possint, in his videlicet monasterijs duntaxat, quorum religionis propriæ institutiones expressè non repugnant, qualia sunt illa ordinis Sanctæ Claræ, item dummodo accedat episcopi, Abbatissæ, & monialium, superiorisque earum assensus, ibique puellæ solè absque ancillis vsque ad annuam ætatis vigesimum quintum, eandemque clausuræ legem obseruet, qua moniales adstringuntur, eoq; vestitu vtantur, qui virginali, ac modestæ conueniat, atque vbi semel monasterium exierint, ad illud amplius reuertit nequeant. † Declarauerunt quoq; idem Patres, non posse episcopum licentiam dare matri, forori, vel consanguineis, vt monasterium ingrediatur, causa visitandi filij, vel

fororem, & si grauissima aegritudine non sine mortis periculo laborantes, nec monasterium ingredi cupientibus, vt interfint, cum illè professionem emittit, vel religionis habitum suscipiunt, nec viduæ optanti in monasterijs virginum vsque ad finem vitæ, vt quietius uiuat, ac salutem animæ consulat, permanere, & nūquam egredi habitu seculari non mutato.

11 Ipse rerum vsus docuit, frequenter euenire, vt puellæ parentum, seu fratrum minis, ac terroribus impulsæ potius, quam sua sponte ad ductæ ad religionem trahantur, ex quo vix vlla bona speranda est fruges, † Propterea huic malo consulere volens eadem sancta Synodus Trid. xxiiij. c. xvij. statuit, vt, si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, maior xij. annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea professionem, emittat, q̄ explorauerit, vel eo absente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat, & si voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritq; conditiones requisitas iuxta ordinis illius, & monasterij regulam, & monasterium fuerit idoneum, liberè ei p̄fiteri liceat, cuius professionis tempus ne ep̄s ignoret, teneatur præfecta monasterio eum ante mensẽ certiorẽ facere, quod si non fecerit, ab officio tam diu suspensa sit, quãdiu episcopo videbitur. Sequenti autem capite eiusdem Sessionis eadem S. Synodus Anathemati subiecit omnes, & singulas personas cuiuscumq; qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, q̄ laicos seculares, vel regulares, & qualibet dignitate fungentes, si quomodocumq; coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumq; mulierẽ inuitam, præterq̄ in casibus à iure expressè ad ingrediendum monasteriũ, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem: quicq; consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quicq; scietes, eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquomodo eidè actui, vel præsentiam, vel consensum,

vel auctoritatem interposuerint, atq; conuerso eidem anathemati subiecit eos, qui sanctam virginum, aut aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel votum emittendi, quoquomodo sine iusta causa impederint, eaque omnia, & singula, quae ante professionem, vel in ipsa professione fieri praecipit, seruari iubet non solum in monasterijs subiectis episcopo, sed & in alijs quibuscunq; ; solas excipit mulieres, quae poenitentes, aut conuersae appellantur, in quibus constitutiones earum seruari vult.

a Nouel. 123
Insti. Diuini.
de benef. c. 24.
b Clem. i. de
relig. dom.
c Extrauag. v.
de reli. do.
d Clem. i. ver.
obedientiam.
de relig. domi.

15 Item, quia monasteria sanctimonialium extra mœnia vrbus, vel oppidi posita malorum hominum praedae, & alijs facinorosis sine vlla saepe cultoribus sunt exposita, eadem propterea Synodus praecipit episcopis, alijsque superioribus, si ita viderint expedire, vt sanctimonialia ex eis ad noua, vel antiqua monasteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachij secularis, impediens vero, vel non obediens per censuras ecclesiasticas parere compellant.

16 Cauendum est autem maximè, ne virorum, ac mulierum simul cohabitatio eodè in monasterio permittatur.

- 26 Clericus primæ tonsuræ quatenus gaudet priuilegio fori, & quando.
- 27 Clerici coniugati quando gaudeant hoc priuilegio.
- 28 Priuilegium fori difficilius amittitur, quam priuilegium canonis.
- 29 Priuilegium fori est de iure diuino.
- 30 Clericus coniugatus non habet alia priuilegia, quam canones & fori.
- 31 Clericus est immunis ab oneribus personalibus impositis per seculares.
- 32 Idem est de alijs personis ecclesiasticis.
- 33 Quibus muneribus personalibus adstruuntur clerici.
- 34 Ecclesiastica alig persona prater clericos non excusantur ab oneribus personalibus impositis per laicos.
- 35 Clerici coniugati nõ excusantur ab oneribus personalibus.
- 36 Clericus in sacris ordinibus an torqueri possit.
- 37 Consuetudo est, vt clericus torqueatur iudicij contra eos urgentibus.
- 38 Consuetudo, vt clericus torqueatur manu laicorum episcopi iussu.
- 39 An liceat clericum manu laici absque excommunicatione torqueri.
- 40 Clericus est torquendus mitius.
- 41 Doctores non torquentur.
- 42 Clerici sacri habent omnia priuilegia militum armate militie.
- 43 Clerici in sacris habere possunt peculium quasi castrense, & de eo testari.
- 44 Peculium, quod in alijs filijsfam. est aduentitium, in clericis est castrense, vel quasi.
- 45 Bona relicta filio clerico à patre intuitu religionis sunt peculium castrense:
- 46 Pater non habet vsum fructum in bonis filij clerici.
- 47 Nisi ante clericatum sint quasita.
- 48 Clericus etiam primæ tonsuræ an habeat peculium castrense.
- 49 Testamentum clerici non subiacet que-relæ.
- 50 Nec potest dici nullum obpretentionem.
- 51 Clericus non potest facere substitutionem compendiosam militarem.
- 52 Neq; omittre sollicitates requisitas in testamento.
- 53 Priuilegia omnia militum seculi compertunt clericis, nisi diuersa ratio sub-sit.
- 54 Clericus condemnari nõ potest, nisi quatenus facere potest.
- 55 Fructus beneficij non possunt à creditoribus sequestrari.
- 56 Clericus incarcerari non debet propter as alienum.
- 57 Neque excommunicari, si fateatur debitum, & caucat de satisfaciendo.
- 58 Nec tenetur cedere bonis, vt euitet carcerem.
- 59 Clericus non potest renuntiare beneficio cedendi bonis.
- 60 Exceptio non numer. pecunie an clerico obstat possit.
- 61 Testes in iudicio debent iurare tactis scripturis.
- 62 Clerici in sacris non tenentur in iudicio iurare tactis scripturis.
- 63 Quodlibet testimonium cõtra clericos accusatos non admittitur.
- 64 Laici, & præsertim vilis non testificatur contra clericos in criminib. intentionis criminaliter.
- 65 Laici non possunt accusare clericos.
- 66 Clerici primæ tonsuræ nõ incedentes in habitu amittunt priuilegium.
- 67 Clericus coniugatus non incedens in habitu, & tonsura priuatur priuilegio etiam sine monitione.
- 68 Clericus coniugatus, qui post susceptum habitum clericalem deliquit statim, quomodo patiat priuilegia.
- 69 Clericus coniugatus inueniens habitum seculari cum deliquit, remittendus est ad iudicem ecclesiasticum, si solutus est vestes clericales deserre.
- 70 Tonsura & habitus clericalis simul nõ sunt necessario deserendi à clerico non coniugato, sed sufficit solus habitus etiam sine tonsura, vt habeat priuilegium

- 71 Certus habitus clericis datus non est à iure, nisi negatiue.
- 72 Clericis nullus habitus honestus à iure interdicitus est.
- 73 Consuetudo regionis spectatur ad dignoscendam honestatem habitus.
- 74 Clericalis habitus discernere eum debet à populo.
- 75 Episcopi solent prescribere formam habitus suis clericis.
- 76 Ecclesiasticus iudex non laicus cognoscit de honestate habitus clericalis.
- 77 Clericus in sacris non deserens habitum clericalem perdit priuilegium canonis.
- 78 Clericus in sacris non deserens habitum non tamen amittit priuilegium fori.
- 79 Nisi tor monitus ab episcopo fuerit.
- 80 Clericus quilibet ex minoribus immiscens se enormitatibus priuatur omnibus priuilegijs.
- 81 Clericus maiorum ordinum non amittit priuilegium propter enormitates, nisi monitus fuerit & sit incorrigibilis.
- 82 Opinio nonnullorum vt clericus minorum quam amittat priuilegium fori nisi depositus.
- 83 Monitio trina præcedens an causetur clerico priuilegij amissionem propter enormitates.
- 84 Clerici minores transcentes ad secundas nuptias, vel ducentes uxorem corruptam amittunt priuilegium.
- 85 Item si in militia seculari seua exercent.
- 86 Neque his casibus trina monitio desideratur.
- 87 Monitio trina requiritur, cum priuandis sunt ob artem vilem.
- 88 Clericus, q in iudicio seculari tacuit, se esse clericum vsque ad finem condemnandus est saltem in expensis.
- 89 Sed ea condemnatio faciendæ est à iudice ecclesiastico, non à laico.
- 90 Clericus non allegans priuilegium non tenetur ad expen. si post probationem aduersarius perseueret in seculari iudicio.
- 91 Clericus etiam contumax numquam condemnari potest per seculare iud.

OMNE TIUS & fas postulat, ac sacro sanctæ religionis cultus, qui apud omnes pios homines eximius in pri-

mis esse debet, vt religiosis hominib. qui Deo optimo Maximo totos se deuouerunt, in militia eius conscripti, honor præcipuus sit, omnibusque in actionibus, & rebus non vulgaris eorum ratio habeatur, nam, si Imperatores non paruis priuilegijs milites suos prosequuntur, ne à militia abstrahantur, quantò magis cœlestis militiæ milites, & qui non pro fluxis caducisq; rebus, sed pro æternis pugnant, vt lucta fori hostibus nostris, videlicet, carne, mundo, & Diabolo profratris gloriosus de illis triumphus referatur, & secuta demum in pace viuatur, congruum est, vt sic seruentur immunes, quò possint castris suis sedulo cõmorantes, & vigiles excubias ducentes sũ mo cœli Imperatori suos populos inuictos, & illætos repræsentare, Eò factum est, vt Cæsareis quoque legibus, nedum Pontificijs plura his priuilegia sint concessa, non eorum personis tantum, sed & bonis, rebusque ipso- rum.

Primum autem clericorum est in rebus humanis priuilegium (vt ea missa faciamus, quæ spiritum potius spectat,) quod Innocentius Secundus quidem memorat, A sed longè antea, ac iure ipso diuino traditum à multis creditur, tñepe, quòd, si quis suadente diabolo huius sacrilegij vitium, vel crimẽ incurrerit, vt in Clericum, vel monachum violentes manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum absoluere eum possit, nisi mortis urgente periculo donec cõspectui apostolico se præsentet, eiusq; mandatum suscipiat, q̄ quod priuilegij, ne quis ab excommunicatione im-munis eos percutiat, Ecclesiasticas et quascunq; personas, nedum clericos, & psalmistas seruat, puta, conuersos, penitentes, templarios, & hospitalarios, & alios huiusmodi quoscunq;.

b Imò & mulieres, q̄ quandiu sunt in diuino seruitio, c & clerico quoque coniugato in habitu, & tonsura euntes, vnus mulieris tantum eiusdemq; virginis marito. d intra clericalis honestatis cancellos se continentem, nec vllam indignam artem exercentes nõ possunt nisi cum excommunicationis pœna pulsari.

a cap. si quis suadente diabolo 17. q. i.

b gl. in c. quis quis ver. cccle siasticis. 17. q. 4.

c Innoc. in ca. si quis. de regul. Rot. decis. 167. inc. nota, qua mulieres. in antiq. Bor-gas. de irregular. pa. i. quest. 4. tit. qua sunt cau. institut. Clar. in prax. crim. quest. 77 ver. vltimus quero.

d. c. vn. de cle. coniug. in sex.

a c. 2. c. significasti. ubi doct. de foro compet. ca. cum non ab
locum de iudic.
b Rolou. conf. 12. nu. 37. lib. ij.
c d. c. significasti.
d Felin. in c. 2. col. i. de maior. & obed. Roeb. in tract. de con-
f. t. u. f. 51. A col. i. post alios in d. c. cum non ab homine. nu. 2
de iudic. Di-
dic. pract. 6
quest. 3. nu. i.
Clar. in pract.
erim. quest. 36
nam. i. & seq.
1. nu. conf. 4.
nu. 10. Socin.
reg. 56.
e Didac. &
Clar. vbi s.
f Felin. in ca.
10
veniens. ad si.
de accusatio.
Clar. vbi sup.
11
ver. est autem
hoc exceptio.
g d. c. si diliget
ti. de fo. comp.
Spec. de comp.
iud. aditio. in
12
prim. nu. 23.
h Ab. & alij
13
doct. in d. c. ar
si clerici. vbi
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

14 clericus qui alium clericum ad secula
rem forum trahere non dubitari, cau
sam amittere, ac excommunicationis
penam non evadet, & quemadmo
15 dum cõueniri coram laico iudice nõ
potest, sic neq; re conueniri cum pos
16 se opinor, si quamuis Bartholus, &
Balduus, & Gulielmus Durandus con
trauium docere non dubitarint, nec
desint ipsis non penitendæ doctrinæ
sectatores, extiterintq; etiã, qui illã in
contrariam sententiã sequentiorib. cal
culis consensus fuisse. rotundo ore sint
17 testari, & qua ratione pariter, nec legi
bus cõsuetudinibusve vllis, aut cõsue
18 tudinib. laicorũ clerici obstringuntur. &
Hoc autem priuilegio nedum clerici,
sed & omnes illæ psonæ Ecclesiasticæ
frui conceduntur, quas canon supra
ciatus seruat, quare & omnes perpetuo
monasteriorum seruitio addicti,
& hospitalium rectores, & fratres ac
moniales tertij ordinis sancti Franci
m sci hoc priuilegio fruuntur, m sed famu
li clericorum cõductij & qui ad
tempus eis inseruiunt, an isdem priuilegijs
perfruantur, anceps questio
est, in qua multi conserunt, eos priuilegijs
huius exortes esse & frequen
n tibus sententijs ita esse receptum, m
ego priorem amplector sententiã, m
vbi vitilant clericis, cui inseruiunt,
coniunctam habet, priuilegium famu
o li, episcoporum tamẽ famuli semper, o
Quinetiam traditum est, quod, si qd
clericus socius laicis, consorsque pa
trati alicuius delicti fuerit, ipsi quoq;
laici nedum clericus ecclesiasticis iudi
cis tribunali remittendi erunt, nec de
bebut ad seculari magistratu iudicari
quam sententiã dixit Ant. à Pra. ve
p te. v quãuis delictum illud sanguinis
q penã mereretur, vt ait Barth. Soc. q
aduersus Mariani Patris sui sententiã,
& quem Bartholomeum pro
bat Bossius in titulo de foro competẽ
ti nu. 147. quandoquidem, si minus
ab ecclesiastico iudice punitus fuerit,
quam uindictæ publicæ ratio exige
ret, potest ex iudex laicus debitas ab
eo penas repetere, vt ipse ait, ex Fe
lino, s alijsq; ad se in idcirco, quod
quidem vtu ipso seruari in proguincia
Mediolanensi ait Callæus in cõsue
tudinibus Burgundiæ nu. 69. nec pã,
vt etiam

vt etiam laicos iudex ecclesiasticus iu
dicet, & de pari obseruatione restan
tur etiam Bossius, Follerius, Ioannes
Arnoldus a Claro Iulio citati, verũ
ipse Clarus diuersim temporum no
a strorum obseruatione testatur, a me
moratque etiam Ioannem igneam, et
Capitium, Rebuffum, Gomezium, Di
dacum in idem testimonium conue
b nientes, & Nec minus prodest cleri
co priuilegium, vt personam seruet,
quamquam post patratum delictum
clericali ordini hac fraude euitandi
secularis iudicij adlociatus fuerit, bo
na tamen seruare hoc actu nequaquã
c poterit. c vnde iudicis laici trutinæ
parebit.
17 Neque his priuilegijs caret clericus,
d & si illegitimus sit, v & conjugatus,
18 vt diximus, modo vnã tantũ, cam
que virginem habeat vxorem, habitũ
e que & tonsuram clericalem gesser, &
& quamuis vxorem, quam vnica &
virginem acceperat, atque adulterij
ex causã dimiserat, deinde rursum re
f ceperit, & item q quamuis post patra
19 tum aliquod delictum, & accusatio
nem de eo porrectam bigamus esse
curiam remittendus foret, quia tem
pus illius spectatur status, quo deli
20 ctum asseritur patratum, hinc, & si
post patratum delictũ, qui antea eu
lebs semper fuerat, coniugio se copu
lasset, remittendus eque, ac multo
g magis iudici ecclesiastico esset. g Imo
etiam traditum est, clerici quoque in
tonsurã & habitu incedentis vxorem
eodẽ priuilegio potiri, ne possit a lai
co iudice, quemadmodũ nec uir eius
iudicari, vt dixit Angelus Clauasinus
h in summa. ii
21 Certus est, q si quis crimine admis
so ecclesiasticis ordinibus coopatus
fuerit sine fraude, poterit iudicis lai
ci iudicium effugere, fraudis verò
22 q suspitionem abesse credam, si ante
accusationem, vt votum susceptũ an
te commissum delictum solueret, sese
i ordinibus prædictis adlociarit, i qd
23 iuramento ipsiusmet crederetur, q quod
si patratum iam delicto, & accusatus ad
ecclesiæ asylum ordinibus adscriptus
confugerit, non carebit fraudis suspi
tione, nisi ipse manifestis probationi-

a quest. 36. vers. euenit plerumque.
b Capit. decif. 173. Igneus in l. seruat consulto: num. 14. ff. ad
Syllan. Rebus. in auten. habitã nu. 106. Gomez. in c. x. delicto
rum. nu. 6. Didac. pract. quest. 34. nu. i. in fi.
c Marian. in c. i. & c. proposuisti, de foro comp. Bossi. vbi supra
nu. 144. & 145. Clar. vbi sup. ver. sepennuro Didac. pract.
quest. 32.
d Grammat.
decis. 81. Clar.
vbi sup. vers.
habet etiam.
e c. un. de cler.
coniga. in 6.
Didac. pract.
quest. 31. num.
7. Clar. vbi su.
vers. quæro an
clerici.
f Ausfr. de
cis. 64. Clar.
vbi sup.
g Grammat.
decis. 10. Clar.
vbi sup. vers.
qua ratione.
h ver. excommu
nicatio. 7. ver.
sed quæ sũt.
i Bal. in li. c.
an seruus ex
suo facto, Dac.
reg. 100. lim.
16. ver. ex quo
confirmatur.
k Imol. consi.
119. num. i. Di
dac. pract. q.
32. Plaz. lib. i.
delic. cap. 35.
in i. Neuzã.
lib. i. silu. nu.
62. vers. ultra
uus. Duen. d. re
gu. centesima,
limi. 16. vers.
ex quo. Clarus
vbi supra, ver
si. sepennuro
Soci. c. i. & c.
proposuisti. de
foro compet. en.
Bossius in titu. de foro competen. numero, 144.
l Clar. vbi supra.
m capitulo quarto, Sessione. 23.
n Bar. in li. numero. 3. de penis.

a Feder. conf. 97. nu. 4. in fi. Card. rep. cap. perpendimus in fi. nu. 8. de senten. excom. 1. af. in l. cum quaedam puella, nu. 13. ff. de iurisd. om. iud. Marfil. sing. 533. Duen. reg. 100. limit. vltim. in fi.

b cap. 6. Sess. 23.

c c. vn. de cler. coniuga. in sex.

d d. c. 6. ad fi.

e c. non minus vbi Io. Andr. & Host. de imm. eccles.

f Cass. conf. 38. Clar. dic. quest. 36. ver. regulariter autem in fi.

g Socin. conf. 12. col. 7. lib. i. Rolan. conf. 4. nu. 28. lib. i.

h d. c. un. vbi no. de cler. coniug. 6. Bonin. cō. Andr. i. prin. huius tract.

i ca. pervenit, dist. 86. ca. non minus. c. aduersus. de immu. eccles. c. quamquam. de censibus in 6. c. clericis laicos. de immu. eccles. in 6. cle. i. eod. tit.

k Duen. in re. 100. amp. 4.

l ca. exigit. de censib. in 6. ca. nō minus. et d. cap. aduersus. Parp. l. placet. m. Ab. consil. 3. num. 1. lib. i. Rip. lib. 2. resp.

xx. l. ad inst. ruelionem. C. de sacr. eccles. l. ad portus. C. de ope. publ. l. fi. c. d. publ. mun. gl. in d. c. non minus versic. releuare. Duen. vbi sup. nu. 16.

n capitulo. non minus extra. eod. vbi Abb. de immunitat. ecclesiarum.

graviorisq; pœnæ discrimen subire vobis. f lit. f

28 Priuilegium hoc fori tenacius hæret clerico, quàm priuilegium seruari solet priore loco dictum, & longè difficilium amittitur, quia certius est, iure diuino hoc esse introductum, & quàm ego superius quoque eodem iure proditum opiner.

29 Clericus coniugatus horum duntaxat duorum priuilegiorum, quæ recitauit, & nullorum præterea particeps est, quare citra excommunicationem quidem manus in eum iniici non potest, vt diximus, neque à iudice laico distringi, aut iudicari, si in habitu, et tonsura incedat, in cæteris verò priuilegiorum nullum sentit. n

30 Non leue est etiam aliud priuilegium, quod dum ab omnibus oneribus personarum, quæ seculares principes imponunt, immunes sunt clerici omnes, & religio, & atque etiam oblati, qui se suaq; omnia religioni obtulerunt, & dicarunt, x ad eod quidem, vt neq; vltro huiusmodi eos munera subire congruat, i quæ tamen pietatis ergò, vel publicæ, cōsisq; omnium vtilitatis præstada sunt, cuiusmodi sūt, quæ vijs sternendis, & aptandis, & pro custodia contagionem instantis Epidemici auertendam, fiunt, creditur, ipsos quoque clericos tenere, modò ab eorum episcopo, aliove prelato, cui substat, hoc eis præceptum sit, m qui tamen prelati non faciles exhibere se debent his præcipiendis, nisi perspiciant, nō posse hæc onera à laicis, aut saltem non nisi incommodè, & ægrè sine clericorum suppetijs sustineri, Pontificis quidem Romani authoritas hac & huiusmodi in necessitate desideratur, n qui cerè difficilem se prestare solet huiusmodi oneribus imponendis, vt nuper Gregor. X. Papiensium preces respuit petentium, vt clericus Papiensis teneretur in hos sumptus symboli ferre, quamuis clerus ipse vltro, & iniussus deinde, quod potuit auxilium, non minore benignitate, quàm pietate suppeditarit, atque etiamdum in presentia suppeditet, neque eos seruari puto ab oneribus immunes, qui clericorum nulli ordini adscripti sunt, nec monasterio dicati, sed aliter tamò

Deo interuenientes inter personas ecclesiasticas recenseri solent, cuiusmodi sunt hi, qui ex tertio ordine D. Francisci appellantur, A nec clerici coniugati ab his oneribus excusationem vllam habent, quamuis alioqui & fori priuilegio vtantur, et non minus, quàm alij clerici, vt dixim⁹, tui sint ne quis in eorum personas citra excommunicationis periculum manus iniurias inferre possit. n

35 His addas, quòd non pauci, neque in celebres, & auctoritate non carentes Doctores scripserunt, quod Clericum sacris ordinibus adlociatum non posse eculei tormento subijci, & si non leuib⁹ indicijs pressus sit, nisi vrgens contra eum fama sit, patrasse eum illud delictum, cuius factus est reus, e quamvis nonnulli clari nominis Iurisperiti non omnino obseruari passim, ac saltem Mediolani testentur, n quod Ego cerò scio temporibus istis, postquam Episcopi apud suos greges moratur, nedum alios clericos inferiores, sed & presbiteros ipsos, cum indiciorum ius cōtra eos vrget, tormentis subijci solere, tã Mediolani, & Ticini, quàm alijs quoque vrbibus, quod idque mandato episcopi per laicos executores, quamuis cautius credantur acturi episcopi, & modestius (vt aliqui opinantur) si clericorum ministerio potius, quàm laicorū in hoc opus vti fuerint, n quod tamè mihi numquam probari potuit, vt clerico huiusmodi carnificinæ ministerium demãdetur, & crudelitatis actus suis ipsius manibus exercere discat, at durum videretur, excommunicationem incurere episcopum, aliūve iudicem ecclesiasticum, qui iuris, & iustitiæ causa clericum à laico torqueri, aliterve plecti iubet, cum nulla iniuria hoc faciat, qua ratione nec laicus ipse, qui id exequutus fuerit, in hanc pœnam excommunicationis cadere videtur, quamuis Abbas, & Felynus, & alij recitari, n vt hæc excommunicationis pœna euitetur, consulant, vt à laicis quidem clericus sumi torquendus alligari possit, sed conuictiendi postea negocium clerico tradendum esse. Vtu quidem hoc passim obseruari omnibus in locis mihi cognitissimis, vt laici non clerici hoc satellitibus officio

a Anchar. in c. i. de immu. eccles. in 6. Duen. vbi sup. nu. 18.

b gl. in d. c. i. ver. ceteris per illū lex. de cler. coniuga. in 6. Ab. in c. ex parte in prin. de cler. coniug. Gui. pap. d. c. c. 73. & de c. 283. Duen. vbi sup. num. 10.

c Dec. in c. at si clerici. in prin. nu. 19. de iudic. Boss. in pract. crim. tit. de indicijs. nu. 103. Diaz. in pract. crim. cap. 117. Clar. in pract. quest. 64. ver. sed au clerici. Duen. reg. 190. l. m. 3. Follet. i. praxi. cri. ver. tornuētis mox subijciuntur. num. 6. d. Boss. et Clar.

39 fangantur, at si laici excommunicationis pœna subiacerent, clericos torquendo, eodem in periculo clerici & ipsi clericos torquendo esse viderentur, cum non magis clerico, quàm laico, manus in clericum iniicere liceat. g cum tamen passim sic videam Clemētis Tertij epistolam interpretari, n non est, quod Ego os in cælo ponere ausim, mitius tamen iudicarem in torquendo clerico agendum esse, i nisi delictorum atrocitas, & pessima hominis qualitas aliud postulareret.

40 quod Mirum est tamen, quod vlla ferè absque controuersia Doctores hoc priuilegio frui permittantur, x ne tormentis subijci possint, cum de clericis tamē tanta sit controuersia, quorum maior pculubio videbatur ratio habenda.

41 Traditum est etiam, quod clericis sacris omnia priuilegia competere, quæ armate militie militibus à iure cōcessa fuerunt, quare & scriptis peculium quasi castrensium militum armatorum more habere permillum est, & de eo testari. l peculium enim, quod in alijs filiis familias est aduentitium, in clericis filiis familias est castrense, vel quasi, vndeunque eis bona aduenerint, quæ app & de bonis à patre filio clericatus intuitu donatis idem dicendum est, vt censuerunt Castrensis, & Didacus, m hinc etiam nulli patri in bonis ciuicemodi vsum fructum clericis traditum est, seu occasione clericali militie illa bona sint quaesita, seu ex alio titulo, vt teste Dydaco præcitato communis habet sentētia, quamuis de bonis alio titulo quaesitis aliud senserit Antonius Butrius, n de bonis quidem ante clericatum filio quaesitis nō dubito, quin pater in eis vsum fructū habeat,

arte Testan. titu. i. nune. ij. l. sacrosanctæ, & Anton. presbiteros. C. de sacros. eccles.

m Castr. d. l. sacrosanctæ. Coar. d. c. quia nos.

n Butr. d. l. sacrosanctæ.

a Dec. in c. in presentia, nu. 64. de probat. Salyc. & Fab. in Xuen. ingressi. C. de sacros. eccles. Xuarcz. in tract. maiorit. fol. vlt. Didac. ubi su.

b Io. Lup. & Dec. in c. in presentia Didac. ubi sup.

c Imol. d. c. quia nos. ni. gl. in. S. qui in alieno. inst. quibus non est perm. su. test. a. Dida. ubi sup.

d Didac. ubi sup. qui alios citat.

e doct. in d. l. centurio.

f Ab. ca. i. nu. 5. de cler. egr. Feli. in ca. cum ex officij de pre scrip.

g gl. in l. miles. i. prin. ver. facere, ubi bar. ff. de re. iudic. gl. in c. studeat dist. 50. decif. Tholos. 246. ubi Aufreri.

h Barb. in c. Odoardus de solut. b. gl. in l. skip dia. C. de exco. cut. rei ind.

i Io. And. in c. s. clericus. de sen. excom. in 6. Ab. in c. Odoardus. nu. 2. de solut. Come. insti. de act. in prin. Matbes. no. 60. Marf. S. attingam. nu. 70. in prac. Me noch. de arbit. iud. libro i. que stione. 88.

k d. cap. Odoardus, ubi doct. Abb. ibi, & in cap. i. de cler. egror.

l Rot. decif. ij. in antiq. de iure iur. Feli. ca. ex officij. col. 2. nu. 2. de prescrip.

m Ab. d. c. Odoardus.

n Hostien. An. Imol. in c. si cautio de fide instru. & Host. in cap. h. de solut. Bald. in auten. hoc ius porrectum. col. 4. C. de sacros. eccles. Ang. conf. 244.

o in d. c. si cautio. Duen. in reg. 261. in i. lim.

p l. in contractibus. C. de non num. pecu.

q ca. hortamur. 3. q. 9. auten. sed index. C. de episcop. l. iuris iurandi. C. de testib.

diuinoq; obsequio destinati sint, nec creditor habet conquerendi causam, qui prius perspicere, explorareq; debuerat, cum quo negotium ageret. Sed nec omittendum est, non posse clericum propter as alienum carceri includi, vel detineri, i neq; excommunicari, & modò is debitum prius ingenuè fateatur, idoneamq; cautionem præbet, se quamprimùm ad pinguiorem fortunam peruenerit, exoluturum, & nec bonis cedere ad carcerem euitandum cogendus est, qua in re hoc à cæteris distat, quia cæteri carcerem quidem includi possunt, verùm cedendo bonis ab ea liberantur, sed clericus neq; initio quidem carceris ergastulo ob as alienum relegari potest, & nec beneficio huiusmodi cedendi bonis renuntiare, i neq; vt dixi, vt carcerem viter, bonis cedere tenetur. Nonnulli etiam clericis hoc tribuendum crediderunt, ne possit eis nò numeratæ pecuniæ exceptio opponi, sed perpetua sit hæc ipsis defensio. Quod tamen neque Abbas Panormitanus, nec Butritus, nec Cardinalis, nec Imola, nec Felinus sandeus, nec alij quidam admittendū putarunt, o nec mihi temerè persuaderi sinam, cū exceptionis huiusce opponendæ limites constitutionis alterius Cæsare appendices, accessorijque sint, nempe illius legis, qua cautum est, licere debitori intra biennium tali se exceptione sic tueri, vt onus probandi, pecuniam fuisse numeratam in creditorem transferat, & cuius legis beneficio vti clericus permittendus non est, nisi & omnia, quæ ad eam legem facta sunt, accipere paratus sit, si ergo vult biennio hoc toto contra propriam confessionem audiri, cur non & biennio lapsò quiescere, vt cæteri omnes, à tali exceptione debet? Ad hæc clericus sacri in testimonijs ferendis sunt etiam in iudicio legibus privilegiati, & nam & si ad testimonium ferendum nemo sine iurissu randi in manibus iudicantis prestiti serij peuris tactis religione admittat, clericis & tamen hæc subtilis tangendarum scripturarum in ferendis testimonijs remittitur observatio, sed satis fuerit, sacrosancta proposita coram

a eis euangelia esse, A vel manum petitori in iugnam datæ fidei appositam fuisse. B

Item clericis de crimine aliquo delatis, vt conuincti, panirique possint, maiore testium numero opus est, & nec quoduis testimonium contra eos admittitur, & nam laici præsertim viles, & tales, qui vitio aliquo suo ad ordines promoueri non possunt, cõtra clericos testificari de criminibus non possunt, nisi aliter iustitatis, quibusdam criminibus exceptis propter eorum grauitatem, cuiusmodi sunt hæresis, simonia, læsæ maiestatis, & quibusdam alijs criminibus. D

Item non possunt clerici à laicis, nisi præprium, aut suorum iniuriam persequentibus accusari, prædictis, alijsque grauitate criminibus exceptis. E

Atque, vt nullam non priuilegij speciem clericis sentiant, dictum fuit, populi appellatione clericos quoque contineri in materia, quæ priuilegium aliquod ferat, quamuis aliqui de populo esse clericis non credantur. F

Sciendum, est autem hoc, quod clericis cõpetere diximus, priuilegium fori, ei quoque non denegari, quem sola clericatus possessio, vel quali tueatur, vt Aufrerius censuit in decisionib. Tholos. quapropter remittendus hic foret iudici ecclesiastico, qui tamè iudex ecclesiasticus in eum veluti clericum non animaduertit, nisi de clericali titulo prius edoctus sit, hoc aut nò pbato, iudici laico relinquatur coercendi ipsius potestas, modò ipse iudex laicus ubi seruauerit illius puniendi ius, nam, si nulla sibi seruata potestate iudici Ecclesiastico eum simpliciter remisisset, videretur proprietatis iudicio renunciasse. G

Amittunt autem hæc priuilegia clerici pluribus modis, namque in primis clericus primæ tonsuræ nullum beneficium ecclesiasticum habentes, si clericalem habitum non gestent, priuilegio nullo clericali debent potiri, eam si moniti non fuerint, vt Ego opinor, cum enim neque in ordinibus clericalibus esse is dicatur, neque ad eos ascendendi habere propositum videatur, imò à proposito, quod in fu-

a capitulo sine. ubi no. de iuramen. calum.

b Oth. i. str. in lib. 6. prax. nu. 7.

c capitulo cum P. Manconella. de accusation. ubi gloss. & Doctor. in capitulo de cætero. ubi nota. de testibus, capitulo primo. ubi Felyn. & Decius. de exception. Didac. quæstio. practica. decima octaua. numero secundo, & in. com. opinio. versiculo testificari possunt. Clericus quæstione vigesima quarta, pract. que. versiculo præterea quæro.

d capitulo. can. ra. est labus. ubi not. capitulo. licet hely. de simonia. disto capitulo. cum P. Manconella, ubi nota. & disto capitulo. de cætero.

e disto capitulo. de cætero. disto capitulo. cum P. Manconella. ubi not.

f Felynus in capitulo. ecclesia sancti Marci. numero sexagesimo nono.

g Aufrer. decisio. centesima decima septima. Crauet. de anti. qui. temp. par. 3. sectione. vidimus in 3. enue. numero. 3. 4. post Lap. Domin. Abb. in cap. si iudex laicus. de senten. excom. in sexto.

h cap. i. ubi Innoc. & alij de apostat. c. ex parte. vlti. de priuileg. Ioan. Lup. in tract. de liber. eccle. q. 7. nu. 4. & 5.

i Didac. pract. quæstio. 3. numero primo. Clar. quæst. 3. 6. vers. hęc autem, quæ de clerico.

k d. cap. 6. Sess. 23.

l Didac. d. q. 32. Clar. d. q. 36. ver. hęc autem que.

m Tract. Mille. fol. 73. numero 8. Aufrer. in cap. Tholos. de ci. 227. Clar. d. q. 36.

n Abb. in cap. clericus. 2. nume. 4. de rit. a. & hon. cler. Didac. q. 31. numero. 7. Cap. Tholo. deci. 104. ubi Aufr. nu. 2. Clar. ubi supra.

ceptione tonsuræ præferebat, defecisse, et cur cum ecclesia protegat, vel titeatur, nulla ratio est, & quamuis forrè omnibus non probetur hæc sententia, (scio enim, plurimos opinari, non nisi post monitionem priuilegio clericali huiusmodi apollatas priuari) ipso tamen vsu apud omnes ferè seruatur, ac certe ex Sancti Tridentini Concilij constitutione res hæc dilucidè definita est, vt supra diximus, non de prima tonsura tantum, sed & de quatuor ordinibus minoribus. X

Clericus autem coniugatus, & si virginem acceperit uxorem nullo antea matrimonij pressus iugo, si in tonsura tamen, & habitu non incedat, omni priuilegio clericali proculdubio priuatur, tamen numquam monitus fuisse, nec vlii in contumacia est, vt testantur Didacus, & Clarus, i quo circa à nonnullis laudatur Senatus Tholosanus, qui coniugatum clericum in bipartitis caligis incedentem turpissimus in flagitijs inuentum vltimo supplicio atlecit, & defuncta uxore tamen omnia priuilegia assequetur, quæ clerico coniugato competere solent. N

Item

b Io. an. in c. Ioannes. q. 4. de cle. coniu. Alex. con. 8. nu. 4. li. i. & conf. 149. nu. 7. li. 6. Mars. sing. 480. Did. ac. d. question. 31. versicu. quinto. potissimum. Clarus ubi supra. versiculo. sed hic quero. c. Cla. ubi supra. d. Cape. T. bol. decisi. 104. & 144. Clar. ubi supra.

e c. i. de cle. co. 68 iug. in 6. Zab. i. c. perpendim. de sen. exc. 11. Rolan. d. con. 11. Rolan. d. co. 4. nu. 26.

f Ab. in c. tra. 69 sniffam. per illum tex. col. ij. vers. nota ibi. habitum. de ele. gl. in cle. i. vers. si. sec. laris. in fin. ubi doc. de elec. & in c. i. de vi. ca. & ho. cle. Alex. con. 8. co. si. li. i. Io. Lup. de lib. eccle. cl. q. 7. nu. 2. Rolan. conf. 4. nu. 27. li. i. Cla. rus. q. 36. pra. crimi. ver. dixi. clerum.

g glo. & doc. in c. pe. de vit. & hon. cle. Alex. ubi sup. & con. 149. co. lu. 2. in si. li. 6. h. Clar. & Rolan. ubi supra. i. Hosi. in c. i. de cle. vel mona. Alex. Neuo. cons. 60. nu. 14. Bernar. Diaz. in pra. cri. Clar. ubi sup. ver. sed quid si fallu. K. Dom. in c. i. §. si in c. ex. in si. de cler. coniu. in 6. vro. cons. 11. colum. vi. in fin. ver. & si vestes. Rolan. ubi sup. nu. meo. 33. ver. vltimus. quoro. quid. pap. decis. 133. & consil. ex. nu. 2. Clar. d. q. 36. ver. dixi clericum. in si. & ver. regu. lariter. autem. in si. l. c. si vero. q. e. in audientia. de sen. excom. m. glo. in elem. i. ver. nominatum. de vita. & hon. cleri. Abb. in c. si. col. ij. co. tit. de vita. & hon. cleri. Fely. in c. exhibitu. mer. 3. de iud. ubi additio.

vestes gestare eum oporteat, apertum in iure inuenitur, & quapropter nullus habitus modò honestus, & quena leges canonice non repudient, videtur clericis interdictus, & presertim vero eius regionis consuetudo spectanda est, & talis desideratur habitus, qui facile clericum à populo discernere sui modestia, & honestate possit, si idcirco solent Pontifices vniuersitatis civitatis certam vestimuram normam clericis prascrere, & generalibus edictis, monitionibusq; in Synodo factis clericos suos mone- re, vt eo prescripto habitu vtantur, pœna priuationis priuilegij clericalis adiecta aduersus eos, qui alijs in vestibus inuenti fuerint, quæ monitiones in Synodo factæ specialis, ac tring monitionis vim habebunt, vt priuilegium amittant eis non obtemperantes, nam constitutionis vim habent huiusmodi monitiones, in constitutionibus verò vna regulariter monitio sufficere, & monitio vero generalis etiam per edicta extra Synodum abique constitutione facta non sufficiet, vt clericus nominatum non citatus priuari suo priuilegio debeat, & quòd si aliqui contingat, an vestes, in quibus reperiuntur clericus fuit, clericum deceant, hoc minus, iudex ecclesiasticus de hoc cognoscet, non iudex laicus, quamquam nulli contrarium docuerint, non sat rectè. r.

77 Clericus verò sacer habitum clericalem si non deserat, priuilegium quidem canonis, qui manus in clericum inferentes anathemati subiicit, amittere potest, non tamen confectum fori priuilegio priuatur, si enim quis nescius clericum esse manus in eum intulerit, iustus eum error excusare poterit, cum presumere non deberet, clericum esse, qui clericorum habitu nõ vteretur, quare sententia canonis nõ quaquam incurret, & at, si contendentum eum eo sit in iudicio, non a- lius, quàm ecclesiasticus iudex ad eundem erit, vbicumque constet, eum clericum esse, licet habitu, & malis gestis laicum se esse mentitus fuerit, nisi tunc à suo episcopo, vel prelato monitus fuisset, vt habitum resumeret, delictis

delictisque. & facinoribus malis parceret. A. Priuatur quoque omnibus priuilegijs ecclesiasticis clericus, quocumque ex ordine minorum sit, quicquid enormibus delictis veluti gratia, quâ manus impositione accepit, oblitus immiscere se non erubescit, eaque frequentate, si deprehensus in eis, fuerit, sed maiorum ordinum clericus, vt fori priuilegium amittat, præter supra prædicta monitum fuisse oportet, atque ita præceptis contumacem, vt nullam emendationis suæ spem præbere videatur, & quin etiam nonnulli meliore fortè consilio, & sententia opinati sunt, nec prædictis sex in vnum concurrentibus clericum fori vi- ces mutare nisi depositus rite à fastigio Clericali fuerit, c. ¶ quamquam non pauci Doctores tradiderint, sacerdotum, qui tonsuram, & clericalem habitu dimisso, enormitatibus sese ef- fundit patrandis, priuilegium fori amittere, etiam si monitus non sit, ac eerte tunc saltem, cum ab episcopo suo, vt respiciat, sequè à malis temporerit, textus monitus fuit, & quorum sententiam vti priuilegio clericis diuinitus tradito aduersam, Ego quidem probare non possum, licet propter authoritatem Doctorum sequi cogar, clericus quidem actus, & factus ab ordinibus exturbatus canonis, & fori priuilegium amittit, verbo autem duntaxat spoliatus vtrumque retinet. r. Clericis etiam minoribus priuilegium fori adimitur, si ad secundas nuptias transeant, vel corruptam vxorem ducant, & vel seculari militia adscripti sçua exercere non exhorrescunt, & quibus casibus nec monitio quidem vlla episcopi, alteriusve prælati desideratur, & quamuis tunc monitio trina exigatur, cum propter mercimonia, & negociationes priuilegio priuati sunt, vel quia tabernariam, aut carnisicinam, seu macellariam artem exerceant, vel quia iocis, scurrilibusque ludis, vt populares questum faciant indignum, turpiter indulgent, sed & his casibus tamen nulla monitio exigatur, sed ipso iure priuilegium amittent, si totum annum conti-

a Capitulo cum non ab homine. & capitulo at si clerici. de iudic. ubi not. capit. perpendimus. ubi Ioan. And. Butruis. & Cardinal. de sententia excommunicata. Socin. consilio duodecimo, libro primo. Alexand. dicto consilio octauo. columna secunda, Marfi. singular. 338. Fulgos. consilio 154. Veronen. consilio vndecimo. Roland. consilio quarto, numero vigesimo nono, & seq. b Ioann. Lup. de liber. ecclesiast. quaestio. ne tertias. B. B. tri. & Abbas in dicto capitulo primo. de apostia. c Abb. d. capitulo cum nõ ab homine. & c. at si clerici. de iudic. & in capitulo perpendimus. de sentent. excom. municatio. & capitulo primo. de apostia. Speculator. in titulo de foro competent. Ioan. Lup. d. tracta. de liber. ecclesiast. quaest. tercia. Fely. d. capit. ex parte. de accusatio. d. Alexand. d. consilio octauo, columna penultima, & fina. libr. primo, Cardinal. d. capitulo. perpendimus. Capitius uocacione 161. Cypol. consil. vndecimo, Clar. d. consilio trigesimo sexto, versiculo quero modo. e Innocent. in capitulo qualiter. & quando. ij. de accusatio. Borgas. in tracta. de irregular. par. sexta, versicu. de sentent. deposit. numero sexto. f cap. primo de vita. & honesta. clericorum. clemen. prima, co. titu. Innocent. in d. capitulo. primo. de apostia. Lupus ubi supra. questione. ij. g d. c. primo, de vita & hon. cle. pract. Diaz. c. 62. h in d. c. i. de vita. & honest. cle. Diaz. d. c. 62. i Io. And. Dom. Diaz. ubi sup. k Aegid. Bellamer. decisione ducentesima vigesima sexta, incip. in causa mea. Fely. in capitulo. exceptionem, in principio. numero primo. de exceptio. per illum text. in repet. or. Fely. versicul. clericus, qui non cognoscebatur. Deci. consil. cc. xli. Grammat. voto. 18. l Deci. consil. cc. xli. columna prima. Grammat. Foto 18. numero 18. Caraut. super ritu mag. cur. 65. numero primo. Clarus d. q. vers. est autem hæc exceptio.

80 Illud non est ignorandum, quòd si clericus ob mentium habitum talis non creditus, nec talem se testatur ad iudicium prophanum tractus, & condemnatus fuerit, sed post condemnationem demum sese detexerit, ne illi parere teneatur, quamuis condemnationem curare principalis negocij possit, non tamen à condemnatione expensarum, quibus silentio suo aduersarium fatigauit, immunis relinquendus erit, & quas tamen expensas non laicus iudex, sed iudex clerici Ecclesiasticus sarciri iubebit, ad quem iudex laicus eum remiserit, l. imo

29. imò nec iudex ipse ecclesiasticus tunc cogere clericum ad soluendas expensas litis ante clericatus detectionem factas deberet, cum aduersarius clerici post allegatum, probatumque clericatus priuilegium nihilo secius in lite perleuerasset clericum in seculari iudicio vexando. A
 30. † Principalis autem cause iacturam sub iudice laico ferre clericus nullo modo potest, siue ea causa criminalis sit, seu civilis, tamen nunquam priuilegium suum allegarit, nec clericum se esse detexerit, imò eòtūmax semper fuerit, & quare nec decretum secundum aduersus eum vti contumacem concessum tenebit, cum laicitatis nō dicatur, qui ad iudicium venire non tenetur, nec multa. i potest, nec vera est Bartholi sententia c opinantis, posse eum, si non compareat, multari, vbi citatio manifestum errorem expressum non habet, eum presbyterum, seu clericum nominando, quamuis Stephanus Aufserius d Bartholo adspulatur, Bartholo autem aduersantur frequentes Canonistarum ceterae, & contrarium in vfu forensi esse testatur Clarus in dicta decisione singulima sexta.

a Dec. & Grā mat. vbi sup.
b Dec. d. consi. 2. 41. Gram. vbi sup. Dila. q. 33. nu. 2.
c Bar. in l. nō videtur. pr. nu. me. i. ff. de iudic.
d Aufser. ad capell. Tholof. decis. 165.

DE VITA, ET HONESTATE Clericorum.

Titulus decimus.

FPITOME.

DEHABITV Clericorum in primis agitur, qualem esse oporteat, & quid statuatur aduersus vnumquemq; clericum, qui habitum, & tonsuram clericalem non seruauit, post quae per censentur nonnulli alios quidem homines non indecentia, sed clericis tamen interdicta, vt delatio armorum, negotiationes, commercia secularia, hiltiones, & mimi, tabernae, alea, rum, vel taxillorum lusus, aduocationes praesertim contra suam Ecclesiam, conductiones, rebellionatus of-

ficiū, legum ciuiliū, & Physicā, & Philolophiā, & poeſis professio, & studium in publicis gymnasijs, actus omnes sanguinarij, Chyrurgiae, praesentia in monomachijs, vel purgationibus vulgaribus, venationes, comotationes hilariores, sportule pro iudicijs causarum, ioculatoris ars, mulierum etiam sanguine coniunctarum conuictus, frequens cum mulieribus confabulatio, frequentatio monasteriorum monialiū, matrimonia.

SVMMA RERVM.

- 1 Clerici non debent vti vestibus nimis mollibus, vel prolixis, vel breuibus nimium.
- 2 Plura indumenta enariantur clericis interdicta.
- 3 Episcopi qui non sunt monachi, gestare debent vestes linas superiores in publico.
- 4 Vestes quaedam clericis interdictae ex constitutione Clementis
- 5 Penae gestantium vestes interdictas est arbitraria.
- 6 Clericus beneficiatus vtens veste virgata, vel scaccata, quam poenam meretur.
- 7 Clericus non beneficiatus, quam poenam incurrat, si contraueniat.
- 8 Pallium superius non debet esse breuius infra iore, & contranientium poena.
- 9 Clerici ferre debent vestes iuxta formam eis ab episcopi opo datam.
- 10 Vestes fulgidae clericis, & episcopis interdictae.
- 11 Unguentis vti non debent clerici, nec comam, aut barbam nutrire.
- 12 Coronam sphericam cur gustare debeant clericis capite raso.
- 13 Sacerdotes non debent extra domum apparere sine vestibus sacerdotalibus.
- 14 Clericus excusatur, qui propter paupertatem non potest ferre habitum praefixum.
- 15 Vestes prohibitas ferens secretas, & domi non meretur poenam.
- 16 Vestes sumptuosiores gustans ad decorandum amicum excusatur.
- 17 Arma ferre non debent clerici.
- 18 Arma ferre licet clericis in iuramentibus ad

- ad defensionem.
- 19 Clerici non debent negociari causa lucri.
- 20 Non debent exercere officia, vel commercia secularia.
- 21 Nec vacare hiltionibus.
- 22 Nec frequentare tabernas.
- 23 Nec ludere aleis vel taxillis.
- 24 Clerici in sacris, vel stipendijs ecclesiasticis sustentati non debent aduocare, vel postulare.
- 25 Nisi suam, vel suarum ecclesiarum causam agant.
- 26 Vel causam miserabilium personarum.
- 27 Vel coniunctarum suorum ex necessitate.
- 28 Sacerdotes nemini debent nocere, sed omnibus prodesse.
- 29 Clericus aduocans contra suam ecclesiam priuandus est beneficio.
- 30 Clerici non debent secularium esse coadutores, vel negociatores.
- 31 Clericus delinquens in officio seculari, non tamen potest ab illo Principe seculari puniri.
- 32 Clerici non possunt exercere officium tabellionatus.
- 33 Instrumenta a clericis tabellionibus, confecta valent, quamdiu non est eis interdictum exercitium.
- 34 Possunt tamen illud exercere in causa ecclesiastica, vel spirituali.
- 35 Et possunt instrumenta antiqua expleve.
- 36 Scriptura priuata clericis non habet fidem scripturae publicae etiam ad pias causas.
- 37 Clericus effectus tabellio non tamen priuatur beneficio, nisi ad criminales causas a seculare factus sit.
- 38 Legibus & Physicā operam dare qui prohibentur.
- 39 Leges audire, vel interpretari non potest quis clericus sine licentia Summ. Pontificis.
- 40 Philosophia, vel poeſis quando vacare possit clericus.
- 41 Clericus non potest ferre sententiam sanguinis, vel literas dictare, vel scribere.
- 42 Praesse non potest viris sanguinum.
- 43 Neque exercere chirurgiam.
- 44 Neque interesse monomachijs.
- 45 Venatio clericis interdicta etiam minoribus.

- 46 Intellectus cap. secundi, de clerico venatore.
- 47 Clerici minores dantes operam venationi quomodo puniantur.
- 48 Clericus minor, an magis puniatur si cum tonsura venatur, an sine tonsura.
- 49 Venatio licita est causa animi recreationis, dum raro.
- 50 Venatio licita est causa necessitatis.
- 51 Venatio interpretari debet in dubio facta causa recreationis.
- 52 Consuetudo non excusat clericum venatorem.
- 53 Crapulam evitare debent clerici.
- 54 Clerici non possunt accipere salarium p iudicijs, & quomodo intelligatur.
- 55 Clerici non debent esse ioculatores.
- 56 Clerici non debent tenere domi mulieres suspectas.
- 57 Clericus saepius fabulans cum mulieribus excommunicatur.
- 58 Clericus frequentans monasteria monialium excommunicatur.
- 59 Clerici sacri non debent esse coniugati.
- 60 Synodus Triden. innouauit omnia antiquitus statuta circa vitam, & honestatem clericorum.

CVM Clerici in sortem domini vocati, & a popularibus segregati rotantisque priuilegijs sint aucti, congruum est, vt ipsi inuicem tantis muneribus, quoad fieri potest, non indignos sese ostendant, sed vitae puritate, ac morum sanctitate alijs hominibus sese praestare, atque antecellere studeant, nam, si sal euanuerit, in quo salierit? eorū quippe actiones omnes in claro, & illustri loco, & tanquam in theatro conspicuo positae sunt, quare non magis delitescere possunt, quam ciuitas lummo in monte edificata, aut lucerna in caedelabro accensa existens, hinc cauere eos oportet, ne, quod in eis lumen est, vel esse oportet, tenebrae fiant, Eo factum est, vt moribus eorum casti, & pie in formandis Pontifices Max. curam praecipuam adhibuerint, certas etiam vestium formas, & species, ac colores illis interdicens, & quasdam actiones ab eis amouentes etiam, quae alijs hominibus in vfu haberent, nedum, q̄ mori

• c. clericici, eo. tit. de vita & hone. cle.

• clem. fi. vbi gl. ver. sanctio ni. eo. ti. de vita, & hone. cl. vbi Zabar.

• glo. l. cle. fi. ver. sanctio, & Zab. ibi Monoc. de arb. iudi. casu. 393. centu. 4. lib. ij.

d. gl. ibi. ver. quodcumque.

e. d. cle. fi. vbi glo.

f. c. i. 22. q. 4. ibi gl. Abb. c. clerici. de vi. & hon. cle. & c. v. an. nisi. col. ij. ver. not. ibi. eo.

g. c. clericus. eo. ti. de vi. & hon. cle.

h. c. prohibite dist. 23. c. clericici. eo. tit.

geratum vnumquemq; hominem deturpare possint; Namque (vt à vestibus incipiamus) quamuis, (vt titulo superiore docuimus) certas vestiu formas non prescripserint, quibus vti clericos omnino velint, quas tamē gestare eos non decet, non obscure declarauerunt, nisi quidem Innocentius Tertius A. statuit, ne vestib. nimium molibus, nisi rubeis, aut viridibus, aut nimium prolixis, vel breuibus vtiatur, nec manicis, aut sotulalibus consutijs, nec frenis, sellis, pectoralibus, aut calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem habentibus, nec tunicis manicatis ad diuinum officium intra Ecclesiam, aut alibi, qui sunt in sacerdotio, & personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit, habitū mutari, nec fibulas, Zonāsve ferant, auro argenteo ve ornatas, nec annulos, nisi aliqua in dignitate sint, hoc tātū gestamen eis indicit, nempe omnib. clericis, vt claufas in summo vestes habeant, Pontificibus verò, vt in publico, & in ecclesia superiores vestes lineas habeāt, nisi monachi fuerint, nec pallijs distiblaris in publico vtiatur, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

4 Quibus addidit Clemēs Quintus in Concilio Viennensi, ne clericici presertim beneficiati caligis diuersi coloris, seu scaecatis (vt vocant) nec rubeis, aut viridib. publicē vtiatur, si cui sanctioni cum nullam penam adiecerit, arbitrio relicta ordinarij penā exhibetur, c. statuitq; idem Clemēs eadem constitutione, vt quicumq; clericus virgata, vel partita veste vsus publicē fuerit, nisi iusta ratione ductus, si beneficiatus fuerit, per sex menses, à percipiendis beneficiorum fructibus sit eo ipso suspensus.

7 Beneficium verò nullum habens siue in sacris ordinibus, siue in minoribus circa sacerdotium constitutus fuerit, tantundem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad beneficium ecclesiasticū, minorum tamen ordinum clericus si ne beneficium ita denum has pœnas incurrit, si cum huiusmodi vestibus interditi clericalem tōsuram simul detulerit, dignitatem verò habens, aut personatum, aut beneficium cum cura,

cæteri; sacerdotes, ac religiosi, si nulla ex rationabili causa eiusmodi interditi vestes publicē detulerit, aut infulas, lineumve pileum, beneficiati quidem anni vnus fructibus priuantur, cæteri verò sacerdotes, & religiosi quilibet tantundem temporis arcetur, ne vllum beneficium ecclesiasticū quodecumq; etiam pensionem, vel præstimonium assequi possint. **D** Atque, vt quicumque clericici Epithogium, id est, veltem superiorem, seu passium, quod vulgari, & materna lingua tabardum appellant, interiorem tunicam adsutā habens, inferiori veste breuius gestent seculares, seu religiosi administrationem habentes teneantur infra mēsem dare pauperibus, cæteri; religiosi ad administrationem non habentes eodem temporis menstrui interstitio suis prelatis resignare teneantur in pios vsus conuertendum, nisi beneficiati suspensionem à beneficijs, cæteri verò per mensem à beneficijs assequendis arcēri velint.

8 Cui Clementis constitutioni sacros. Synodus Tridentina inhæret, eamq; in vsū reuocans, & extendens, constituit, vt ecclesiastica personæ omnes, quantumcumq; exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia, qualiacumq; obtinuerint, si postquam ab episcopo suo etiam per edictum publicum monitæ fuerint, honestum habitum clericalem illorum ordini, & dignitati conuenientem, & iuxta ipsius episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, nec non, si semel correpti denud in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiusmodi coerceri possint, & debeant, vt ex capite sexto, Sessionis decimæ quartæ cernere licet.

10 Item præcipitur clericis, atque etiam episcopis, vt fulgidis, & claris vestibus ne vtiatur, nisi ne vignuentis & perfundantur, neq; vt comam, aut barbam nutriant, atque vt & superiorem capitis partem in modum sphaeræ abra-sam si gestent, quod non temporalium modò omnium curam à se abiectis ostendunt.

ostendant, sed etiā regni caelestis spem, quam habent, corona sphaerica demōstrant. **A** Nec conuenit, sacerdotes extra domos sine ornatu sacerdotali apparere, ne contingat eis incognitis iniurias vti popularibus pati. **B** Excusandus ferit tamē clericus, quem egestas non sinit iuxta prescriptam formam indui, sed quicquid ei vestiu gratis datum fuerit, gestare compellat, & item us aut indigus erit, qui vel secretas duntaxat, latentresque vestes, vel domi suæ, vel modico temporis spatioso, & dum fortē amici, aut cognati nuptias aliaue solennia decorare studet, gestare inuentus fuerit modum clericalem paulum excedentes, si tamen virum alioqui grauem, quamuis popularem nō dedecent. **C** Et hæc quidem habitū, & ornatum clericorum spectant, quæ cum sic præcipiantur, vt ex habitu cōposito, qua morum grauitate sint, indicetur, quāto magis mores, actiones quo ipsas componere, & appetitus seculares frenare eos oportet. **C** Cauere igitur debet, ne arma militaria secum ferat, nisi excōcationem subire velit, & ex iusta autem causa, & vt cum per loca periculosa iter faciunt, sui tamen causa, non vt quemquam percutiant, ferre eis gladios non est interdictum.

19 Item prohibentur clericici lucri causa negociari. **F** Et Innocentius Tertius in Concilio generali constituit, ne clericici officia, vel comertia secularia exerceant, presertim in honesta, & minimis, ioculatoribus, & histrionibus ne intendat, & tabernas prorsus vt eundem iter faciunt, saleisque, & taxillis ne ludant, nec ludentibus inter sint, seq; in officijs ecclesiasticis, & alijs bonis studijs exerceant diligenter, quod si tertio moniti ab huiusmodi negocijs secularibus non desisterint, sed prætermisiss diuini officijs negociationib. istiterint, cum factio priuilegium abijciant clericale, vt olim diximus, nullā ab ecclesia tutelam accipient, quominus, dum his se implicant, statutus, & consuetudinibus patriæ de suis facultatibus subiacent. **G** Latrunculorum autem, seu (vt vocant) scaechorum ludum propter nimium studium, & tē-

poris iacturam, quæ sibi exposcit, non satis probare possum, quamuis verendius reprehendam, quia pleuq; viris religiosis in vsu est, & ab optimis viris admissus, si tamen bonis horis, non detrahat, nec terialudo post habeantur, concedendum putarem, quāuis enim ingenio potius, quā fortūna res agatur, non tamen congruit prudenti viro, qualem esse clericum oportet, ingenij vires vsque ad eum in ludis exercere, neque omnia, quæ ingenio geruntur, clericis licent, ac multo minus concedendum censem, vbi gratis non luderetur, vix enim est, ne aliquod ex octo vitijs, quæ Archidiaconus meminit, etiam hoc in ludo inueniatur.

1 Item prohibentur clericici maiorum ordinum, vel qui stipendijs ecclesiasticis aluntur, apud seculares iudices de litijs disceptare, vel postulare, nisi priam causam, vel litem ecclesie prosecute, vel piam causam agant, pro viduis, & orphanis, & miserabilibus personis fortē, quæ proprias causas administrare non possunt, intercedentes, vt nisi personis conuenientis, vbi necessitas imminet, opem ferant, sacerdotis enim officium est, nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, & non multis ab hinc annis scio, aduocatum quemdam Mediolanensem, qui ab Archiepiscopo aduocationis munus obire vetabatur, quod clericus, beneficiatusque esset, omni ope studuisse, vt à Pio Quinto Sanc. Mem. tunc Pontif. Max. veniam impetraret, beneficijs re tentis aduocati officium vt nihilominus exercere posset, quod cum impetrare non potuisset, beneficijs se abdicasse, vt munus aduocandi omittere non cogere tur. Clericus tamen, qui contra ecclesiam, à qua beneficium habet, pro exteris aduocatus, vel procurator esse presumit, tamquam ingratus potest, præsertim si clericus sit eiusdem ecclesie, beneficio illo spoliari.

1 Item prohibetur clericici conductores secularium rerum, aut procuratores in negocijs secularibus, o vel laicorū ministri esse, quod si non ternaunt, & propterea huius administrationis occasione propter causam pecuniam in fraude fuerint deprehensi, indignū est

a. c. de ostent. vbi gl. 24. q. i.

b. c. de successu. xxi. q. iij.

c. Anz. An. c. Imcl. et. de. de. vi. & hone. cl. l. 1. 2. c. 69. p. v. c. v.

d. c. ij. eo. tit.

e. gl. d. c. ij.

f. c. secundum i. i. i. ta. m. cle. ri. vel mon.

g. c. fi. eo. tit.

h. gl. in auc. in. tentione. C. de. epif. & cle. Archi. c. eps. dist. 45. in. no. c. lator. de. l. om. A. b. c. cle. ricici. nu. 207. de. vi. & hone. cle. ric.

i. Arch. in. d. c. eps. dist. 35

k. c. i. ne. cleri. vel mon. & c. i. de. postulan.

l. d. c. i. de. postulan.

m. c. v. sacerdotis. de. post.

n. d. c. eum. sa. cerdotis. in. fi.

o. d. c. i. & u. ne. cler. vel mo. na. vbi. gl. ver. si. procuratores.

aut mimum, vel histrionem agunt, si per annum artem illam ignominiosam exeruerint, ipso iure, si verò tempore breuiori, ac terro à prælatis suis moniti non respicerint, omni priuilegio clericali carituros. A

Præterea adeo incorruptam, & candidam esse oportet clerici famam, & ab omni suspitione alienam, vt multa alia his vitanda sint, quæ in secularibus alioqui non damnarentur, nam & eas mulieres domi habere prohibentur, in quibus naturale consanguinitatis fœdus non permittit, malum suspicari, vbi remota sanguinis præsumptione, aliqua incontinentiæ suspitio exoriri in aliquorum mentibus possit, qua propter & matres ipsas, nedum amittas, sorores, aut alias cõsanguinitatis, aut affinitatis gradu, vel genere cõiunctas, quæ vitiorum aliquem fomitem, vel scintillam præbere possint, domo eadem simul conuuentes habere

non debent, tum quia & in illis instigante diabolo perpetrati scelus quæ reperitur, tum quia illæ, quæ ad matrem meam, aut sororem accedunt, quæve illis ministrant, & inseruiunt, matres meæ, aut sorores non sunt, sed ratio tamèn prior præceptum, posterior consilium spectat, non est tamen Clericis interdictum, quin consanguineas suis suppetijs indigentes, in domo aliqua seorsum alere in villa, aut vico à sua cõuersatione repositas possint. c

57 Hinc etiam, si quis sacerdotum, id est presbiter, diaconus, aut subdiaconus, de quacunque femina crimine fornicationis suspectus post primam, secun-

dam, & tertiam monitionem inuentur fabulari, & aliquo modo cum ea conuersari, excommunicationi subiectus est, femina verò canonicè iudicanda. d

58 Item clericus ad monasteria sanctimonialium sine manifesta, & rationabili causa frequenter accedens per Episcopum arcendus est, & si non defierit, ab officio ecclesiastico reddendus immunitis. e

¶ Quid, quòd, & à legitimis nuptijs ipsi alioqui debent, & à Deo institutis alieni esse debent sacri clerici, & tanto à laicis discrimine separantur, quòd, si his actionibus arcantur clerici suapte natura licitis, quòd magis ea, quæ in quouis homine criminosa sunt, eis interdicta dicemus, quæ tamen alio loco dicenda seruabimus.

60 Sacrosancta quoq; Synodus Tridentina constituit, e vt, quæ aliàs à Sum. Pontificibus, & sacris concilijs, de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinæ retinenda, ac simul de luxu, commellationibus, choreis, aleis, lusuibus, ac quibuscunque criminibus, nec nõ secularibus negocijs fugiendis copiosè, & salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum isdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis obseruentur, nec appellatio executionis hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat, si qua verò ex his in defuetudinem abijisse compererint, ea quamprimum in vsum reuocari, & ab omnibus accuratè custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscunque.

a c. m. de vi. & hon. cleric. vbi glo.

b c. i. de cohabit. cle. & mul. vbi no.


c d. c. i. de cohabit. cle. & mul. in fi.

d. c. ij. eo. ti. de cohabit. cler.

e ca. monasteria. eo. ti. de vi. & ho. cler.

f ca. i. & per totum. de cle. coniuga.

g c. i. sess. 22. de reforma.



HIERONYMO ALBANO

S. R. E. CARDINALI AMPLISS.

Et plurimum religioso.



M. Antonius Cucchus. S. D.



G I T V R (ni fallor) amplissime vir annus septimus supra vigesimum, ex quo Ego, qui tunc recens togam Iurisconsultorum sumpseram, de meis, fratrumque meorum fortunis anxius, vt imminente cui dam periculo consilium caperem, ad te accessi à Ioanne Baptista filio tuo, tunc eximie spei adolefcente, nunc præfule admodum religioso, cuius amicitia hoc in gymnasio assuetus fueram, vltro introductus. Tu verò me non solum pertuinaniter accepisti, postquam ab eodem filio tuo, quis essem, edoctus es, sed etiam in causa illa ancipiti prudens, & fidele consilium, quod euentus etiam probauit, dedisti: quod, licet vix fieri posse opiner, vt tu, (quamuis magna alioqui memoria polleas) nunc recorderis, nam præterquam, quod tu facilius accepta, quam alys collata beneficia soles meminisse, præterea temporis longinquitas tot varijs rerum casibus sociata, & quia nunquam ante prius me noveras, vel videras, neque ex eo tempore amplius me nunquam vidisti, aut vllum mei monumentum habuisti, ita vt pertransiens quedam tibi forte imago sim visus, potuerunt omnem de me, si qua erat, memoriam delere, Ego tamen contra non debui huius meriti non memor esse, neque enim æquum est, beneficiorum acceptorum memoriam villo casu, aut temporis cursu cum amittere, qui beneficium accepit, quare tam fixa animo inbasit meo, vt hodierna, aut hesternæ die tantum mihi id contigisse videatur, & nunquam animus mihi exinde quieuit, desiderio actiuans, vt sibi quandoque daretur tempus, saltem aliquo modo gratitudinem declarandi, auxit desiderium alia obligationis causa, nempe vtilitas, quam ex tuis lucubrationibus percepi, & percipio quottidie: At, cum mecum cogitarem, quoniam modo hunc animum meum tibi notum facere possem, erubesceremq; eorum exemplo, qui à creditoribus non allata ad satisfaciendum pecunia conspici vitant, tandem satius duxi, debitum saltem fateri, & tabulas conscribere, quam rusticitatis eam notam subire, qualis latitanti post columnas debitori impingi solet: Hæc igitur Epistola, qua Institutum mearum tibi quartum librum nuncupo, simul animum meum, qua poterit, testatum faciet, declarans etiam, quantum scriptis tuis debeo, quæ quidem si imitata vi sic potuissim, vt mirari, felicius profecto hoc meum studium longè futurum mihi polliceri possem: sed hæc tamen scio, quacunque aut quali acumq; sint, te non despecturum: sic enim accepi, nõ minus modestum te, & æquum iudicem esse in æstimandis aliorum operibus, quàm rigidus seruicrusque censor sis in tuis. Vale, Papiæ anno salutis M D L X V I I I. Kal. Iamij.

Libri Tertij finis.



Tituli Quarti libri.

- 1 De Electione.
- 2 De Postulatione praelatorum.
- 3 De Potestate electi.
- 4 De Confirmatione, & confirmati potestate.
- 5 De Consecratione Episcopi, & monialium, & benedictione
Abbatis.
- 6 De Pallio eiusque autoritate, & usu.
- 7 De Translatione Episcopi, & aliorum inferiorum.
- 8 De Visitatione per Praelatos facienda.
- 9 De Procuracionibus
- 10 De Synodo Prouinciali, & dicecesana.
- 11 De Potestate ordinandi, & literas commendatitias dandi ad
ordines.
- 12 Qui promoueri ad ordines non possunt.
- 13 De temporibus ordinationum.



MARCI ANTONII CVCCHI

IURISCONSULTI

Institutionum maiorum, seu Pandectarum Iuris Canonici.

LIBER QVARTVS.

Primi Pentatheuci.



DE ELECTIONE TIT. PRIMVS.

Epitome.

Enarrato, quæ dicantur collegiatae Ecclesiae, & quod penes illas solet ius sui praelati eligendi esse, docet, quo ordine, quo tempore, quor modis, quibus formis fiat electiones, quomodo ex inspiratione, quomodo ex compromisso, & latissimè quomodo ex scrutinio, cuius scrutiniij in electionibus Episcoporum, & praelatorum ecclesiarum collegiatarum generalem iurisdictionem habentium, & regularium multa requisita pro forma traduntur nempe syndici constitutio, notariorum, & testium deputatio, syndici eisdem, & notarij, & testium ius iurandum, absentium collegarum citatio, citationisque forma, & tenor, hocq; in loco, dum edoctorus est, quinam citandi sint, simul etiam, qui eligere possint, vel qui non possint, item & econtra, qui non possint eligi recensentur, nempe impuberes, furiosi, mente capti, omnesq; iudicio carentes, & excommunicati, & non professi, nec qui in sacris non sunt, nec expectari eos oportet, quamuis intra tempus electionis possint fieri idonei, neq; beneficiati, qui non sunt canonici, neq; exteri, neq; canonici supernumerarij, qui tamen extranei, & supernumerarij à capitulo admitti possunt, & ius eligendi praescribi potest, Item q; laici etiam conuersi, etiam patroni, & principes ab electione summouentur, & quod dignior eligendus, & quis dignior dicatur, & q; ex gremio ecclesiae illius, & an ex alieno eligi debeat, q; suspensi, scismatici, illegitimi eligendi non sunt, nec mi-

nores annis triginta ad episcopatum, nec repullam semel passi, nec semel in concursu una cum alio electi, nec ambitiosi, neque abusi in electione potestate seculari, nec dignitates alias habentes, neque episcopi ad alium episcopatum; qua poena affligantur, qui indignum elegerunt, post haec rediens ad acceptam electionis formam tradit, quinam vocare collegium ad electionem faciendam possint, quantum tempus electioni faciendae sit datum, quando labi incipiat, electione intra id temporis non facta, quis suppleat, an id tempus preueniri possit, quid si tempore ad eligendum statuto pauci comparuerint, quid si, posteaquam conuenerunt, discesserint ante perfectam electionem, quid si ante obitum prelati electio fiat, vel praeparatur; Rursus repetens formam absoluturus omnia requisita electionis instruit, missam ut prius audiant, sacramque Eucharistiae communionem accipiant, collegas excommunicatos absoluant, praeses collegij, quam interrogationem ad collegium habere, quam protestationem facere debeat, scrutatores quot, & a quibus eligantur, & quales, quod iuramentum praestare, qua forma scrutari debeant, vota qualia reprobentur, an procurator constitui ad eligendum possit, & quis, & quae sit procuratoris constituti potestas, quid, si plures constituti sint procuratores, quando & quomodo publicari vota oporteat, clandestinis electionibus, quae sit autoritas, votum an quandoque reuocari, & mutari possit, post publicationem scrutinij quae gerantur, collatio votorum, vide licet, zeli, meriti, & numeri quomodo fiat, post quam collationem de electionis pronuntiatione agit, a quibus, scilicet, qua verborum forma, & quando fieri debeat: quomodo sit consultum electo, cum videt, electionem procrastinari, & non procul de secunda electionis publicatione agit, hinc quaedam specialia attingit in electionibus monialium statuta, tam ex Concilio Tridentino, quam ex iure antiquiori; post haec generaliter edocet, quanto tempore sit habendus ab electo assensus, & quid si quis electioni extra iudicium, vel in iudicio appellationis via opposuerit, quam formam in obiectione, vel appellatione, siue per se, siue per procuratorem quis opponat, seruari teneatur: post quae de electione Pontificis Maximi sermonem habet, a quibus, & quo in loco stant Cardinalium conuentus, quibus angustiis coercentur, quamdiu electio differtur, differendo: Postremum huius tractatus locum occupat electio Imperatoris, qua edocetur, qualis eligi Imperator debeat, & a quibus, & quot, ac, quid si electores non conueniant, electionemve producant, quae Pontificis Maximi autoritas eo casu, quae potestas sit.

Summa

SVMMA RERVM.

- 1 Prælatu & conferuntur, vel ad S. Pontificem, & alio prælatu, vel per electionem.
- 2 Prælati collegiorum ab ipsis collegijs eligendi sunt.
- 3 Nisi aliud habeat consuetudo.
- 4 Electionis distinctio.
- 5 Collegiata ecclesia qua dicatur.
- 6 Collegiata non dicitur ecclesia, nisi talis à principio instituta sit.
- 7 Numerus trinita requiritur in collegio, ut institui collegium possit.
- 8 Collegium potest esse licet nulla appareat institutio.
- 9 Signa collegij quae.
- 10 Sindici constitutio est signum collegij.
- 11 Signillum commune est signum collegij.
- 12 Prælati eligendi ius est signum collegij.
- 13 In collegio non est necessarium esse caput.
- 14 Conuentus ecclesiarum cathedralium, et regularium praesumitur in dubio esse collegium.
- 15 Ecclesia habens aliquod privilegium collegij praesumitur collegiata in dubio.
- 16 Collegium in uno solo rinere potest.
- 17 Collegij reliqui & superesse possunt etiam omnibus collegijs distinctis.
- 18 Statutum valet in ecclesia, ut collegium esse possit ex prælatu, & duobus clericis, vel duobus clericis tantum.
- 19 Prælatu non est ex collegio, nec habet uocem in capitulo.
- 20 Electio non fit, nisi prius corpore defuncti prælati tradito sepultura, & factis exequijs post tres dies.
- 21 Nisi aliud poscat occasio, vel necessitas.
- 22 Electio non debet fieri nocte, nisi ex necessitate, & cum tribus luminaribus.
- 23 Electio faciendae est in loco consueto, & ecclesia, nisi ex causa locus mutetur.
- 24 Canonicoꝝ occupantium res ecclesiae vacantis pana.
- 25 Forma tres electionis.
- 26 Electio ex spiritu sancto quae.
- 27 Electio facta ab omnibus, & singulis concorditer, sed in scrutinio non dicitur esse ex spiritu sancto, quamuis praesumatur talis.
- 28 Electio non dicitur esse ex spiritu sancto si unus modò contradixerit.
- 29 Nec si altera parte priuata voce, altera pars concorditer eligat.
- 30 Electio ex spiritu sancto non eget confirmatione.
- 31 Electio ex spiritu sancto non patitur aliquam obiectionem.
- 32 Electio facta ad clamorem populi non valet.
- 33 Electio ex compromisso quae.
- 34 Electio ex compromisso facta contra formam non valet.
- 35 Compromissariorum vnus eligi potest, si ille vicem suam non dederit, & data fuerit facultas eligendi nisi ex scriptis.
- 36 Compromissum ut fiat de electione, omnes consentire oportet ex collegio nemine discrepante.
- 37 Compromissum de eligendo reuocari non potest, si res non sit integra.
- 38 Electio facta à collegio re integra praefertur electioni factae à compromissarijs post eam.
- 39 Electione opus non est, cum vnus tantum ex collegio superfluit.
- 40 Canonicus non dicitur proprie eligi, sed recipi. (Etium.)
- 41 Canonicatus non dicitur beneficium electionis non comprehendit canonicatus.
- 42 Constitutiones loquentes de beneficijs electiuis non comprehendunt canonicatus.
- 43 Syndicus constitui debet priusquam fiat electio, & syndici officium.
- 44 Notarius deputatur pro negotio electionis, & testes.
- 45 Iuramentum notarij, & testium in negotio electionis.
- 46 Citandi personaliter omnes de collegio ad electionem, qui praesentes sunt.
- 47 Contemptus vnus tantum irritare potest electionem.
- 48 Contemptus vnus plus nocet, quam multorum contradictio.
- 49 Impediti nihilominus citari possunt.
- 50 Contemptus agendo intra electionis tempus de contemptu irritat electionem.
- 51 Successor eius, qui contemptus fuit agere de contemptu potest et post consecrationem.
- 52 Contemptus potest ratificare electionem factam se contempto, ut amplius eam dicere nullam possit.
- 53 Absentes à pronuncia citandi non sunt, nisi propria qui sint.
- 54 Existentes in extremis finibus in provincia non sunt citandi, nisi aliter arbitror, qui conueniant.
- 55 Gallie citatus in provincia existens etiam velle recusat.
- 56 Consuetudo valet, quae citatur absentes ubicunq; sint, & contra, ne vnquam absentes citentur.

- 57 *Vagabundi non sunt citandi.*
 58 *Citari quomodo debeant, qui ignorantur, ubi sunt.*
 59 *Latitantes quomodo citandi.*
 60 *Absens impeditus an citandus sit.*
 61 *Citationis debet fieri instrumentum publicum.*
 62 *Literae citatoriae debent reddi aperte.*
 63 *Citationis tenor qualis.*
 64 *Hora licet non exprimat in literis citatorijs nihil refert.*
 65 *Hora consuetudo nempe matutina censetur expressa.*
 66 *Horam exprimi cautius est.*
 67 *Necessarium an sit exprimere, quod electio celebrabitur ipso plerius non citato.*
 68 *Vocari debent etiam, qui sciunt ecclesiam vacare.*
 69 *Vocari debent etiam, qui noluerunt interesse, cum dies statueretur.*
 70 *Præsentes qui fuerunt, cum dies statueretur, vocandi non sunt.*
 71 *Præsens tempore citationis, sed absens tempore electionis an citari debeat, & econtra.*
 72 *Impuberes non habent vocem in electione.*
 73 *Impuberes non vocati ad electionem age re non possunt de contemptu.*
 74 *Quæ etas requiratur, ut quis possit eligere in cathedrali, vel regulari ecclesia.*
 75 *Furiosus, & mente capti eligere non possunt.*
 76 *Subdiaconatus ordinem non habens eligere non potest.*
 77 *Quamuis alij de collegio essent contenti.*
 78 *Ordines accipere paratus non est expectandus ad electionem.*
 79 *Impubes, qui futurus est pubes ante electionis tempus non est expectandus.*
 81 *Excommunicatus non est expectandus, ut absolutionem impetret.*
 80 *Neque novitius, ut professionem faciat.*
 82 *Neque absens, ut revertatur.*
 83 *Acceleratio quandoque præsumitur facta in fraudem.*
 84 *Habilis tempore electionis, licet inhabilis tempore vacationis eligere non prohibetur.*
 85 *Eligere quis debeat, quando nemo ex canonicis reperitur in sacris tempore electionis faciendæ, & an immediatus superior debeat statim eligere, an verò expectare lapsū trimestris, seu semestris.*
- 86 *Canonicus nondum habita possessione, an eligere possit.*
 87 *Beneficiari, qui canonici non sunt, non admittuntur ad electionem cum canonicis.*
 88 *Canonici non alij faciunt unum & idem corpus cum episcopo.*
 89 *Exteri qui non sunt ex eadem ecclesia, non admittuntur ad electionem, & quare.*
 90 *Canonici recepti ultra numerum, quando habeant vocem in electione.*
 91 *Canonici etiam extraneos admittere possunt ad eligendum secum, si velint.*
 92 *Modò nullus eorum dissentiat.*
 93 *Prælatus ecclesiarum inferiorum eligendi sunt à capitulo.*
 94 *Extranei, & alij, quibus nullum ius competit eligendi, possunt illud præscribere.*
 95 *Præsripto iure postulandi, an censetur præscriptum ius eligendi.*
 96 *Electio facta ab his, qui habent proprietatem, cum alij haberent possessionem, an valeat.*
 97 *Proprietarius eligere tunc potest, cum possessio vacat.*
 98 *Non professus non admittitur ad eligendum cum professis.*
 99 *Laici quamuis patroni ecclesie non admittuntur ad electionem.*
 100 *Matrimonium spirituale inter prælatus & ecclesiam initiatum electione.*
 101 *Laici possunt interesse electioni ex privilegio specialis Pontificis Max.*
 102 *Item, ut ipsi providere possint beneficijs.*
 103 *Laici non debent potestate abuti, ut electio fiat eorum arbitrio.*
 104 *Electionis factæ per potestatis secularis abusum irritatio, & electi eligentiumque pena.*
 105 *Quod procedit in electionibus episcoporum tantum, vel maiorum.*
 106 *Electio facta impulsu principis quando sit nulla ipso iure, vel irritanda.*
 107 *Persequentes aliquos, quia in eligendo sibi non complacuerunt, excommunicantur.*
 108 *Consuetudo, ut prælatus mors significetur Principi, non reprobatum, ut illi non suspecti eligantur.*
 109 *Oeconomus secularis officium.*
 110 *Laici possunt electioni interesse, ut protegant.*
 111 *Item ut instruant non peritos, aliter vitiles sint.*

Laicus

- 112 *Laicus fundans ecclesiam collegiatam potest sibi reservare ius eligendi consentiente episcopo.*
 113 *Laici conversi non possunt eligere cum clericis.*
 114 *Præscribere tamen possunt ius eligendi.*
 115 *Quamuis meri laici non possint præscribere.*
 116 *Laici eligere possunt in locis pijs, quos ipsi gubernant.*
 117 *Excommunicatus, & suspensus eligere non potest.*
 118 *Excommunicatio minor non impedit eligere.*
 119 *Collegium quid facere debeat si excommunicatus exire velit.*
 120 *Electio facta præsentem excommunicato non est nulla, nisi fuisse denunciatus.*
 121 *Excommunicati non denunciati vox alij accersit.*
 122 *Suspensi ab officio non admittuntur ad eligendum.*
 123 *Mortaliter peccat, qui non eligit dignitatem cum possit.*
 124 *Electus deceptus electionem non peccat, licet alius dignior eligi potuisset.*
 125 *Dignior quis sit.*
 126 *Theologus an iurist consultus potius eligendus sit.*
 127 *Electio fieri debet ex gremio illius Ecclesie.*
 128 *Consuetudo facere potest, ut quis eligatur ex alio gremio.*
 129 *Privilegio Pontificis Max. potest quis ex alio gremio eligi.*
 130 *Electio fieri potest ex alio gremio, ubi nullus dignus sit in ecclesia, quæ eligere vult.*
 131 *Dignus si exeat in ecclesia, quæ vult eligere, non est conquirendus dignior in alia ecclesia.*
 132 *Excommunicati etiam minori excommunicatione eligi non possunt, etiam ab ignorantibus excommuni.*
 133 *Hæretici eligi non possunt.*
 134 *Suspensi eligi non possunt.*
 135 *Scismatici incapaces sunt electionis.*
 136 *Item illegitimi non possunt eligi, nisi legitimitati, vel dispensati fuerint à Summo Pontifice.*
 137 *Dispensatio natalium ad dignitates non comprehendit episcopatus, nisi fuerit specificatum.*
 138 *Episcopus eligi non potest, minor tri-*
- ginta annis.
 139 *Nec, qui non sit vir gravis, & doctus.*
 140 *Episcopus eligi non potest ad alium episcopatum.*
 141 *Repulsam passus semel propter defectum suum eligi amplius non potest, etiam in alia ecclesia.*
 142 *Eligi neuter ea vacatione debet ex his, qui inter se competierunt semel tamquam illegitime facta, & electio eorum irritata fuit.*
 143 *Alia tamen vacatione eligi possunt.*
 144 *Electio facta post electionem aliam nondum perbatam licet illegitimam non admittitur licet appellatum fuit à prima.*
 145 *Electio faciendæ non est illius, qui scandalum dare potest.*
 146 *Ambitiosum qui se ostendit, eligendus non est.*
 147 *Administrare incipiens ante confirmationem eligendus amplius non est in illa ecclesia, sed electione facta privari.*
 148 *Pont. Max. promouens ad episcopatum huiusmodi ambitiosum non videtur eum dispensare, si ignoret eum talem.*
 149 *Electus administrans ante confirmationem in illis casibus quibus administrare potest non incurrit prædictam penam.*
 150 *Electus per abusum potestatis secularis efficitur in eligibilis.*
 151 *Nisi dispensatus sit à S. Pontifice, vel Episcopo.*
 152 *Vel promotus fuerit ab eodem S. Pontifice sciente.*
 153 *Eligi potest ad curam, aut aliud beneficium sine dignitate.*
 154 *Accusatus, vel denunciatus eligi non potest. Dignitates plures, vel plura beneficia curata sine dispensatione obtinens eligi non potest ibi.*
 155 *Neque alius eum dispensare potest excepto Pontifice Max.*
 156 *Eligi non potest, quisquis ordinari non potest.*
 157 *Collegium eligens indignum privatur potestate eligendi pro ea vice.*
 158 *Non tamen pro secunda vice etiam in eadem vacatione faciendæ.*
 159 *Collegij parte eligente indignum, illi soli privantur, qui indignum elegerunt, & voces eorum accersunt alijs collegis, licet paucioribus, qui electioni illi non consenserunt.*

Dd 3 Dum


- 160 Dummodo electio de indigno processisset.
- 161 Possunt tamen admitti ab alijs ad eligendum simul.
- 162 Eligentes indignum priuantur fructibus triennialibus suorum beneficiorum.
- 163 Collegium vocare quis debeat ad electionem faciendam.
- 164 Canonicus antiquior promotione vocat collegium.
- 165 Vocandi collegium, qui ius habet, potest etiam contumaces declarare, & ut voces eorum presentibus accedant.
- 166 Nullo existente, qui citare possit collegium quid faciendum.
- 167 Duae partes ex tribus vltro congregatae possunt alios absentes monere ad electionem faciendam non citare.
- 168 Tempus ad eligendum quantum sit.
- 169 Maius tempus cur detur ad eligendum in cathedralibus & regularibus.
- 170 Tempus datum ad eligendum, quando labi incipiat.
- 171 Quibus non currat.
- 172 Electione intra tempus non celebrata ad quos deuoluatur electio.
- 173 Pontifex Max. quando ad eundem ob electionem non factam, vel male & perperam factam.
- 174 Pontifex Max. numquam immediate aditur propter electionem dilatam, vel perperam factam in ecclesijs inferioribus, sed tantum in cathedralibus.
- 175 Tempus eligendi currit, ex quo in mora fuerunt petendi licentia hi, quibus interdictum fuit, ne eligerent sine licentia superioris.
- 176 Electores praenire possunt tempus a iure datum ad eligendum.
- 177 Etiam, quod multi abessent, qui intra citationis terminum non venerunt.
- 178 Etiam, quod collegium sponte nemine vocato conuenisset, absentes que monuisset.
- 179 Terminum iuris amputare non potest, is, qui collegium vocauit, solus.
- 180 Paucis comparentibus in termino ad eligendum statuto, quid agendum.
- 181 Duae partes capituli ex tribus eligere possunt alijs exentibus capitulum postquam fuerint congregati.
- 182 Tertia pars collegij tantum remanens in collegio eligere non potest, alijs discedentibus, nisi sine termini instante.
- 183 Maior pars collegij non tamen duae ex tribus, si remanserit, habebit auctoritatem collegij totius.
- 184 Preparantes aliquid causa faciendae electionis nondum mortuo prelato faciunt actus nullos.
- 185 Consulere collegium potest de electione facienda ante prelatum defunctum.
- 186 Missae celebratio praecedere debet electionem, cui missae electores interesse debent omnes.
- 187 Electores debent accipere sanctam communionem Eucharistiae ante electionem in electione episcoporum, & Abbatum.
- 188 Excommunicationum absolutio facienda ante electionem.
- 189 Absolutio praedicta prodest solum excommunicatis a iure, vel a suo episcopo, non autem in excommunicationibus seruatis.
- 190 Protestatio collegij, seu praesidis collegij ante electionem.
- 191 Praesidis collegij interrogatio qua forma uti velint.
- 192 Electio ex scrutinio est frequens.
- 193 Forma ex scrutinio est difficilior ceteris.
- 194 Forma eligendi ex compromisso determinato est facilius ceteris.
- 195 Scrutatorum electio.
- 196 Scrutatores non debent se vltro offerre.
- 197 Collegium potest tolerare scrutatores, qui se vltro obtulerunt, & tolerare videtur si tacet.
- 198 Scrutatores debent esse ex collegio eligendum, non ex collegio ecclesiae vacantis.
- 199 Scrutatorum infamia non irritat electionem alioqui legitimam.
- 200 Scrutatores quot esse debeant.
- 201 Collegium si sit solum ex tribus, vel paucioribus, quid faciendum.
- 202 Electionis forma seruari non potest ubi collegium est ex paucis.
- 203 Collegio residente in vno solo, non est necesse eligere.
- 204 Scrutatorum iuramentum.
- 205 Scrutinium quomodo fiat.
- 206 Scrutinium faciendum cur secretum.
- 207 Scrutinio testes quandoque adhiberi possunt.
- 208 Scrutatores prius scrutantur se ipsos inuicem, postquam scrutati fuerint praesidem collegij.
- 209 Scrutinium continuatis diebus perfici potest, si prima die non potuit.
- 201 Actus naturae necessarii scrutinium non impediunt.

- omnibus eodem tempore concurrentibus, quis praeratur.
- 237 Vota publicari debent statim post scrutinium.
- 238 Electiones clandestinae reprobantur.
- 239 Electiones clandestinae quae dicantur.
- 240 Electiones prelatorum inferiorum non sunt nullae, licet clandestinae.
- 241 Votum suum reuocare quando quis possit.
- 242 Votum quandoque reuocari potest etiam publicato scrutinio.
- 243 Votum suum indigne datum reuocantes statim post scrutinium ante perfectam electionem non priuantur eligendi potestate.
- 244 Votis existentibus paribus, possunt iterum eligere.
- 245 Minor pars accedere potest maiori publicato scrutinio.
- 246 Forma post scrutinium non seruata, an possint electores denud inchoare electionem, an vero prior nominatio tenere debeat.
- 247 Scrutinium nominato nullum ius tribuit nisi praesenti, & acceptanti.
- 248 Electio, vel collatio absenti facta in beneficiis reuocari non potest etiam antequam ille animum suum declararet.
- 249 Quod declaratur.
- 250 Praesens electioni, & tacens videtur acceptare electionem de se factam.
- 251 Collatio votorum quando & a quo, & quomodo fiat.
- 252 Collationis quae substantia.
- 253 Merita eligentium, vel electorum quomodo colligantur.
- 254 Merita, & auctoritas sumuntur ex dignitate, & officio eligentium, & alijs causis.
- 255 Numerus, & zelus, vel merita si contendant, quid praevalebit.
- 256 Sanior presumitur pars numerosior.
- 257 Zelo, & auctoritate pugnantibus in pari numero neuter admititur.
- 258 Zelus & merita raro pugnant inter se.
- 259 Zelus praeretur auctoritati.
- 260 Numerus maior, & sanior pars si contendat, uterque est aequalis.
- 261 Electio est tutissima facta a duobus partibus collegij.
- 262 Electione facta a duobus partibus collegij Cardinalium non queritur, an pars contraria sanior esset.
- 263 Ministri provincialis minorum electio tenet
- 211 Vota describi debent, & per quos.
- 212 Concilij Tridentini constitutio ut vota eligentium seruantur secretum.
- 213 Votum qua forma explicetur.
- 214 Vota qualia esse debeant.
- 215 Voces eorum, qui dederunt votum incertum, accrescunt alijs.
- 216 Condicio ex natura actus apposta electioni non vitiat.
- 217 Electio cum conditione, si uacat, non vitiat.
- 218 Actus dicitur factus pure & si exprimitur condicio, quae tacite incrat.
- 219 Conditio de praesenti non est proprie conditio.
- 220 Condicio si iuramentum solitum praestiterit, vel si residerit non vitiat electionem.
- 221 Condicio illa, si placuerit S. Pontifici an vitiet electionem.
- 222 Suffragia debent uoce proferri, non de clavi literis, vel fabis.
- 223 Suffragium est profuturum in ipso scrutinio non ante, nec post.
- 224 Procuratorem constituens ad certam personam eligendam, an dicitur consensum suum electioni praestare.
- 225 Votum in electione dari potest per procuratorem.
- 226 Procurator etiam non de collegio constitutus potest ad dandum uocem in electione, si capitulum velit.
- 227 Capitulum admittere potest etiam extraneum ad dandum uocem in capitulo.
- 228 Potest etiam admittere procuratorem eius, qui nullam excusationem habebat, ne personaliter adesset.
- 229 Procurator ex collegio debet eligere eundem nomine constituentis, quem elegit nomine proprio.
- 230 Procurator constitutus generaliter ad eligendum potest compromittere.
- 231 Secus in procuratore dato ad eligendum certam personam.
- 232 Constituens procuratorem ad eligendum certam personam iuramentum praestare debet.
- 233 Electio facta a procuratore ignorante mortem domini valet.
- 234 Procuratores plures constitui possunt ad eligendum in solidum.
- 235 Procuratorum plurium melior erit occupantis conditio.
- 236 Procuratorum nemine praeniente, sed

- inet facta à maiori parte comparata partibus minorib.
- 264 Neque in ea sit collatio zeli, & meritorum.
- 265 Electionis pronuntiatio, quomodo & à quibus in capitulo fiat.
- 266 Electio fieri & pronuntiari ab vno tantum debet.
- 267 Electio non est actus singulorum, sed collegij tamquam vnius.
- 268 Collegium representat personam unius.
- 268 Pronuntiaturus electionem an eligi debeat à maiori parte.
- 270 Extraneus eligi non potest ad pronuntiandum electionem, nisi omnes de collegio consentiant.
- 271 Actus ad electionem pertinentes interiecti non vitiant electionem.
- 272 Electio non est nulla, quæ ex dolo eligentium in odium electi, protracta fuit.
- 273 Electus, cum videt procrastinari publicationem in sui fraudem, electores per superiorum compellere ad publicationem potest.
- 274 Superior is dicitur, quod ad casum procedentem, qui confirmandi ius habet.
- 275 Appellari non potest à publicatione electionis.
- 276 Electio non debet fieri deportatione, sed voce exprimi, videlicet electio episcopi, vel regularis.
- 277 Electio prelati secularis inferioris episcopo fieri potest deportatione.
- 278 Publicatio secunda predictorum prelatorum quomodo fiat.
- 279 Publicatio secunda à quocumque fieri potest, quia non est necessaria.
- 280 Forma electionis supra tradita in secularibus episcopo inferioribus non requiritur.
- 281 Forma in electione episcoporum, et regularium tota vno fasciculo comprehenditur per authorem.
- 282 Processus scribi debet super electionibus.
- 283 Electus non seruata forma non peccat persistens in officio ad quod electus fuit.
- 284 Monialium electio quæ specialia habeat.
- 285 Monialis minor annis duodecim & non professa non habet vocem in eligendo.
- 286 Abbatis, vel Priorissa, quæ regat monasterium, non debet esse minor triginta annis, neque si professa non fuerit.
- 287 Ex concilio Tridentino requiruntur quadraginta anni, et professio octo annorum.
- 288 Abbatis & priorissa possunt eligi ex alio monasterio vbi nulla est in eo monasterio cum predictis qualitatibus.
- 289 Vel, vbi incommodum sit, ex eodem monasterio, maior annis triginta, & professa antequinque annos.
- 290 Prelatus presidens electioni claustra ingredi non debet.
- 291 Electio monialium facta à duabus partibus ex tribus non obstante quacumque obiectione confirmanda est.
- 292 Electa potest administrare non obstante obiectione contra eam facta.
- 293 Non tamen alienare, aut moniales recipere.
- 294 Electio per accessum.
- 295 Collatio zeli, & meriti, sed numeri tantum non fit in electionibus monialium.
- 296 Electionis monialium facta ex compromisso confirmatio, vel benedictio non differtur ex obiectione partis minoris.
- 297 Maiori autem parte conuentus se opponente differtur, confirmatio, sed inter tamen administrat.
- 298 Nisi opposcentes fuerint in diploma maiori numero.
- 299 Moniales electæ vel appellantes non tenentur personaliter ire ad sedem Apostolicam.
- 300 Electio presentari electo debet octo dierum spatio.
- 301 Electus quanto tempore debeat electioni consentire.
- 302 Electo non consentiente electioni quantum tempus habeant electores ad faciendum aliam electionem, vel si renuntiarit electioni, vel mortuus sit.
- 303 Electus duabus electionibus debet dicere quam ex eis acceptare velit.
- 304 Calumniatores contra electionem quomodo puniantur.
- 305 Consentiens semel electioni non potest deinde eam impugnare, nisi ex nouis causis.
- 306 Electionem impugnantes quam formam seruare debeant, siue opponant contra formam, seu personam.
- 307 Quæ forma habet locum solum extra iudicium, non in appellatione iudiciali.
- 308 Iuramentum est formiter prestandum ab his, qui opponunt electioni.
- 309 Forma predicta obiectionis seruanda est etiam, cum appellatur ab electione faciendâ.
- 310 Procuratoris ad appellandum constitutio

- tio debet exprimere sigillatim omnia quæ intendit obijcere contra electionis vel provisionis formam, vel contra personam, & debet continere iuramentum mandatum speciale.
- 311 Quod non habet locum, ubi obiectione respicit ius personæ opponentis, vel ecclesiæ.
- 312 Ius ecclesiæ opponentis quando respicere dicatur obiectioni.
- 313 Ius personæ quando respicere dicatur obiectioni.
- 314 Circumstantias debitas criminum, & defectuum non exprimens ille, qui appellat ab electione, postea audiendus non est in prosecutione, si velit eas exprimere.
- 315 Neque etiam tertius comparens pro suo interesse.
- 316 Appellans ab electione forma non seruata non potest alia via prosequi obiecta.
- 317 Probatio partis confessione, aut aliis legitime facta non infirmatur omissione formæ.
- 318 Citatio aduersarij, aut non existente aduersario citatio generalis requiritur in confirmatione.
- 319 Opponens contra personam electi ad dignitatem non potest deinde reuocare oppositionem.
- 320 Neque etiam consentiente aduersario, cui opposuit, nisi iudex assentiat.
- 321 Electio in cathedrali ecclesia facta ante resurrectionem S. Pontificis tenet, sed ea quæ facta fuerunt postea non tenent nisi à Sum. Pont. aut horum ratem habuerint.
- 322 Pon. Max. consulendus est, vbi incertum est, an reseruatio precedat, vel electio.
- 323 Prior dici potest etiam ratione diei vnius vel horæ vnius.
- 324 Electio nulla est, cui quis consentit priusquam eligeretur.
- 325 Interrogatus, an consensurus sit, si eligi eum contingat, quomodo respondere debeat, vt cuitet non am ambitionis.
- 326 Pontifice Max. vivente non potest tractari de electione futuri Pontificis.
- 327 Ad pontificatum eligi non potest quis nisi prius fuerit Diaconus, vel Subdiaconus.
- 328 Pontifex Max. debet eligi à duabus partibus collegij ex tribus.
- 329 Preces ad Deum fundendæ audita morte pontificis Maximi.
- 330 Cardinales absentes expectandi solum decem diebus post mortem pontificis Maximi.
- 331 De electione pontificis Maximi aliqua obseruationes.
- 332 Conclauis electionis quale.
- 333 Cardinales in conclauis existentes neminem admittere debent extraneum.
- 334 Cardinalium in conclauis existentium qualis victus esse debeat.
- 335 Cardinales in conclauis existentes alij negotio vacare non debent non pertinenti ad electionem.
- 336 Cardinalis semel conclauis egressus absque necessitate non est amplius expectandus, neque admittendus.
- 337 Cardinalis egressus propter infirmitatem quid retineat.
- 338 Absentes Cardinales qui non venerunt nisi post decem dies, admittuntur in statu quem inuenerunt.
- 339 Pontifice Maximo defuncto extra urbem Rom. quid seruandum.
- 340 Dominus urbis, in qua Pontifex Max. moritur, quid facere debeat.
- 341 Pautiones omnes super electione futuri Pontificis irrita decernuntur.
- 342 Cardinales uacante sede non possunt corrigere uel mutare constitutionem Gregorij editam super electione Pontificis Maximi.
- 343 Districtus, seu territorij nomine quid comprehendatur in constit. Gregoriana.
- 344 Auditorium causarum magis attenditur, quam locus, vbi Pontif. Max. obiit, ut in eo loco electio fiat.
- 345 Excommunicatio obijci non potest Cardinalibus, ut impediatur electio, neque exceptio suspensionis vel interdicti.
- 346 Cardinales egressi conclauis compellendi sunt quamprimum intrare ante electionem.
- 347 Vacante sede Pontificis Max. non excusatur, quominus ad eam accedant illi, qui alioqui ad illam ire tenerentur, si Pon. Max. viueret.
- 348 Cardinales vacante sede nihil ex camera pontificis accipere debent.
- 349 Bona camera. Ap. uacante sede custodiri debent a camerario, & seruari futuro pontifici.
- 350 Officium camerarij ecclesiæ Romanæ nõ definit morte pontificis Maximi.
- 351 Camerario defuncto vacante sede cardinales alium creare possunt, & defuncti

a Rot. decis. 18. de praebe. b c. i. vbi no. de elect. c. Adrianus dist. 63. c. in nomine domini dist. 23. c. miramur. c. a multis inuitis dist. 61. c. c. de rest. in integ. A. b. c. cum olim. ij. post med. Pe. Diac. in diu. elect. cap. 4. par. i. nu. 2. d gl. c. i. de postula. praelat. in sex. vers. vera. e gl. in cano. bis, de iure pa tron. vers. in 352 Elektionu causa trahantur summarie conuentu. gl. 353 Imperatoris electioni que vitia obstat. in d. c. i. vers. 354 Imperator debet esse defensor et aduoca tus ecclesia. 355 Imperatoris iuramentum erga ecclesia. 356 Imperator eligi non debet fatuus. Innocen. c. po stulasti de in uve patro. Ioan. 358 In electione Imperatoris statur maiori p. rti. 359 Imperator ante confirmationem appel latur Rex Romanorum. 360 Pontifex Max. gratificari potest cui no lucri ex duobus electis in imperatore paribus suffragijs. 361 Pontifex Max. potest solus eligere Impe ratorum, si electores nimirum procrasti nent. 362 Compellere etiã potest electores, vt quã primũ eligant. 363 Pontifex Max. an statuerè possit, ut Im perium deferatur iure hereditario. 364 Pyrrhi prudens responsum de heredita te sui regni. 365 Elektion Imperatoris facta aliquibus ele ktorum non vocatis inualida est. 366 Imperator non est intra ecclesiasticos or dines.



DE QUIBUS actum est haec- nus, & si qui alij Prælati & Clerici, cum ea in dignita te, vel ordine non nascantur, sed cer tis modis, ac for- a mis creentur, A & fiant, neglectos se conquæri possent, nisi, à quibus confi tuantur, quibusve modis id cõtingat,

g c. significan te de appellat. h Fel. cap. ex literis col. 4. de const. & in c. accedentes. Bar. in l. fi. C. de colleg. illi. Innoc. ca. cum nõ ignores, de praebe. no. in ca. cum nobis olim eo. tit. de elect. & in c. i. de maior. & obed. & c. 2. de no. oper. Card. c. cum non om nes, de consli. i Hostiens. in dist. cap. nobis. Inno. dist. ca. postulasti. Rot. decis. 878. in antiq. K. Feder. de Sen. con. 61.

1 ac quot formis diceremus. ¶ Præfecti igitur, & quilibet Prælati vel à S. Pon tifice, aliove eam potestatem habente prælati fiunt, & renuntiantur, vel à collegio seu (vt vocant) capitulo, cui præficiendi sunt, vel ministraturi le guntur, quæ tamen Pon. Maximi, alte riusve prælati renuntiatio, aut collegij electio dignitate ipsam, & admini strationem dontaxat, conferre, non or dinis potestatem solet. ¶ Atque inprimis sciendum est, ordinarium hoc esse, vt nulli fas sit, in collegio aliquo præfecturam gerere, aliquave digni tate, officio, administratione eminere, quem non concurs illius collegij con sensus elegerit, vt receperit, nisi forte contraria consuetudo hoc totum ius ad episcopum transtulerit; c 4 Electio ¶ enim est vocatio alicuius ho minis ad præfecturam, vel sollicitatem fraternali canonicè facta. ¶ Collegiata ¶ aut ut dicatur ecclesia, ne putes sufficere, si plures in ea clerici ei ministrantes congregari soleant, ne que enim personarum, clericorumve multitudo sola collecta facit collegiũ, nisi alia præter hæc interueniant, ¶ nõ pe, vt principio veluti collegium ibi institutum, erectumque sit, non ¶ mi nore trium clericorum numero, & si prima institutionis nulla extent docu menta, ¶ ex quibus collegij priuilegiũ tributum esse appareat, ¶ signa tñ nõ nulla collegij, vestigia; ibi cõtercãt, collegiata censèbitur, vt si constituere ¶ syndicum consueverit, ac per eum iurare, & lites mouere, ¶ sigillumque commune habere, ¶ prælatum ¶ suum eligere, aliaque similia facere; ¶ non ¶ tamen desideratur, vt quispiam velu ti eis caput, ac rector præsit: ¶ In ca thedralibus verò regularibusque ec clesijs præsumetur in dubio conuer tus collegij nomine, & titulo haberi, & si nullum ex prædictis vestigiũ ap pareat; ¶ Item ¶ si qua ecclesia priuile giũ aliquod iure collegij compete re solitum exhibeat, quamuis alioqui nullum institutionis collegiatae instru mentum ostendat, collegiata nihilo minus censenda erit. ¶ Si tamen ec clesia collegij ius habeat, quamuis re ipsa collegij more non regatur, inter collegiatas censeri poterit, si aliqui ca nonici

nonici ex ea ad sint, quamvis nec colle gium congregare, nec sigillum cõmu ne habere, nec syndicum facere sole ant; ¶ A vt olim diximus, in his sal rem, quæ fauore potius, quàm odio digna existimantur. ¶ Item traditum est, non ternum eum nu merum exigi, vt collegium maneat, ac durer; quamuis, vt institutum initio sit necessarium, ¶ quippe cum & in vno vinere, ac super eisdem collegium possit, ¶ quin etiam creditum est, c. nec omni bus extinctis propterea, sic ius collegij omnino aboleri, ¶ quin resurgere & spiritum recipere in seculo, possit, vbi contingat, alios ibi defunctorum loco d subrogari, vt ex Innocentio ¶ colligi a iant, quod tamen Innocentius mihi explicare non videtur, extincto quidẽ authoritate Antistitis collegio certum est, nullam eius scintillam superesse, sed personis vel morte, sublatis, vel à collegio electis omnib. q. merita sua, traditũ est, omnia collegij iura & pri uilegia nihilominus manere apud ipsam ecclesiam, quæ collegij vices susti net, ¶ Item, dictum est, ¶ posse propria lege initio caueri, vt ex prælato & cle rico, vel ex duobus clericis alijs colle gium consistere possit, vt recte aduer sus Panormitanum Decius ¶ edocuit, ¶ quamuis alioqui prælati de colle gio esse non dicatur, nec suffragiorum ius habere. ¶ Electionem igitur in collegiata seu, re gulari ecclesia, seu episcopi, seu Præpo siti, Diaconi, Archipresbyteri, atq. Ab batis, Abbatissæ, Prioris & priorissæ, aut quocumque alio nomine eligendi sint, non ¶ prius fieri congruit, quàm illius cadauer, cuius, morte dignitas, vel administratio post, tertiam diẽ va cat, sit iam suas in ferias cõsequutũ, ¶ quamuis nonnulli, vltu non esse rece ptum attestentur, ¶ Quare ¶ in libro sexto capite primo de beneficijs ecclie siasticis, & certis incidunt quandoq; tempora, quibus omnis cunctatio abij cienda est, & statim vita functo præla to ad electionem veniendum, non ex pectata eius sepultura, vt, cum Princi pum literas, aliquamve concussionem metuant, que legitimum electionem, ¶ & iustam impedire possit. ¶ Neq; ¶ de cere iudico, vt nota fiat, nisi necessi

a Alexand. conf. 74. col. i. lib. 4. Felin. cap. accedentes. col. 4. in fi. & seq. de præscrip. b l. sicut. §. si. ff. quod cuiusq; vniuer. gl. c. 2. de postula. praelat. in 6. & c. statutum hoc tit. extr. ver. Dec. in c. i. hoc eo. ti. c Condissal. vbi supra. d Innocent. in dist. cap. postulasti. e Abb. in cas gratum. col. 4. ad fi. nu. 12. de postul. prael. f Panorm. & Dec. in d. ca. i. super. gli. de elect. g gl. in cle. vt hi q. vbi doct. de eta. & qua lit. A. b. c. dile. Et i. no. de ma ior. & obed. et c. auditis eod. tit. & d. ca. i. hoc tit. vbi et Dec. nu. 7. h c. boue. 2. & elect. vbi Ab. c. nullus. 2. di. 79. vbi Card. Alex. Firma. in traet. de ocu pif. q. 3. par. i. Rip. lib. 2. re sponf. & rescr. ca. 13. nu. 4. i Petr. Bax. ca. 2. par. ter tig. nu. 3. in di rect. & ca. 12 eiusdẽ par. 3. K c. quia pro pter. §. si. de v lect. Ab. in c. i. de clandesti. despons. Felin. in c. cõsuluit col. 6. de offic. deleg. Rip. vbi su. nu. 3. & 4. l Rip. vbi sup. cum alijs quos allegat. m c. in nomine domini ver. fieri in vrbè dist. 23. gl. in c. cum in terra de elect. in c. cum, Episcopus de offic. ordinar. in sex. cap. quod sicut in princ. & §. i. vbi Ab. ad elect. Bal. in c. ad hoc. de postula. praelat. vbi. Dec. 3. no. n Spec. tit. de elect. §. ad electionem nu. 11. o capitulo quia sepe, in sexto. p capitul. quia propter. extra eod. tit.

tas fortè aliqua vrgeat, x quo tamen casu non sine tribus luminaribus cele branda erit, ne clam facta dici possit, ¶ priscus etiam electionis locus seruan dus est, ni fortè alibi causam quæpiã iusta fieri electionem suadeat, non tamen vitari electionem, tamenti consueto in loco celebrata nõ sit, opinor, & si tutius sit, ab vltimo loco non discedere, & templo in ipso eam celebra re, x ac vbi solitus locus mutatur, ex pediat, mutationis causam exprimi, & locum. ¶ Caueant ¶ autem & capitula, & conuẽ tus, seu collegia, aut singula eorũ per sonæ, dum ecclesia cathedralis, & re gularis, seu alia collegiata vacat, ne bo na à prælati ipsarum defunctis reli cta, aut vacationis tempore proueniã tia, quæ in utilitate ipsius Ecclesiæ impèdenda, vel successoribus seruanda erant, inter se partiãtur, aliterve oc cupent, surripiant, vel dilapident, nisi velint eo ipso ab officio, & beneficijs quibuscumq; tamdiu suspensi manere, quamdiu plenam, integramque om nium perceptorum restitutionẽ distulerint, neque eis priuilegia aliqua, consuetudinesve contrariæ, vel statu ta, quamuis iuramento aut consuetu dine sedis Apostolicæ vallata vlli adiu mento erunt. ¶ Electionis ¶ autem faciendæ tres for mæ ferè in vltu esse inueniuntur, ¶ prima quidem frequentius recepta, quã electionem ex scrutinio appellant, al tera, quæ ex compromisso, tertia, quæ ex spiritu, & numine diuino cõtingit, ¶ hæc

281 breui colligatur) ¶ syndici, Notariorum, executorum, & testium constitutio, absentium vocatio, & citationis relatio, spiritus sancti missa, & sacre Eucharistia communio, contumacia accusatio cum decreto; excommunicatorum collegiarum absolutio, præsidis collegij rogatio, qua forma collegium in eligendo vt vellet, scrutatorum deputatio, eorumque scrutatorum duplex iusiurandum, & scrutatio cum iuramento eligentium, votorum descriptio, eorumque mox secuta recitatio, & collatio, & demum electio, hymni, Te Deum, decantatio cum publicatione, qua forma non servata electores potestate eligendi à prælato confirmationis priuantur, si per sententiam, quamvis vbi indignum elegerunt, ipso iure hanc priuationem incurrant. *282* Cautus ¶ autem prudensque vir, qui hoc electionis beneficio vti voluerit, diligenter curabit, vt totus hic processus nulla re penitus omiſſa, quæ substantiam negocij spectet, pulchra serie & ordine per tabellionem ad hoc munus lectum conscribatur, vnà cum edictis, eorumque relationibus, & instrumentis procuratorijs, vt plenam eorum fidem facere possit, cum petet confirmationem, vel possessionem, aliusve usus venerit, qui probationem desideret, frustra enim hæc solennia serventur, nisi probari possent, ea sic servata impletaq; fuisse. *k* Sed, ¶ quis electio contra hanc formam facta non teneat, nec impune abeat, qui formam servare neglexerint, hoc tamen modo electus, si electione fruatur, nullum pæcalum admittere creditur, pœna spiritali plectendum. *284* In electionibus ¶ vero monialium, quæ suis monasterijs præficiendæ sunt, præcipua quedam iura sanxit Bonifacius VIII. *m* Inter cætera, ne vlla monialis, nisi duodecimo ætatis suæ anno expleto, citateq; aut expressè professæ ad eligendum cum alijs admittatur, ¶ nec Abbatis, aut priorissa, vbi à priorissa monasterium regi solet, vlla eligatur, nisi post tricesimum ætatis suæ annum expletum, & post expressam in regulari ordine ab ea factam professionem. ¶ Concilium quoq; Tridentinum sub Pio Quarto constituit, vt Abbatissa

batissa, & priorissa, & quocumq; alio nomine præfecta, & præposita appellatur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, ¶ quod si his qualitatibus nulla reperitur in eodem monasterio, ex alio eiusdem ordinis monasterio cligi possit, ¶ si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest, videatur, ex his, quæ in eodem monasterio annum trigessimum exceſſerint, & quinque saltem annis post professionem rectè vixerint, episcopo, vel alio superiore consentiente, eligatur, ¶ is vero, qui electioni præest episcopus, vel alius superior, claustra monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat, in reliquis autem serventur singularum ordinum, vel monasteriorum constitutiones. *291* Hoc ¶ quoque in monialium electione olim statutum est, vbi ea per scrutinium celebratur, quod, licet ea quoq; rata alioqui habeat electio, quæ à maiore, sanioreque collegij parte celebrata fuerit, illa tñ, cui duæ ex tribus partes consenserint, longè firmissima est habenda, nam, si forma servata idonea persona electa sit, nihil cõtra eam opponi, aut excipi, aut appellationis tramite obijci poterit, quod confirmationem electæ, aut benedictionem Abbatissæ differat, sed tunc demum, vbi cõfirmata fuerit, & benedictionis munus acceperit, ac possessionem administrationis suæ adeptæ fuerit, concedetur, ¶ accusationis, aut denuntiationis tramite contra eam, vt dignitate priuerit, opponi, at, quæ à maiore quidem parte, sed nõ tamen duæ ex tribus partes explente celebrata electio fuerit, non prius confirmanda erit, quàm superior prælatus ex officio plenè super obiectis sine strepitu, & figura iudicij inquisierit, qui prælatus poterit etiam, si res exigat, electionem irritare, ¶ sed interim tamen non prohibenda erit, in spiritalibus, & temporalib. liberè administrare, ¶ sic tamen, vt reum monasterij nihil alienet omnino, nec vllam inter moniales quoquomodo recipiat. *a* Quocirca, ¶ si cupiant moniales talem

electionem celebrare, in quam duæ partes conveniant, ne ipsius confirmatio propter obiecta differri possit, poterunt, quamvis iam publicato scrutinio, & electione celebrata, illæ, quæ alteri eligendæ suffragatæ fuerant moniales, priusquam ad extraneos actus diuertant, illi accedere, quæ à frequentiore parte oprata fuerit, vt sic duæ collegij partes ex tribus colligant. *b* Est hoc ¶ quoque præcipuum in electionibus monialium prædicta scrutiniij forma celebrandis, quod, vt facilius conveniant, non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, sed tantum numeri ad numerum sit collatio. *c* Quod, ¶ si ad electionem ex compromisso monialium ventum fuerit, quavis minor pars conventus ei se opponat, excipiat, vel appellet, non tamè differretur cõfirmatio aut benedictio, sed post confirmationem tantum, & possessionem ei tributam, licebit electam accusare, aut denuntiare, quemadmodum & supra observari docuimus, cum per scrutinium à duabus partibus electio fuerit celebrata. ¶ Si maior pars conventus huiusmodi electioni ex compromisso factæ opposuerit, exceperit, aut appellarit, differretur quidem confirmatio, aut infirmitio, quamdiu fuerit cognitum, sed interim tamen electa liberè administrare concedetur, quemadmodum etiam administrationem interim ei permitti admonuimus, quæ per scrutinium à maiore parte electa minoris partis molestiam patiat, ¶ nisi tamen opponerit numerus extiterit duplo maior, nam tunc electa nequaquam administrabit, sed litis eventum expectabit. Si vero in monialium electionibus ad sedem Apostolicam appellari contigerit, his casibus, quibus appellare licet, eadem observabuntur, quæ in appellatione ab electionibus virorum observari debent, infra docebimus, eo excepto, ¶ quod, cum eas propter sexus verecundiam, suæque conditionis statũ nõ deceat, nec ipsis expediat, publico cætu demonstrari, aut extrà sua monasteria euagari, non debent electæ, aut eligentes, vel appellantes, vel hæc, cõtra quas appellatum fuerit, personaliter ad sedem Apostolicam venire, sed protractores

a d. c. indemnitatibus. s. porrò.
b d. c. indemnitatibus. s. porrò.
c eo. c. indemnitatibus.

a *prædicta omnia habes: ex. c. indemnitate. S. por. r. in 6.*

b *c. cupientes in princ. & S. caterum. eod. tit. in 6.*

c *c. quam sit, ubi gl. versic. quam citius. & ibi doc.*

d *d. ca. quam sit, ubi gl. et doct. ver. conditio. in fi. et cap. si religiosus. eod. tit. in sexto.*

e *inf. tit. de confirm.*

f *c. cupientes. S. c. et ubi doc. de elec. in sex. gl. in cap. quam sit. ver. commod. eod. tit. de elect. in sexto.*

g *d. c. si elect. in sex.*

h *gl. c. in scripturis. 8. q. i. Io. And. Philip. Franc. Archidiacon. et alij in c. si electio. in princ. in sex. eo. tit. de ele.*

i *ca. vt quis. eo. tit. in 6.*

k *c. i. S. si. uer. beneficijs. eod. tit. in sex. ubi gl.*

l *d. c. i. S. si.*

m *c. i. in princ. de elect. in 6.*

atores probe instructos mittere. A
300 Electione facta igitur, & publicata eo, quem diximus, modò (vt materiam electionum inceptam perficiamus) ea scriptura publicè credita electo offerri debet, n̄ octo dierum spatio, ex quo id commodè fieri potest, eiusque consensus peti, quod spatium octo dierum Nicolaus Tertius præfixit, cum nullus olim terminus definitus esset, sed iudicantis arbitrio committeretur, qui id curaret, vt quàm citissimè fieret. c. Iplè verò electus acceptis electionis suæ codicillis intra mensem assensum suum, si eam acceptet, prætere teneretur, nisi prælati alicuius, cui subit, venia non impetrata nefas ei sit, electionem agnoscere, huic enim tantum temporis præter supradictum mensem indulgetur, quantum satis esse credatur licentiæ à prælato impetratæ considerata ipsius prælati longinquitate, d. quod si electioni prælatus consenserit, eam ab Antistite postmodum, cui ea dignitas, vel officium subest, confirmari curabit, quo autem tempore spatio id fieri debeat, multoties variatum est, vt infra sup loco dicemus, e dum de confirmatione proprium titulum subiiciamus: At, si collegium eo octo dierum spatio, postquam id commodè potuerit, electionem electo. nota. facere neglexerit, non modò illum processum prosequi amplius non permitteretur, sed & ab ecclesiasticis beneficijs, quæ eorum collegarum singuli in illa ecclesia habebant, totum triennium suspensi erunt, electus tamen ipse nullum ex huiusmodi collegij in curia damnatum, incommodum, ve sentier. r
302 At, si contingat, electum minimè assentiri electioni de se factæ, vel post consensum iam præstitum electioni renuntiare, aut decedere, aut electionem eius deleri aliquo forte eius vitio, quod prius latuerat, emergente: quoties id contigerit, tantumdem electores tempus habebunt à dissensu, renuntiatione, morte, vel irritatione, ad aliam electionem faciendam, quantum in prima electione habuerant, o admonitum esse tamen electum volumus, quod, si ad designatam ei præfecturam idoneum sentiens se, eam tamen sine causa legi,

tima recusat, crimine letali se obstringet, ubi alius æquè idoneus tali officio non reperitur. h
303 Qui duabus electionibus ad idem ius optatus fuerit, vtiam ex eis voluerit eligere eum oportebit, altera omiſſa, ad quam reditus posthac non dabitur. i
304 Cæterum, quia sepe existunt litigiosi homines, qui vel inuidia, vel odio, vel auaritia quandoque inducti potius, quàm rei ecclesiasticæ benè gerendæ studio electiones rectè & ritè factas omnibus (vt ita dicam) machinis disturbare conantur, propterea, ne ijs ad nequitiam fenestra aperiantur, sed aperta, si qua est, claudatur potius, certæ pœnæ statutæ sunt aduersus huiusmodi calumniarum machinatores; si quis fuerit calumniatus, beneficijs ecclesiasticis, si quæ i ea ecclesia possidebat, x triennio carere cogetur, quibus se temerè ingerens perpetuò spoliabitur, citrà omnem veniam spem, nisi manifestis probationibus se à calumnia purgarit. z Qui verò electionem, postulationem, vel prouisionem factam impugnaturus, formam quæ ipsius, vel personam improbatum S. sedem Romanam appellari, debet intra mensem à die appellationis interpositæ iter ad prædictam sedem arripere, vel pcuratorem de causa instructum, nisi de cathedrali, vel regulari causa agatur, trā finire, quod loci & reus ipse, & omnes, quorum interest, vel quos causa contingit, eodem temporis spatio iter suscipere, vel mittere debent, altera autem partium non veniente, postquam ab altera fuerit viginti, post aduentum, diebus expectata, ad sinem causæ non obstante cuiuspiam absentia procedetur. m
305 Nec prætermittendum est, nemini licere, cum aliquem scrutatus ad electionem optauerit, de quo electio fuerit subsequuta, vel, cum præstitit electioni ab alijs celebratæ assensum, electionem ipsam impugnare, nisi ex causis postea emergentibus, vel nisi ante ipsi celata morum illius nuper panda

tur improbitas, seu alterius latentis vitij, vel defectus, quæ verisimiliter ignorare poterit, veritas aperiat, de qua ignorantia proprio iuramento fidei faciat. t. Quæ Gregorius. X. in generali concilio Lugdunensi constituit, A qui præter supradicta etiā addidit, vt qui oppositori aliquid cōtra electionis, postulationis, vel prouisionis formam, aut personas eligentium, vel electi, seu eius, cui erat prouisio faciendæ, seu factæ, appellauerint, in instrumto publico, vel literis super appellatione confectis omnia, & singula exprimant, quæ in formam intendit obijcere, vel personas, coram vna, vel pluribus idoneis personis, quæ testimonium perhibeant veritati corporali prestito iuramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & se posse probare, alioquin tam opponentes, quàm ipsi tempore electionis, vel postea adherentes aliqua obijcendi, quæ non fuerint in eiusmodi literis, vel instrumentis expressa, sint potestate priuari, nisi aliquid postea forsauenerit super antiquis superuenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentium notitiam nuper venerint, quæ appellationis tempore verisimiliter appellantes ignorare poterint, & ignorant, super qua ignorantia, & superuenerit facultate, item super eo, quod ad ea probanda credit se sufficientes probationes habere, fidem proprio iuramento facient. u
307 Sed hæc forma tamen tunc demum adstringet, cum appellatio fuerit extra iudicium interposita, nam, si appellatum in iudicio fuerit, veteres constitutiones, quæ de appellationibus iudicialibus loquuntur, seruandæ erunt. c
308 In eo autem, quod supra diximus, præstandum iuramentum, præscripta forma est ad vnguem adè seruanda, cum ad sedem Apostolicam appellatur, vt non sit super obiectis, vel expressis huiusmodi audiendis quis, & si hoc modo iurauerit, videlicet, quod ea, quæ in appellatione sua expressit, vel quæ ex ipsis sufficere debent, vera esse credit, & se posse probare, cum non simpliciter, vt ex prædicta constitutione teneretur, sed indeterminate & disun-

309 Item, & si quis contra certam, & determinatam nominatim personam, ne ab alijs eligatur, ad sedem Apostolicam, antequàm fiat electio, duxerit appellandum, debet prædictam constitutionis Gregorianæ formam in omnibus in appellatione seruare, quemadmodum sit post electionem factam appellasset, nisi prædictæ constitutionis pœnæ subiaccere velit, quod Bonifacius Octauus constituit. e
310 Quinetiam procurator ad appellandum ab electione, postulatione, aut prouisione datus, non aliàs censetur idoneus, quam, si instrumento procuratorio sigillatim & clare omnia expressa sint, quæ in formam, vel personas obijcere, & propter quæ appellare destinat, & nisi speciale mandatum habeat ad iurandum corporaliter animæ constituentis periculo, quod credit, expressa eiusmodi vera esse, & probare se posse, r cui Gregorianæ constitutione Clemens Quintus non inutiliter addidit statuens, quod credit, locus non sit, ubi ea, quæ opponuntur ius ecclesiæ directè, vel opponentes personæ respiciunt, sed ita demum, si in personam crimina, in formam defectus opponantur. t. Ius autem ecclesiæ obiectio dicitur respicere, vt puta, si ecclesiæ nomine allegeretur, quod eius quoque suffragia in electione recipi debeant, vel quod de ipsius gremio eligi oporteat, vel quod omnino ad eam ius protidendi spectet, & similia: t. ius opponentis dicitur respicere, vt, cum asserit, beneficium ad se pertinere, vel sibi debitum esse, vel ad se protidendi ius spectare, puta, iure ad ipsum deuoluto, vel quia se in suffragijs electioni ferendis contemptum quaratur, alijsq; huiusmodi casibus. g
314 Item præfatus Clemens adiecit, quod, si criminum vel defectuum expositori debitas circumstantias exprimere omiserit appellans, non sit postmodum in negocij prosecutione super his audiendus, etiam si ipsas criminum circumstantias, earumve probationes ad sui nuper notitiam peruenisse iuramento asseruerit. t. Sed &, si quis, cuius interfit, ab electione, postulatione, vel prouisione, appellauerit, opponendo crimina, vel defectus forma prædictæ constitutionis

a *c. nulli liceat. eod. tit. in sexto.*

b *c. vt circa. eo. tit. in 6.*

c *ca. constitutio, ubi gl. in sexto.*

d *c. is qui contra. eod. tit. in sexto.*

e *c. quia contra. eod. tit. in sexto.*

f *ca. procurator. eod. tit. in sexto.*

g *cle. constitutionem. eo. tit. in sex.*

a d. cle. constitutionem.
b d. cle. constitutionem.
c d. cle. constitutionem.
d c. fi. eo. tit. in sex.
e glo. d. ca. fi. ver. electione.
Bal. conf. 17. col. 2. li. 5. 10. Sgl. tra. de benefic. par. 3. q. 53
Recb. de iura patronatus uerf. hono. i. sicum quest. 2. & 8. Crauet. conf. 63. colu. 2. nu. 2.
f R. p. resp. 14. col. i. in fi. lib. 2. de refer.
g c. ab eo. ubi gl. ver. panite. cod. titu. in se xto.
h c. si eo tempore. ubi glos. ver. vel alia et ver. effect. ubi d. o. tit. in sex.
i gl. d. ca. si eo tempore verf. cathedralis.
k gl. ibi. ver. iam. ubi doct. Aene. Fal. in trat. de referuat. in quarta quest. prin. nu. 4.
l ca. cum post petitam. ubi gl. & doct. extra eod. Siluester. versiculo. electio. i. questione x.

stitutionis Gregorianæ omilla, ipso postea huiusmodi appellationem in professione in his, quibus prædicta forma violata non fuerit, alius superueniens, qui non appellauerit, non erit in eadē causa principaliter admittendus pro interesse communi, ut eos articulos, quæ expressi non fuerint, prosecuatur, quæ uis appellans, ne in specificatis colludat, assistere possit, nec propterea proprium interesse protequi prohibeatur.

316 Item appellans, qui formam non seruauit, non potest obiecta, siue expressa in appellatione, seu alia per uia que relæ, vel defensionis (puta) appellatio agentem protequi, (exceptis casibus. emergentibus, vel ad notitiam nuper deductis, aut super quibus probandi facultas (superuenit) etiam si appellationi reuocatus, si iam interpositam aduersarius coram iudice probauerit, ipsa enim appellatio repellendi appellantis ius aduersario peperit.

317 Illud ne signoretur, probationem partis confessione, vel aliter legitime, (cū pars aduersa non restitisset) factam formam omissione haud quaquam infringat.

318 Verum, quia, cum electus controuersiam patitur, vel passurus est, interdū collusionis sunt, ut quibusdam ueluti cunctis irrepit, confirmationemque clam surripit, ut sic aduersarium suum præuertens eludat, statutū fuit, quā aduersarius, & in electione competitor, sequere electum præterens, alius uel qui se se opposuerit, sit nominatum citatus, aut si uel nullus aduersarius se detegat, vel concors electio fuerit, generalia edicta publicè in ecclesia fiant, termino peremptorio his assignato, qui opponere uoluerint, ne confirmatio fiat, in quæ sancto in postulatione pariter, & constitutione locum habere creditur, & qualibet collatione, & in electione quoque Abbatibus non minus seruanda est.

319 Item sciendum, quod, si quis contra electum, vel postulatū, uel promotuendum ad aliquam dignitatem, inter cetera euidentem notoriumque seu manifestum scientiam, aut alium personam defectum opposuerit, non licebit

ei postmodum oppositionem prædictam, uel eius qualitatem reuocare, cū enim, si in probatione obiectorum defecerit, à prosecutione causæ omnino sit excludendus, & perinde puniendus, ac si in probatione omnium, quæ obiectat, defecisset, æquum non est; ut possit eum in præiudicium eius, in quem inuichi opponendo iam ceperat, pœnitere, & quinetiam nec ipse, cui oppositum fuit, poterit inuito, & aduersante iudice hanc renuntiationem probare, acceptamque habere.

321 Neque hoc telatere uolo, quod, si contingat, electionem prius esse factam, quo tempore pontifex Max. cathedralem ecclesiam sibi reseruat, in hiberno, ne ad electionem, uel prouisionem quomodolibet illam in ea procedat, omniaque à scientibus, uel ignorantibus contra tentata irrita, & inania decernendo, electio quidem ipsa, aut alia huiusmodi reservationem præcedentia non propterea uitiabuntur, sed eaduntaxat, quæ postea subsequuntur, quapropter (gratia exempli) si ante reservationem electus, post reservationem confirmatus fuerit, electio quidem sustinebitur, licet confirmatio post sequuta etiam ab ignorantibus exhibita, & recepta non teneat, & consequenter, si electio, & confirmatio præcesserint, sola consecratio ad Summum Pontificem uel reseruata, & affecta spectabit, & ab alio collata non tenebit, in quæ tamen de cathedralibus ecclesijs duntaxat, non de alijs inferioribus dicta intelligas, quauis regularibus; quod, si incertum sit, utrum electio, an pontificis Maximi reservatio præcesserit, ipse pontifex Maximus consulendus erit, sola framen diei, uel horæ unius moræ poterit electionem, uel reservationem præferre, & potioem facere.

322 Electionis quoque irritantia non futillis causa erit, si quis, ut consensum suum præsterit, sui electioni faciendæ, antequam electus fuisset, rogatus consenserit, quia non leuis ambitionis notæ suspectus sit, nisi fortè uidens ualde ambiguo electores esse, in frustra eligendo in contemptū dignitas quodammodo cadat, nimiamque moram patiatur, sic responsum componat, ac moderate.

moderatur, ut se ab omni ambitione vacare delectet, puta, sic respondendo, sui propositi non esse, Dei uoluntati resistere, uel, se dignum fieri optare, cui tantum honoris conferatur, uel similia uerba, quomodo hoc onus sustinere poterit, uel eis gratias agendo, quod talem se iudicent, cui dignitas illa conueniat, & huiusmodi uerbis, quibus nec dissentire, nec consentire uideatur.

329 Post electionem uerò perfectam electus Episcopus confirmationem ab Archiepiscopo, aliove Antistite, cui id ius competet, uel à Pontifice Maximo, deinde consecrationem, ut plenè integrumque dignitatis ius habeat, accipere debebit, atque etiam, si Archiepiscopus fuerit, pallio honestatus erit, de quibus infra titulis proprijs sigillatim agemus.

330 Et hæc quidem de electionibus communibus dicta sunt, sed & Pontificis Maximi electio non est silentio inuoluenda, cuius quidem mentionem in hunc locum idcirco reseruauimus, quia Doctorum præceptum est, generalium scientiam specialibus præmittere, breui tamen compendio absolute, nec in opere præteritum duxi hoc loco totas integrasque Grego. X. & Clementis V. c. Constitutiones quasi ex scripto recitare, aut transcribere, sed eorum duntaxat succum exprimere, si tamen prius mouerimus, Summo Pontifice adhuc supersistere, neminem eo inconsulto posse de futuri Pontificis electione tractare, nisi loci sui dignitate, uel communionis priuari uelit, & nec posse aliquem, nisi per distinctos gradus ascendens Diaconus, aut Presbyter, Cardinalis factus fuerit, ad sacrum Pontificatus ordinem promoueri.

326 Item, si à paucioribus, quàm duabus partibus ex tribus electus ad Pontificatum quis fuerit, nisi maior concordia intercesserit, assumendus non erit, & quamuis aliorum prælatorum electiones à maiore, & saniore parte factæ ualeant, sed maior tamen pars potest partium accessione minorum augeri, quia inferiorum electio à superioribus prælati, sed Pontificis Maximi electio à nemine cognosci, aut re tractari potest.

Illud uerò imprimis à prædicto Gregorio præcipitur, ut omnibus in ciuitatibus, locisque insignibus, ad quos nuntium certum obitus Pontificis Maximi peruenerit, à clero, & populo sollemnibus pro eo exequijs celebratis, singulis diebus preces ad Deum fundantur, quamdiu electio differretur, ut Christiano orbi utilis, celerique electio fiat, quod ut faciant, ab episcopis sunt impensius monendi, & hortandi indictis etiam icionijs.

331 Hocque est in electione Pontif. Max. proprium, quod Cardinales (ad hos enim eligendi ius, ut olim diximus hodie competit) præsentem decem tantum diebus non amplius expectare absentem tenentur, quibus lapsis, & si absentes non uenerint, omnes, qui præsentem fuerint, quauis tertiam totius collegij partem non expleant, in palatio, quod defunctus Pontifex incolerat, conueniant singulis famulis, clericis, uel laicis singuli contenti, in duobus ad summum, si necessitas exigat, in quo palatio unum omnibus commune sit conclauis nullo pariete, aut uelo, aliæ materia diuisum, & uideat, sit clausum, ut nulli ad illud aditus pateat, uel egressus. Ad ipsosque Cardinales nemo accedere permittatur loquuturus cum eis secreto, nisi illi, quibus Cardinales omnes negotij illius causa opus esse, puta iuris peritis, uel tabellionibus, uel religionis uiris iudicariis, nec ulli fas est, ipsis Cardinalibus, ulli nuntium, uel scripturam mittere, quique contra fecerit, scripturam, uel nuntium mittere, aut cum aliquo ipsorum secreto loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Conclauis autem ipsi fenestra aperta relinquatur, nõ ita magna tamen, quæ possit quis conclauis ingredi, uel exire, sed quia Cardinalibus victui necessaria ministrantur: Atque, ut in tanta molis negotio nulla mora, nulla sit cunctatio, prouisum fuit, ut, quanta maxima fieri possit, celeritate negotium electionis absoluetur, Ideoque, nisi tribus diebus, postquam cœlu ue ingressi fuerint, electio perfecta cõsumataque fuerit, ferculo uino quotidiano per. v. dies, tã in prandio, quã in cœna iu bentur esse contenti, quibus itam lapsis nulla electione facta, solo pane, &

a Pet. Biax. c. 42. col. pen. ad si. nu. 3.
b no. in rubr. ff. si cer. p. et. at.
c ca. ubi periculum, in sex. cle. ne romani. cod. rit.
d c. 3. dist. 79
e cap. nullum unquam. dist. 79.
f ca. licet. de uitanda. ubi Abb. nu. 8. extra eod.

g d. c. ubi periculum.

G g vino

vino, & aqua, obsonijs omnibus, semotis victum sobrium ducere compelluntur. **A** Ac, si ne vlla hoc negocium omnino mora differre possit, interdictum est eidem Cardinalibus, ne alijs negocijs, dum electioni vacant, vllomodo sese implicent, nisi vel ecclesiasticarum terrarum tuendarum, vel discriminum aliquorum iamiam omnibus & singulis Cardinalibus aperte immimentium, longè summouendorum necessitas vrgeret, cui concordans occurrit dum iudicant, si quis autem Cardinalium conclauis ingressus non fuerit, aut postea sine manifesta aduersa valetudinis causa egressus sit, ceteris licebit, illo amplius non requilito neque intra collegium admissio electionem perficere. **¶** Quinetiam valetudinis aduersa causa egressi, dum absunt, suffragiorum ius nullum habent, quauis post redditam sanitatem reuersi reintegra in eo statu, quem inuenerint, recipiantur, c quod si de absentibus, qui post decem dies ad curiam venerunt, statutum fuit, nempe, vt quo in statu negocium electionis inuentum fuerit, in eo, & ipsi recipiantur. **D** Quæstomnia non minus locum habent, si Pontifex alibi extra ciuitatem, in qua cum curia sua residebat, decederet, nã palatium episcopale illius vrbs, in cuius territorio, seu districtu obijisset, cõ clauis locum præberet, aliave commodior domus, nisi vrbs illa interdicta esset, vel Romanæ ecclesiæ manifestè rebellis, quo casu vicinior vrbs non interdicta, nec rebellis ad hoc negocium eligeretur. **¶** Atque, vt prædicta executionem accipere possint, vbi dominus illius, in qua Pontifex Max. eligendus est, illiusque Rectores, & officio fungentes tenentur curam vigilantes adhibere, & autoritate Apostolica seculò curare, vt sine dolo, & fraude inuolubiliter obseruentur, quod etiam se facturos proprio iuramento coram populo, & clero vniuersæ ciuitatis corporaliter prælitio, protinus audito Pontificis Max. obitu polliceri debent. **¶** Qui si, vel diligentes in præmissis non fuerint, vel dolose aliquid egerint, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt, perpetuò infames erunt, ne

a d. c. vbi periculum. s. i. c. i. seq.
b s. idem quoc. eo. c. vbi periculum.
c s. sanè si aliquid. eo. c. vbi periculum.
d d. s. sanè.
e s. porro. eo. c.
f s. præterea. eo. c. vbi periculum.
g s. ceterum. eo. c.
h cle. ne roman. in princ.
i s. sanè. cad. cle. ne roman.

que ad aliquod publicum officium admittentur feudis, omnibus, & bonis, quæ à Romana ecclesia, vel quibuslibet alijs ecclesijs fuerint contecti, ipso facto priuati prædictis, vbi in ecclesiam translatis, ciuitasque illa interdicta erit supposita, & pontificia dignitate priuata. **¶** Et hæc quidem statuta Gregorius prædictus, vbi in ecclesia adiciens, si pactiones omnes, & conuentiones etiam iuramento quolibet, aut alio vinculo roboratas, super electione futura præstatis inanes, & inutiliter pronuntiauit, nulloque robore fultas, ita vt illa nemo obseruare teneatur, nec quispiam ex eorum transgressione notam fidei non seruata vereri debeat. **e** Quam si Gregorius Constitutionem cum nonnulli opinarentur, posse à Collegio Cardinalium vacante sede mutari, vel corrigi, Clemens Quintus eam opinionem de statum consilio exploitat, ac penitus reiecit, statuens, non licere eis dictam constitutionem cogitare, aut aliquid ei addere, vel detrahere, vel renuntiare, aut ab ea dispensare, u declarauitque, vt, quod in ea continetur, electionem, (scilicet) faciendam in vrbe, cuius in districtu, vel territorio Pontif. Max. diem extremum clausit, si districtus, seu territorij nomine hoc casu diocesim esse intelligendam, eo tamen adiecto, quod, vbi causarum auditorium, qua de literis Apostolicis aguntur, alia in diocesi esset, non in eavbi Pont. Max. decessit, sed in loco auditorij potius, quam vbi Pontif. obijt, comitia Pontificis designandi haberentur, tamen si auditorium eo obitus tempore vacaret, nisi prius tamen Pontif. Maxi. decreuisset, aulam suam aliò transferre, tunc enim prædictæ constitutioni Gregorianæ locus foret, nempe vt in ciuitate, cuius illa diocesis esset, fieret electio. **¶** Addit etiam idem Clemens vnum in hac Pontific. Maximi electione præcipuum, & ab alijs electionibus dissentaneum, nempe, vt Cardinalium nemini excommunicationis vilius, seu iuris, seu hois exceptio opponi, vel suspensionis, aut interdicti possit, & ab electione summoucantur, quod per statutum

f *g* *h* *i*

statutum fuit, ne vlla inter ipsos relinquatur dissidendi occasio, vtq; scismata & dissensiones euidentur. **A** Insuper eadem ipsa constitutione sanxit, vt si nondum electo Pontifice Maximo cardinales omnes simul, aut vnus post alterum egressi conclauis fuerint, ab his, quibus huius negocii cura mandata est, quamprimum reueri compellantur, his demptis, quos vel corporis aegritudo, vel nota debilitas excusatos fidei ipsiusque reueris collegij status eidem restituantur, qui erat, cum egressi conclauis fuerint. **B** Sed nec illud est ignorandum, quod idem Clemens constituit, quamdiu electio Pontificis Max. differret, non exulari electos, & alios, qui ex quacunque causa ad sedem Apostolicam venire, velmittere teneantur, quominus ad eam hoc tempore accedant, quandoquidem tam ex adhibitis prouisionibus supra relatjs, quam ex priorum precibus ad Deum fundèdis speratur, electionem nullam Pont. Maximi diutius protraham iri. **C** Caueant autem Cardinales, ne, dum interregnum est, aliquid ex pontificia aula accipiant, aut ex alijs eidem Romanæ ecclesiæ vndeunque obtinentibus bonis, ea tantum omnia per interregni tempus, in custodia eius, cuius fidei camera credita est, manere debent. Futuro Pontifici integrè seruanda, qui autem aliquid receperint, debebunt ex tunc à receptione quorumcumque redituum ad eos spectantium abstinere; quoad plene satisfecerint, horum autem bonorum curam suscipit Camera eius ecclesiæ Romanæ; officium enim Camerarij obitu Pontificis Max. non deficit, siquid, si contingat, sede vacante eum mori, Cardinalium cõtus alium subrogabit, quemadmodum etiam penitentiaris defunctis totidem alios, ac plures etiam, vbi conueniat, subrogate potest. **¶** In casu si super quibuscumque electionibus proceditur simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij. **¶** Sed neque Imperatoris electio penitus omittenda est, nam & huic à Pontificibus Romanis certa est dicta, præscriptaque lex, eaque imprimis, vt ne quis hereticus, excommunicatus, pa-

a *346* *b* *347* *348* *349* *350* *351* *f* *352* *353*

ganus, sacrilegus eligatur Imperator, quomodo enim fidem ecclesiæ Romanæ pugilem iudicabimus eum, qui se illi hostem, & inimicum declarauerit, vel, qui cum ea non consentiat? at dubium non est, aduocarum eum, defensoresque dari ecclesiæ, & iurcirando obstringi eum solere, cum inauguratur, & consecratur, quod protector, procurator, & defensor Pont. Roma. erit, Sanctusque Rom. Ecclesiæ, in omnibus ipsius necessitatibus, & vtilitatibus custodiendo, & conseruando possessiones, honores, & iura quoad diuina ope fulsus fuerit, ois sua prudentia, & potestate, puraque & recta fide, non est eligendus Imperator fatuus, si qui dem post deuotum in Deum, & Catholicæ ecclesiæ animum, nihil est, quod magis in Principe desideretur, quam sapientia illa, quam vnus à Deo Opt. Max. Salomon impetravit, malè enim alios gerit, qui prudentia caret. **¶** Electio autem Imperatoris, que olim Constantinopolis fiebat, hodie à Germanis principibus septem Germaniæ celebratur, post translationem illuc à Grecia imperium, nempe ab Archiepiscopo Maguntino, Treuerensi, & Coloniensi, item à Rege Bohemiæ, Comitibus Palatino, & Duce Saxoniæ, & Marchione Brandi Burgense, & c. cui maior suffragiorum numerus ad hæretic, ille Imperator designatus erit, & interim, donec à Pontifice Maximo confirmatus fuerit, non Imperator, sed Rex Romanorum dicitur. **¶** At, si si competitoribus paribus suffragijs content, Pontifex Maximus vnum ex illis, quem maluerit, confirmare poterit, quin etiam, vbi videat, nimium electionem Imperatoris procrastinari, ne pernitiõsa Christiano orbi hæc cunctatio sit, & ne sedes Apostolica aduocato interim, & defensore careat, electorumque culpa in penam Romanæ Ecclesiæ redundet, Pontifex ipse Romanus Imperatorem eligeret, quem voluerit, vbi admoniti Principes, & expectati noluerint, vel non potuerint, in vnum propositum conuenire, si poterit et eos cogere, vt concordent fiat, sed & non desuerunt, qui opinati sunt, scriptisque tradiderunt, licere Pontifici Max. si lancire, vt Imperij hereditario **Gg** **1** iure

g *h* *i* *355* *356* *357* *358* *359* *360* *361* *362* *363*

a s. ceterum. cad. cle.
b s. porro. cad. clem.
c s. verum, cad. dem cle.
d d. c. vbi periculum. vers. prouisioni s. in fi. ver. qui autem aliquid.
e d. cle. ne romani. s. eo. tam.
f cle. dispendiosam. de iudic.
g capit. vnterabilem. vers. nunquid enim extra coti.
h cle. i. s. nos eadem. versic. Ego. N. de iur. iur.
i d. c. venerabilem.
k d. c. venerabilem.
l d. cle. prim. ver. Ego. N.

a Silue. verfi. electio. 3. q. 5. ad finem.

b c em. pasto- ralis. de re iudi. ad fi.

c Inn. c. quod super bis. col. 3. de voto.

d d. c. venera bilém. de elec.

e gl. fi. c. Va- lentinianus. v- bi doc. dist. 63

iure deferatur, vtiliusque id Romano orbi futurum, vt bella, & seditiões, & scismata euitentur: A ego verò, an id facere Pont. Max. possit, magis ambigo, q̄ vtrùm id expediat, expedire. n. Reip. Rom. Ego nullo pacto assentiri possum, cui enim dubium est, melius id cadere, quod consilio, q̄, quod fortuita quadam necessitate eueniens vitari non potest? imò & regna cætera melius gubernarentur, si optimus, nō primogenitus assumeretur, quapropter neq; Aug. Anthonēs, nec Silue. accedere possum, quibus hereditariū imperium vtilius visum fuit, prudenter autem Pyrrus† Epirota rogātibus, quem ex filijs relinqueret suorum regnorum hæredem, respondit, eum, cuius acutior gladius fuerit, & Alexander Magnus non filium posthūmum, neque Arideum fratrem, sed eum, qui ex duobus suis optimus fuisset, Regnorum suorum successorem esse voluit, succedere quidem vacante imperio Pontificem Maximum, satis explorati iuris est. B

Addam etiam, Imperatorem solere titulum Regis Hierusalem præferre, quæ factis hōrum est, Hierusalem sub Romano imperij ditione olim fuisse, cuiusque illæ historiz. cognite sint, & cum nobis contrarium non constet, credere hoc nos debere Innocentius ait. C

365 Imperatoris electio facta non citatis omnibus electoribus non magis valida est, quàm aliz electiones, quibus aliquid ex collegio contempti sunt. D

366 Postea verò, quàm electus fuerit Imperator, vt verum, propriumq; Imperatoris titulum gestare possit, à Pontifice Maximo confirmandus, inungendus, consecrandusq; erit, de quo aliàs dicturi sumus, sed, ne tamen propterea credas, in subdiaconorum ordine, (vt vulgus opinatur) alijsve ecclesiasticis ordinibus numerari enim, quamuis subdiaconorum more Pontifici sacra facienti ministrat, militari. n. caractere duntaxat, non ecclesiastico insignitus est. B

DE POSTVLATIONE Prælatorum. Tit. II.

EPITOME.

POSTVLATIONIS materiam more suo perstringens post diuisionem, & diffinitionem, edocet, quinam postulatione indigeant, quomodo puniantur in dignum postulantes, quid si collegium ambigat, an quis postulari an eligi debeat, qua forma vti debeat, qui postulare possint, cui faciendæ & offerendæ sit postulatio, vt ea admittatur. An, & quale ius postulatio ex postulatione quaratur ante præsentationem superiori factam, an reuocari per postulantes quæque possit. Qua verborum forma vitur Antistes, dum postulationem admittit, quod ius post præsentationem, vel admissionem quaratur, quod responsum dare debeat interrogatus an consentiat, ille, quem postulauerunt. Post hæc de postulatione simplici paucis disserit, & postremò de Nominatio- ne simplici, & solenni.

SVMMA RERVM.

- 1 Postulationis diffinitio.
- 2 Postulationis due species.
- 3 Postulatio solennis non fit sine electione.
- 4 In postulatione plures requiruntur voces quàm in electione.
- 5 Postulatio requirit duas partes ex tribus vt admittere eam debeat superior facilius.
- 6 Ratio prædictæ conclusionis.
- 7 Scrutinij forma vtrum seruanda in postulatione.
- 8 Postulandi qui sint.
- 9 Episcopus transferendus ad aliam ecclesiam postulandus est, & quare.
- 10 Cardinalis postulandus est, cum est eligendus ad episcopatum.
- 11 Minor. xxx. annis non est eligendus, sed postulandus ad episcopatum, & quibus alijs infra ætatem positus, quam dignitas requirit.
- 12 In sacris non existens non potest sine postulatione habere ecclesiam curatam.
- 13 Illegitimus indiget postulatione, vt promoueatur ad dignitatem.
- 14 Irregularis quandoque admittuntur auxilio postulationis.
- 15 Postulantes eum, qui eligi prohibetur propter crimen puniuntur.

Postula-

De Postulatione prælat. Tit. II.

- 16 Postulatio eorum, qui eligi poterant, est inutilis.
- 17 Secus de benignitate.
- 18 Quid facere debeat capitulum, vbi incertum est, an opus sit, electione an postulatione.
- 19 Electio per hæc verba, eligimus, vel postulamus an valeat.
- 20 Electus per hæc verba, eligimus, vel postulamus, debet declarare an acceptet electionem, an postulationem.
- 21 Postulatio porrecta superiori continere debet oēs defectus postulati. (sunt.)
- 22 Postulare possunt omnes, qui eligere possunt.
- 23 Postulatio cui faciendæ, seu porrigendæ factam, an reuocari per postulantes quæque possit.
- 24 Episcopus postulandus est s. Pont.
- 25 Postulationem admittere potest ille, qui confirmare electionem potest.
- 26 Dummodo impedimentum remouere possit, quod obstat electioni.
- 27 Prælati inferiores episcopis quandoque admittere possunt postulationem non tamen regulariter.
- 28 Postulatio nondum porrecta superiori nullum ius tribuit postulato.
- 29 Postulantes renocare possunt postulationem etiam publicato scrutinio.
- 30 Etiam quod iam destinasset nuntium ad superiorem pro admissione si nondum præsentarit.
- 31 Postulatio, reuocari potest etiã post præsentationem superiori factam, si superior consentiat.
- 32 Ratio supra dictæ conclusionis.
- 33 Postulatus, an possit à collegio consequi expensas factas, si collegium variarit.
- 34 Capitulum tenetur dare stipendium ei, quem fecit ordinari sub spe postulationis, & postea variari.
- 35 Postulatio præsentata superiori cur non potest reuocari à postulantibus sine licentia ipsius superioris.
- 36 Renocatio postulationis numquam prohibetur, ex eo, quia sit quasitum ius postulato.
- 37 Postulatio reijci potest à superiore, quando non est facta à duabus partibus ex tribus collegij.
- 38 Postulatio facta à duabus partibus ex tribus collegij tribuit ius postulato.
- 39 Postulatus à duabus partibus ex tribus collegij melius faciet, si pmitat admissionem per à collegio, & ipse abstineat.
- 40 Postulatio facta à duabus partibus collegij ex tribus præfertur electioni factæ à minori parte.
- 41 Numerus postulantium augetur potest accessione (tione)
- 42 Forma verborum in admittenda postulatione
- 43 Postulatio admissa per superiorem quod ius tribuat postulato.
- 44 Postulatio examinanda est in admissione.
- 45 Postulati assensus non requiritur in præsentatione
- 46 Ratio, quare consensus non requiratur.
- 47 Forma respondendi, quando petitur consensus.
- 48 Episcopus electus ad alium episcopatum dissentire non potest, & quomodo respondere debeat.
- 49 Episcopus etiam inuitus potest ad aliud episcopatum transferri.
- 50 Postulatio simplex quæ.
- 51 Monachus promouendus ad episcopatum habere debet consensum Abbatis sui.
- 52 Filius eligi non potest sine consensu patris.
- 53 Nominatio est similis postulationi, & electioni.
- 54 Nominatio due species sunt.
- 55 Nominatio simplex quæ sit.
- 56 Nominatio solennis quæ sit.
- 57 Nominatio solennis in quo differat à postulatione.
- 57 Et in quo conueniat.
- 59 Causæ postulationum, & nominationum sunt summarie.

TANTA est humani generis imbecillitas, tot casuum diuersorum, quæ nos circumstant, facies, vt vix, aut saltem non admodum frequentes inuenias viros vndequaq; & ex omni parte perfectos, summaq; Reip. Ecclesiasticæ administrationi aptos, & idoneos aded, vt si omnia, quæ obistere possunt, impedimeta, ne quis eligatur, diligentius rimari, & ab eis remorari quos voluerit, multas ecclesias pastore destitutas iacere sit necesse, quod tamē nō sine magno omnium incommodo, & detrimento eueniret, cum sæpe inueniantur viri probi, his artibus optime instructi, quas ecclesiarum regimen desiderat, sed aliquo tamen obice, & sæpe etiam absq; vlla eorū culpa distracti, ne eligi summo iure possint, sine aliquo extare virū scia literarū non triuiali, aut plurimo rerū vñ, & spectabili vita puritate conspicuū, sed quæ tñ vel natales illegit, vel minor ætas, vel

a Abb. c. i. col. f. nu. 34. eo. tit. de postulatione prelatorum.
 b c. postulatio. vbi Ab. & alij. extra eo. Abb. c. bona. i. ex. eo.
 Host. c. bona. ij. de elec. Siluest. ver. postulatio. q. ij.
 c. c. bona. memorig. i. extra eo. vbi gl. ver. quam gratia. Abb.
 in R. & in c. i. eo. ti. c. i. de elec.
 d no. in c. cum omnes. de constitutionibus.
 e c. praevaria.
 x. q. ij. gl. d. ver.
 fi. quā gratia.
 f Abba. in d.
 c. quia ppter.
 in prin. col. ij.
 circa med. ver.
 fi. quartō secū.
 do principali-
 ter. extra de e-
 lect. Anno. c. in
 causis. extr. co.
 tit. de postula-
 prelat.
 g Siluest. ver.
 postulatio. q.
 ij. vers. quinto
 si sit solēnis.
 h c. prim. vbi
 Abb. & alij.
 extra eo. ti.
 i Abba. in cap.
 bona. primo. et
 c. & si vmani-
 miter. eo. titu.
 Siluest. eo. ver.
 postulatio. que
 stione. v. nume-
 ro. 5.
 K Abba. capi.
 & si vmani-
 miter. column. ij.
 & iij.
 l Abba. d. c.
 & si vmani-
 miter. colum-
 na. ij.
 m capit. si ele-
 ctio. de electio.
 in sexto.
 n Abba. vbi
 supra. Ioannes
 Andr. in ad-
 dit. ad capitu-
 lum cupientes
 §. denique. ad gloss. versiculo alligati.
 o capitulo cum nobis. §. penultimo. & finali. capitu. cum in-
 cunctis. in principio. de electio.

mē necessariam esse eam formam opi-
 nentur. e
 8 Sunt autem postulandi solenniter om-
 nines (vt diximus) hi, quib. aliqd' for-
 tunā potius, quā animi vitium, &
 extrinsecum magis, quā intrinsecū
 impedimentum obstat, ne eligi pos-
 sint, vt veluti, gratia exēpli, episcopus,
 cum spiritualis matrimonij vinculo
 suae ecclesiae obstrictus, deinceps que
 sit, nō potest ea repudiata, alteri eccle-
 siae obstringi, quocirca postulāndus est,
 vt prioris ecclesiae nexu solvatur, & al-
 terius vinculum subire possit, & eadē-
 que ratione & Cardinalium traditū
 est, postulari ad episcopatum, non eli-
 gi debere, & nam, & si cardinales nulli
 matrimonio spirituali deinceps sint,
 nisi cardinalis episcopi, quia tamen &
 ipsi habent Episcopi auctoritatem in
 suis titulis, & magis, quia apud Rom.
 sedem residere tenentur, ppter ea sunt
 postulādi, alius verō episcopali digni-
 tate inferior praelatus, vel rector, seu
 Abbas, seu alterius nominis sit, matri-
 monium propriē cum ecclesia sua cō-
 trahere non dicitur, sed quasi matri-
 monium potius, quare nec eligi prohi-
 bētur huiusmodi, nec postulatione so-
 lenni egent, sed postulatione simplici
 duntaxat, qua sui Antistitis consen-
 sum, & licentiam impetrent, & eadem-
 que ratione, & episcopus, qui episco-
 patum resignauit, & episcopum, qui cō-
 firmationem nondum consecutus est,
 eligi possunt, nec postulatione indi-
 gent, namque episcopus ante confir-
 mationem, vinculo spiritualis coniu-
 gij ecclesiae suae nondum alligatus est,
 quamuis matrimonium iam initiatū
 electione diceretur, & post resignatio-
 nem ab Antistite suo acceptam vincu-
 lo illo cōiugij solutus est, & electus. n.
 potest ante confirmationem electioni
 renuntiare, & is verō, qui episcopatu
 renuntiauit, & priori vinculo solutus
 est, cum pro mortuo habeatur, quō ad
 illam ecclesiam, qua Pont. Maxi. acci-
 piente se abdicauit. n.
 11 Item triginta annis minor ad episco-
 patum est postulandus, & quicum-
 que alius, qui infra aetatem suam ad
 dignitatem aliquam, vel curam ex-
 petitur. o Item, † qui sacris ordi-
 nibus necdum auctus est, non potest
 sine

sine postulatione ad quamcumque ec-
 clesiam cura animarū pressam admitti-
 ri: A Itē is, p̄ cui legitimi natales non
 fauent, ad episcopatum, aliamque digni-
 tatem eligi non potest, sed postulandus
 est, item irregulares quandoque
 postulationis subsidio admittuntur. n
 13 Verū hī, quos aliquid animo inhæ-
 res, vitium vel crimen notat, impeditq;
 ne eligi possint, ijdem nec postulari
 quidē debebunt, imō, qui eos postula-
 uerint vel postulationem iam delectā,
 & abhōlitam nouerint, non alia in ex-
 istimatione, aliove in pretio habent,
 quā, si eos elegerint, quapropter nō
 tantum postulandi, sed etiam eligendi
 potestatem ipso iure amittent, siue po-
 testatem hanc eligendi, vel postulandi
 ex priuilegio, siue ex iure communi
 habeant, e qua tamen sic exaudienda
 sunt, si adhuc in criminibus volun-
 tentur, nam, si criminibus abiectis ad
 meliorem fugam transierint, irregu-
 lares, & quicumq; criminosi non pro-
 hibentur postulari. d
 16 Sed, si eum, † qui eligi potuisset, postu-
 lent, solenniter, nihil agent, quia per
 postulationem non consentiunt in eū
 vti sponsum, quare nec praelatus, qui
 postulationem admisit, videtur matri-
 monium spirituale inter eos, facere si
 bi autem impotent, qui, cum eligere
 possint, postulare maluerunt, imō vi-
 dentur hoc studiosē fecisse, quōd in
 p̄pria & necessaria postulatione haud
 quaquam contingit, cum scilicet postu-
 latio sit, eō quia electio fieri non po-
 terat, cum enim tunc electio fieri non
 posset, collegium fecit, quicquid face-
 re poterat, dum postulando assensum
 prebuit, hoc tacite ex actus natura sub-
 audiendo, nempe, si praelatus super-
 rior probasset, praelatus autem ipse, pe-
 nes quem hæc potestas probandi, &
 obicem abijciēdi erat, huiusce rei causa
 aditus postulationem admittendo
 omnes defectus, quorum causa postu-
 latio erat necessaria, tollēdo complet,
 ex quo deinceps verus ecclesiae spon-
 sus dici possit, is q. postulatus, admissus
 & ecclesiam matrimonium, non modo
 initiatum, sed etiam confirmatum,
 quod irritari non possit; quod ex sub-
 iudicate iuris quidem p̄cedit, sed beni-

gnior tamen interpretatio suadere vi-
 detur, † vt hæc quoque postulatio de
 illo facta, quem nulla res eligi prohi-
 bebat, valere & sustineri debeat, quasi
 hæc fuerit collegij postulantis mens,
 actum suum optimo quoque iure val-
 idum facere voluisse, & in eum con-
 sentire, dummodō praeffectus id conce-
 dat, nisi tamen alia collegij voluntas
 appareat, & quapropter, † si collegiū
 ambigat, an quis postulari debeat, an
 verō eligi possit, & questio iuris, sit,
 consultius ager, peritiores consulendo
 prius, quā cōuentum super hoc
 negotio habeat, † sin questio facti po-
 tius, quā iuris sit, puta, quia incertū
 est, an legitimus, an illegitimus sit, vel
 an trigentesimum aetatis annum exple-
 rit, quem ad episcopatum eligere vo-
 lunt, vel an sit professus, de quo pro-
 mouendo ad titulū Abbatis tractatur,
 & similibus exemplis, infra scripta ver-
 borum forma vti poterunt, videlicet,
 eligimus & postulamus N. eo meliori
 modo, qui iure valere poterit, p̄ cui ta-
 men verborum formae parcendum est
 set, vbi certum esse posset collegium,
 vtrum eligi, an postulari deberet, illa
 autem species verborū nullatenus ad-
 mitteretur, videlicet, eligimus postu-
 lando, seu postulandum, & postula-
 mus eligendo seu eligendum nec po-
 stulationis, aut electionis vim vllā ha-
 beret, certa enim, firmaque postulatio
 solennis esse debet, † vbi tamen p̄pter
 iustam ex facti incertitudine ambigēdi
 causam admitta prædicta species fuis-
 set, videlicet, eligimus & postulamus,
 pro vde iure melius, tenetur is, q. hoc
 modo fuerit optatus, consensus tem-
 pore intra mensē præstandi aperire,
 vtram potius viam electionis, an po-
 stulationis malit, qua electa ad alterā
 g aditus præclusus erit. g
 Sed neque hoc tamen satisfactum erit,
 † nam & omnes in postulatione prela-
 to porrecta defectus postulati fuisse ex-
 pressos oportebit, qui postulationem
 seu electionem infirmare poterant. n
 21 Postulare † autem possunt omnes, qui
 & eligendi potestatem habent, de qui-
 bus titulo superiore diximus.
 22 Illi † verō est faciēda, & intendēda
 postulatio, qui eam admittendo postu-
 lati impedimenta remouendo potest,
 qua-

a Innocent. in
 di. cap. i. cod.
 tit.

b Innocent. vbi
 sup. et Siluest.
 d. ver. postula-
 tio.

c capit. ij. vbi
 Abb. & alij.
 extra. col. tit.
 Siluest. hoc
 ver. quæst. 10.
 num. 10.

d Abb. ca. &
 si vmanimiter.
 cod. tit. de po-
 stula. prela.

e Innocent. in ca.
 i. col. n. 2. circ.
 med. cod. titu.
 Ab. ca. si. col.
 pe. eo. tit.

f Innocent. v-
 bi sup.

g c. i. eo. ti. in
 sexto.

h Ab. cap. fi.
 nu. 9. eo. tit.

24 *b Ab. c. si. nu. 10. vers. venio nunc ad tertiam partem.*
 25 *b Ab. ubi f.*
c Hostien. & Ab. in c. bona 2. de postulat. prelat. Siluest. eo. ver. postulat. que. viij. Ab. in c. postulationem. i. no. eod. tit.
d Ab. in c. postulationem, col. si. ad si. eo. tit.
 27 *e no. in glo. si. c. cupientes de elect. in sexto. Ab. in d. c. bona. 2. num. 13. & 14. de postulat. Siluest. d. ver. postulat. que. 9.*
f Ab. c. bona. mem. num. 16. eo. tit.
g Ab. post Innocent. in d. c. bona. nu. 11. et seq. Siluest. ubi sup.
h Ab. d. c. bona. & d. c. postulationem.
 31

que angustus quaesierit, t ex quo fiet, g, si idem ipse, no alterius ministerio, & vice vltu visitare semper consueuerit, non liceat ei postea per alium a se sub stitutum visitare, vt Ancharanus docuit, A quod mihi aequius, iurique co formus videtur, eo, quod i hac specie aduersus Ancharanum tradit Cardinalis, a multum enim interest, an visitatio ab ipsom. r praelato, an a subrogato, & mercenario fiat, qui, cum videt lupum venientem, resistere non audens in fugam se protinus conijcit, hinc t lan. Syn. Trid. cap. 4. Sess. lxxa sancit, vt capitula cathedralium, aliarum, cuiorum ecclesiarum, illarumque personarum, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententijs, iuramentis concordijs, que tantum suos obligent authores, non etiam successores, tueri se possint, quominus a suis episcopis, & alijs maioribus prelatibus per se ipos solos, vel his, quibus sibi videbitur, adiungat, iuxta canonicas sanctiones toties quoties opus fuerit, visitari corrigi, & emendari etiam auctoritate apostolica possint, & valeant.

12 Prærogatiua quidem Apostolica speciali visitationem curare quis potest, imò ex iure communi, quamuis hoc ipsū in diplomate expressum non fuisse, verum generaliter duntaxat exemptio & immunitas, aut ne ordinario parere teneretur, concessa fuisse, visitationem tamen curare poterit ordinariorum suorum, t non tamen legatorum, aut delegatorum Apostolicorum. c. Alius

15 t vero prælatus Pontifice Maximo inferiori, cui ius visitandi competat, non magis remittere visitationem subditis suis poterit, q̄ condonare correctionem posset, d. nec p̄ remissione quis visitationem videtur, & si dixerit, teruita sibi debita remittere, & imò t & visitationis iteratio, nedum visitatio prima pacto remitti non potest. r

18 Qui autem t visitandi ius habet, si contumaces reluctantesque eos inueniat, quos visita e vult, aded, vt nulla pacto admittere, & recipere eum velint, mucronem spirituales in eos distringet, eosque vel excōmunicare, vel interdicerere poterit, c. nisi respiciat, vel, si, malit, poterit etiam vi repulsis contumacibus ingredi, h sunt tamen, qui opinē

a Anchar. in d. cap. cum ex officij, ubi Fel. d. nu. 12. idem Fel. in d. cap. auditis. num. 14. de praescrip. Andr. Sic. c. cum con tingat. num. 70. de foro compet.

b Cardi. in d. c. cum ex officij Fel. d. c. auditis nu. 19.

c c. cum persona. de priuileg. in sex. ar. ca. cum instantia. de cens. Maria. in hoc tra. lib. 6. q. 14. quæst. i.

tur, i non licere visitationis causa, vt hospitetur, clausa ecclesiasticarum domorum hostia frangere, innixi quada morum Innocentij a perisique probata sententia, x quos tamen ego probare non possum, cum & diuini cultus obsequium, & salutis animarum fauor postulent, vt obices omnes penitus tollantur, quibus tam pium, sanctūque opus impediti possent, nec, que ratio aduersetur, sans cognoscam, nam que ex Innocentio, & Floriano, ac Bartholo mego Veronensi quaedam similia asferuntur exempla, ad hanc rem non pertinent, nam, vel de priuatis hominibus domum sibi iure priuato debita ingredi volentibus loquuntur, quibus licere non debet, quicquid indicis potestati permittitur, nos vero de ipso praelato, & iudice loquimur, qui praeferat sua munus & officij excuturatur omnia proculdubio impedi menta remouere, abijcereque potest, vel cum praefati doctores de episcopo, aliove praelato loquuntur, supponunt, agere ipsum episcopum vti priuatum, & de iure priuato, t in visitatione autem ius publicum, vtilitasque publica versatur, t cuius ratione episcopus vti magistratus, & publica persona debet omnia posse, que ad publicum officium, iurisdictionemque suam adiuuandam spectant, x praefectum, vbi nulla ad visitationem euitandam causa adducitur iustum iuris colorem praese ferens, nam & nullam ecclesiasticam domum, aut ecclesiam episcopo visitanti clausam, obseratamque esse decet, ne hoc modo contingeret, posse vnumquemque, arbitrio suo visitationem effugere, hostijs clausis a sua ecclesia discedendo, neque hic dicitur episcopus sine iudice hoc facere, cum ipse idem episcopus iudex sit (vbi contra visitationem exceptio nulla allegatur, nec iurisdictionis ipsius iuste declinet) quod, si vel de recitatione, vel incom petentia contra visitatorem excipetur,

d Innoc. d. ca. cum ex officij. de pr. c. r. Marian. vbi supr. nu. 17.

e c. cum venerabilis. de cens. si. Marian. vbi supra. nu. 18.

f Fran. Pauli. in eo. tra. f. q. 4. part. i. num. 24.

g clem. attendentes. in 1. vbi gl. de statu. n. onach. Innoc. in c. venerabili. de cens. lib. 5.

h Firmian. in tra. de episc. par. 2. lib. 4. tit. de arch. episc. cir. spir. et Innoc. c. i. de immu. eccles. Marian. in hoc tra. lib. 1. quæst. 14. nu. 20.

i Fir. vbi supra.

k Innoc. in d. ca. i. de immu. eccles. Floria. in l. i. §. i. ff. de seruit. rustic. pr. ed. et in l. et id. i. prin. ff. si ser. veniit. Cypol. in tra. de serui. c. 30. l. Innoc. in c. venerabili. in si. de cens. lib. m. l. 2. ff. de iur. iur. i. omn. in dic.

a *Innocen. in d. ca. i. de immu. eccl. les.*

b *Clem. 2. de censib.*

c *ca. similiter 16. q. i. & ca. constitutum. 17. quest. 42. c. nouerunt. x. q. i.*

d *ca. nulli licet. 1. 2. quest. 2.*

e *in d. cle. 2.*

f *Innoc. in d. c. venerabilis de censib. vbi etiam Ab. in i. glos.*

g *Marian. in d. trac. nu. 16. ad fin. i. quest. 14. quest. lib. sexto.*

h *Innocen. d. ca. venerabilis. col. ff. Maria. vbi sup. quest. 15. nu. 20.*

tur, quia tunc partis potius, quam iudicis officium agere videtur, (vt ait Innocentius,) A non crederem, ei licere, aliquid facto tentare, nec video, cur magis licere episcopo debeat, propria autoritate obstantes repellere, vt facere eum posse idē firmanus ait, quam hostia deijcere, atqui maior scandali metus repellendis viris, qui obstitunt, & repugnant, quam frangendis, deijciendisve foribus versari videtur, neque enim hoc ca. Clemens Quintus in Concilio Viennensi Monasteriorum, seu ecclesiarum valuas perfringi prohibuit, sed tunc demum, vbi hęc ideo patrarētur, quia visitati nollent omnino visitatum voluntati satisfacere, vt voluptatib. proprijs obsequeretur. **b** Et quamuis ecclesia, ecclesiasticaque bona sint sancta sanctorum, Deoque consecrata, c. quibus vim inferens sacrilegium committere dicitur, **d** hoc tamen vis appellari non potest, quod a magistratu ad cultum diuinum institutione fit, nisi eam quoque vim dicere velis, cum persone ecclesiasticę ordines sacri ab episcopo ob demerita eius detrahuntur: contraria tamen sententia frequentissimis calculis probata est, nam & Paulus Vitalinus, Imola, ceteriq; omnes eam sequuti sunt. **e** Et quamuis Innocentius, **f** in cuius verba Abbas & Marianus iurarunt, **g** facilius concedant, posse praelatum, vbi partes priuati agit, quam, cum iudicis, autoritatis & facti aliquid sibi vēdicare, & propterea consulant episcopo, vt partis potius, quam iudicis officium iubeat, extraiudicialiter procedendo, ne probationes recipere, & probationem admittere teneatur, sed spiritali, temporalique gladio intra sua tueri possit, obseruandum tamen moneo, de episcopo, cuius ambigua sint, in visitando iura, non de e. clata, & p. picua Innocentium, Abbatem, & Marianum hęc tradidisse, quę facti species superioribus annis euenit, cum amplissimus: vir Archiepiscopus Mediolani visitaturus esset ecclesiam collegiatam a sciligeris principibus ea in vrbe edificatam, vbi tamen magnus scandali metus immineret, ne in illa vi, & turba, dum pro orationibus & laetis, proprijs clericorum armis,

ferrea cruentaq; arma tractantur, tragicus quispiam casus eueniat, ego quidem nulli facti eiusmodi vim haberi consulendum censerem, quod maior sit metuenda dispersio, & iactura, quam lucri inde proueniens speranda mēsurā, cum præsertim demptum non sit episcopo, alijsve praelato visitanti, quin alijs remedijs pacatorib. exequi id possit, quod molitur, nempe eē iuris Ecclesiasticis eos compellendo, vt proni obedientisue visitationi subsistant, quandoquidem hoc, aut altero die, aut post duos, vel tres dies visitatio fiat, non magni interest. Item, si non cum subditiis temere visitationem excutientibus, sed cum alio praelato agatur, visitandi autoritatem excluso episcopo sibi asserente, non crederem, licere tunc episcopo hostia irumpere, vt ingrediatur, cum propriā tunc vt priuatus causam agat, **f** idem que, si cum subdito, quem ipse visitare solitus non sit, sed alius praelatus, negocium vertatur, quapropter, cum eiusmodi casus mihi contigisset, quę ecclesię, domusque mihi visitare uolenti oculus fuisset, eo quod Archiepiscopus Mediolanensis id ius sibi vēdicaret, Papiensemque episcopum, cuius ego vices agebam, hummouere vellet, nullam vim, quamuis paratos viros haberem, adhibere volui, sed iuridica via id tandem assequutus sum, quod iuris erat, omnia enim experiri prius, quam armis decer religioforum, Nolim tamen, visitatorem existimare, simul atque aliquis exceptiones opponit exemptionis, ne visitationem pati compellatur, se illum excommunicare, aut interdicare posse, nisi factō vsus ille resistat, imò iure suo vti prius debet, & visitationem, si permitatur, exequi, si in facere id prohiberi vi fuerit, tunc demum excommunicatione, vel interdico victur, **f** nec moram faciet, quamuis ille appellacionem ad S. Pontificem interposuisset, modò ipse visitator in possessione visitandi esset, **f** imò, nec, si ille probationes in promptu paratas offerret, eas accipere, cognitionemque causę adhibere teneretur, **f** quod, si constaret, nulla in possessione visitandi cum vnquam fuisse, excommunicatio contra illam lata,

lata, qui exemptionis priuilegio tueri se vult, nullam vim haberet, sed irrita inanisque esset, **f** quamuis ipse quidē episcopus, qui talem excommunicationem tulit, non propterea plectendus foret, si illa ecclesia, quam visitare volebat, in sua diocesi erat, impune tamen non abiret, vbi extra diocesim foret, idemque **f** dicendum, & si initio non constaret, liquidum uero esset de nō iure visitationis, sed postea id manifestum factum esset. **A** **I**tem non eos modò, quos visitare vult, sed alios quoque omnes visitationem impediētes coercere excommunicationis gladio visitator potest. **n** **V**isitandi autem ius, & potestas cuiusque praelato ecclesiastico iurisdictionem administrationemque habenti competit, **c** & cui non competit administrationem, neque ius visitandi competere dicemus, **v** & **f** spectare ad legem iurisdictionis dicitur, **f** quamuis procuratorum exigentē ius, id est, alimentorum, quę praelato visitanti, familiariq; eius, seu comitibus debentur, ad legem diocesanam pertineat. **B** **Q**uapropter visitare possunt, ac debent iure ordinario Pon. Max. legatus Cardinalis ex officio legationis a sede Apostolica sibi demandate, **f** nec nō & omnes legati apostolici etiam, qui a latere non sunt, seu missi, seu sint legati, **e** qui **f** tamen legati missi, licet visitare possint, non idcirco tenentur visitare, ita vt omittentes lætali delicto sese adstringant, nisi hoc visitandi onus specialiter eis impositum sit, vel nisi vrgens aliqua necessitas visitationem ipsorum ob salutem animarum omaino exposceret. **n** Item Patriarchę, Primate, Archiepiscopi, & Episcopi visitandi ius, potestatemque habent. **i** Archiepiscopi autem, Archiepiscopii, Decani, alijque inferiores huiusmodi iurisdictione carentes suo nomine proprio non visitant, sed nomine episcopi, nisi fortē longa consuetudine ius suę parochię visitandę prescripserint, **x** verum de his ita constituit sacrosanta Synodus Tridentina, Sessiois vigesima quartę, capite tertio, vt debeant assumpto notario decō sensu episcopi per seipos tantum visitate, plebani quoque iurisdictionem

a Innocen. & Marian. vbi supra.
b Marian. vbi supra. nu. 34. vers. & idem fortē dicendum.
c c. i. s. hanc. de censib. in sexto. c. cum venerabilis. de censib. in sexto. Abb. c. cum apostolus. ij. not. de censib. & consilio 36. Oldra. consilio. c. iij. Feder. consilio. cxlv. & consilio. cxii. Cald. veri. consilio. x. vit. de censib. Soci. eo. tract. libro. iij. vers. 14. Pavin. vbi supra. Bald. consil. clvij. proponitur quod quidam. li. 3. Cra. consilio. 238. col. iij. numero. 13. e. d. c. cum venerabilis. de censib. Florent. in summa. tit. de off. ordi. s. quid pertinet. vers. lex vero diocesana. Maria. d. trac. libro primo. nu. 2. Pavi. in eo. tracta. quast. prima. pa. prime. nu. 8. f. c. cum apostolus. de censibus. g. c. cum instātia. & ca. procuraciones. de censib. h. Marian. di. tract. column. 6. nu. 7. vers. ficul. secundo. de legatis. i. cap. ij. c. scilicet. de censib. in sexto. capi. cum Apostolus. cap. procuraciones. ca. cum super eo. extra eo. de censib. c. si episcopus. de off. ordi. in 6. c. decernimus. x. q. i.

K d. c. cum super eo. d. c. cum apostolus. vbi Abb. ij. not. de censib. c. i. c. mandamus. de off. Arch. c. i. ij. & ij. de off. Archiep. presb. Maria. vbi supra.
l d. c. cum venerabilis. de consi. Soc. hoc trac. li. q. q. x. m. c. pen. & si. de sup. negl. praeli.
n Maria. vbi supra. col. 4. q. xi. & c. qualiter. & quando. de accu. o. gl. in cle. i. ver. capituli. de heret. to. mo. in c. ecclesia. de sup. negl. prael. Fran. Pavi. in hoc trac. q. ij. par. i. nu. 46. & seq. X k

a c. in saugulis 39 Item Abbates, prioresque & alij regularium praefecti etiam Canonico- rum Lateranensium visitare possunt... c. ea que d. sta tu monach. b d. c. in singu lis d. c. ea que. c d. c. in sing: & c. ea que. d cle. ij. in pri ci. de sta. mon. & reg. Pau. i tra. de visit. q. ij. par. i. n. 43. e d. clem. ij. de statu regu. f cle. ij. iud. Pau. co. tra. ij. iij. par. i. g Pau. in hoc tra. q. 3. par. i. nu. 1. 2. & seq. h c. venerabili- lem. ij. de ele. c. nonit. de iud. c. solit. a. de ma io. & obed. i c. cuncta per mndum. 9. q. i. k c. fundamen ta. de elec. cle. ne romani. de iur. iur. c. palē tinianus. c. ti- bi domino. di. 63. c. alius. i 5 q. 6. l c. grandi. de sup. negl. pl. in 6. no. in c. ver- gentis. de her. m c. non min⁹ c. adversus. de r. mu. ecc. c. oib. r. solit. de ma- ior. & obe. n c. sopira. c. venerabili. de consi. c. i. s. de- inde. de consi. in sex.

reuocauit. 45 Visitationem t̄ autem Ecclesiasticam pati, agnoscereque tenentur omnes, quotquot Christiani orbis oras colūt, etque subiecti sunt, siue hi Christiani, siue Iudaei sint, vel Pagani, r̄ siue eccle- 46 siastici, seu seculares, t̄ & non minus principes, potentesque viri, in pro- fanos homines tantum ius imperium que habentes; quàm priuata obfurg- que, & humilioris fortuna homōtio- nes. Quapropter traditum est, ipsum quoque Rom. Imperatorem, & Reges omnes visitationem Apostolicam de- 47 clinare non posse, c̄ cum enim horū quoque fastigium non sine firmissima sedis Apostolicæ basi, & fundamento erectum sit, & cum ab ipso Pontifice h Max. probandi inungendique sint, n̄ & cum totus orbis Christianus dī- 48 cesis sit Pontificis Maximi, i cui mi- rum videatur, si, postquam in sede iā locati populos regere ceperunt, Ponti- 49 fax Max. qui Dei vices in terris gerit, & à quo illi pendent, experiri velit, ac videre, an omnino tales sint, quales ef- se eos, significatum fuit: ac periculum facere, qua pietate, ac erga Deum reli- gione creditos sibi greges pareant, & gubernent, quandoquidem ipse Pon- tificex Maxi. eos etiam de culmine illo K meritis deponere, & amouere, vel co- adiutorē eis indigentib. dare in regni, vel imperij administratione potest, vt 48 quandoque olim factum legimus? i multo t̄ ergo magis alios inferiores prin- cipes visitare poterit; ne mpe Duces, Marchiones, Comites, Barones, Iudic- 49 ces, cæterosq; magistratus omnes secu- lares. m Item t̄ congregationes omnes, & cōuen- tus, vel collegia, societates, seu confrat- ternitates, tam seculares, quàm eccle- siasticæ, visitationem apostolicam, & ordinarij sui agnoscere debent, ac du- bio procul ecclesiæ, ecclesiasticq; ho- mines cuncti, & omnes pij loci, ca- 50 rorumque collegia, & hospitalia omnia, conuentus, & capitula, monasteria nō minus monialium, quàm virorum, n̄ t̄ sed monasteria mulierum exempta, apostolicæ sedi immediatē subie- cta, ordinarij tamquam à sede Aposto- lica delegati visitabunt, q̄ verò exempta non sunt, iure pprio visitare poterūt, atq; si

at, si que e monasteria, (vt in pluribus contingit) exempta quidem à iurisdic- tione ordinarij sint, sed tamen Apo- stolicæ sedi non immediatē subiecta, verum, que proprios, quibus pareant, & à quibus regantur, praesules habeat, ab ipsidem ipsis praesulibus visitanda erunt, quod si monasteria mulierum Pōtifici Maximo immediatē subiecta consueuerint à visitatoribus conuen- tumū provincialium visitari, nō dem- ptum erit episcopis, quin & ipsi ead- 51 dem visitare possint, a si verò monia- les proprios Antistites viros habeant, t̄ sed ab eisdem monialibus, puta, Ab- batis, & Prioris regi soleant, eius- dem auctoritate monasterij, dubita- rum est, an à delegatis per- ipsas mulie- res, an ab Episcopo visitari, corrigiq; debeant; nam posse & per alios mu- lieres visitare scripserunt, Ioannes glo- sator, Ioan. Andrea, Stephanus, & Pau- lus. n. Episcopumque ad huiusmodi 52 visitatione secludi, verum alijs aliud consilium fuit, c. hemye, vix à mulie- bri infir. no flexu correccionem bonam expectari posse, quapropter non esse illis tale opus committendum, vel per- mittendum, sed ab Episcopo explican- dum esse, quod mihi non videtur iure probari, quid enim eis prodesset exem- ptio, si visitari ab episcopo possent? 53 t̄ Sed, quod de hospitalibus dictum est, vt ipsa quoque visitari ab ordina- rio possint, non simpliciter tamen ab omnibus admissum fuit, quamuis e- 54 nim glossemma n̄ quoddam citetur, à quo sententia haec imprimis manauit, alij tamen vel ei adhaerendum nō cen- suerunt, vel saltem non ita simpliciter sed quadam adhibita distinctione re- ceperant. 55 Et Federicus quidem Senensis, n̄ tri- membrum huius quaestionis sectionē fecit, nam duobus casibus visitari pos- se illa affirmat, illisque esse illud glo- semma intelligendum, vbi scilicet hos- pitalia ordinarij auctoritate fundata esse constat, & per consequens esse re- 56 ligiosum. r̄ Idem, cum signa aliqua religionis elucet, vt, quia publicē ibi celebrari consuevit, quamuis de fundatōe certi nihil asseratur, quia & hoc casu religiosa auctoritate funda- 57 tam esse illud praesumendum est. 6

a cle. attendentes. vbi gl. ver. alia. de statu monachorum. b Io. And. Steph. & Pau. in d. cle. attendentes. post d. gl. versic. alia. Marian. vbi supra. c Guliel. de mon. laud. d. cle. attendentes. Marian. vbi su. d glo. in c. i. s. pialoca. de cū s. i. in sex. e Fed. Senens. consi. 46. f Cle. quia cō tingit. de reli. domi. vers. in- iungimus. vbi gl. Pau. in. 4. q. par. i. nu. 30 g Arch. c. me- mo. de consec. dist. i. h Soc. in d. tr. nu. 1. 4. de visi- tat. i d. c. i. s. dein de de censib. in sex. k c. fin. de cen- sib. in sex. vbi Ioan. And. & In. o. Marian. vbi sup. nume- ro 1. 4. ver. tur- tio decimo. l 1. 2. duo sunt. 1. 2. q. i. Maria- nus. co. traba. nume. 1. 4. Pa- uin. cod. tract. questione sex- ta, par. pri. nu- mero 1. 3. & se- quen. glo. c. pri- mo. s. pri. ver- si. & populus. m Maria. vbi supra, numero duodecimo. Pa- uin. vbi supra. numero deci- mo quinto. n Maria. vbi supra, numero 1. 3. Lap. trac. de hospita. nu- mero. 54. x k 2 lum,

Tertio verò casu, vbi scilicet, nec quic quam certi de fundatione religiosa, Episcopali que auctoritate asseritur, nec vlla eius vestigia, vel indicia extāt, sed constat potius, illa esse priuata ho- spitalia, sed ad pios vsus, puta leproso- rum, aliorumve infirmorum exposita, atque hoc onere exhibitionis reli- cta, visitari ab ordinario poterunt, ni- si is, qui opus illud instituit, superstes adhuc sit, nolique suas aedes, nisi cui ipse voluerit, parere, quemadmodum & non debet alicui licere, alienam do- mum ingratum eius domino intrare. h t̄ Quod verò dictum est, laicos quoq; visitari posse ab Episcopo, vt constitu- tione Innocentij Quarti cautum est, i dum statuit, vt Episcopus clei um, & populum pariter excutiat, sic intelli- gendum est, vt scilicet, vel de crimini- bus ecclesiasticis dumtaxat contra lai- cos quaeratur, vel, si de crimine ad fo- rum ecclesiasticum nō pertinente que- rere episcopus velit, nullam speret se publicam vindictam de laico sumere posse, ea autem poena contentus sit, quae poenitentibus imponi ex eiusde- modi criminibus in sacramento poeni- tentiae potest, vel consuevit, k t̄ sed non eodem contextu, ac simul, & se- mel facienda est clerici, & populi visi- tatio, sed separatim, cum ipsorum ne- gocia diuisa, inter se, ac longo interval- lo disuncta, non sint promiscuis acti- bus confundenda. l Sed, & t̄ capellas (quas vocant) singu- las eidem visitationis Episcopalis cen- sure subiaccere traditum est, m orato- ria t̄ autem priuata, si episcopus idcir- co visitare velit, quod dispiciat, vtrum honorificē habeantur, & sint congruo decentique modo constructa, & orna- ta, vel, si perpetuum habeant sacerdo- tem, qui in eis celebret, vel si authori- tate Episcopi erecta, institutaque fue- rint, forte visitari ab Episcopo non se- cus, quàm alia pia, religiosaque loca poterunt, nullo tamen pacto, vbi ex p̄ dictis aliqd nō militet, visitanda erūt. n His verò lignis oratorum esse religio- sum,

a. Carlina. consilio undecimo. Abbas in capitulis patentibus, ij. not. a. vbi etiam Socin. de priuilegijs, et idem Socin. vbi supra, idem Abbas in capitulo finali. ij. not. de censib. Decius consilio centesimo quadragesimo octauo, columna prima, ver sic. et quammis. Parisi. consil. 1. 3. numero decimo tertio, et sequenti. libro

quarto. Rogb. in tracta. de in re parona. ver sic. construxit quest. ix. numero vigesimo octauo. Poly. capitul. de quarta. numero 12. uersi cu. tertia conclusio. de prescript. Roman. consilio 409. numero decimo, Lambert. de iure patrona. libr. primo. articulo. v. decimo, quest. xi. part. primo princ.

b. Calderi. consilio. 4. vers. item ibi est altare lapideum ritu. de iure patrona.

c. Doctor. vbi supra.

d. capitulo decimo, Session. vigesima quarta.

e. Marian. vbi supra, numero decimo, in fin.

f. Hostiens. in capitulo cum deputati. de iudicijs. Paulin. in sexta questione pri. par. in fine, numero quadragesimo secundo.

sum, & publicum dignoscetur, si faciem ecclesie habeat, si turrim, à qua pelues campanæ pendent à tectis ipsius extates, A si lapidem viuum, quo altare regatur, integrum & continentem, n si à laribus domesticis longè se positum, remorumque sit, si dos certa celebratio sacerdoti sit constituta, e & quamuis non fortè inuenias vltimam hoc expressam, vt publicum scilicet presumi debeat, nò priuatum oratorium; quod à domibus remotum sit eius, qui sunt esse aliter, verum in medio ruris fortè, satis tamen hoc perspicuum, & verisimile videtur, namq; ad commoda propria edificari huiusmodi priuata oratoria solent, quate non presumi debent priuata, vbi dominum sese affectanti commodu nullum apponant, quæ verò ab ædib. longè posita sunt, talia non libentur, sed veluti ad communem totius populi usum, & vilitatem structa, consequenter publica presumi debent, publicoque sumptu edificata.

Sed & sacrosancta Synodus eadem Tridentina capite octauo, Sessionis vigesime secundæ huic negocio manum apponendo constituit, vt episcopi etiam tanquam sedis Apostolicæ delegati in casibus à iure concessis habeant ius visitandi hospitalia, collegia quacumq; ac fraternitates, laicorum etiam, quas scholas, siue quocumque alio nomine vocant, non tamen, quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia, elemosinas Montis pietatis, siue charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiam si predictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo iuxta sacrorum Canonum sta-

tuta cognoscant, & exequantur, non obstantibus quacumque consuetudine etiam immemorabili priuilegio, aut statuto.

Quæ quidem suprascripta etiam in his ecclesijs secularibus obseruanda sunt, quæ in nullius Diocesis esse dicuntur, vt ab episcopo, cuius ecclesia cathedra lis esse proximior, si id possit, aliouia ab eo, qui semel in Concilio Prouinciali à prelo loco illius electus fuerit tantquam sedis Apostolicæ delegato visitentur, non obstantibus priuilegijs & consuetudinibus quibuscumque etiam immemorabilibus.

¶ Ecclesiæ duæ si vnice simul fuerint, ambe tamen visitandæ erunt, vel omnes, si plures fuerint.

¶ Capellas quoque, & curas ecclesijs quarumcumque religionum militarium, iure etiam communi visitari possunt, vt illis provideant, vbi opus fuerit, nisi aliud ipsorum priuilegijs cautum sit.

Statuit præterea eadem Sacros. Synodus Tridentina capite octauo, Sessionis septimæ, vt locorum ordinarij ecclesijs quascumq; quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, & opportunitas iuris remedijs provideat, vt quæ reparatione indigent, reparentur, & curarum animarum, si qua illis immaneat, alijsque debitis obsequijs minime defraudentur, appellationibus, priuilegijs, consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore prescriptis, iudicium deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus exclusis.

¶ Iudicium quoque & magistratum secularium, nedum ecclesiasticorum carceres, detentique ibi rei visitari ab episcopo, vel delegato Apostolico possunt, vt videre possint, qua sententia, quæ pietate custodiantur, & an pabulo saluari animabus eorum consulari, nempè, vt copia, potestasq; non desit sanctis. Sacrificij missæ, & sacerdotum, quibus possint crimina sua sacramentum penitentiae excrucendo faceri; & ab eis tremendum Eucharistiæ sacramentum accipere, atq; vt ipsi sint viri potentes in sermone Dei hie, & inclusi mortis penam prope diem expectant, eis supremum spiritui celestis sol-

solatium allaturi, & vtque eis penitentibus penitentia, & Eucharistiæ sacramentum ne denegetur, & an de victu corporaliter carceratis aliquo pacto consultum sit, an mulieres cum masculis simul eodem ergastulo, an separato (vt decet) claudantur.

¶ Optimum ferit, vt ipsiusquam visitationem incipiat uisitor, alias hactenus à se, aut ab alijs predecessoribus factas visitationes legat, diligenterq; examinet, tam vt discat, n unquid executionem acceperit ea, quæ in illis statuta fuerunt, quàm vt de necessitatibus, & desideratis prouisionibus illarum ecclesiarum plenius insitri possit.

¶ Item laudandus esset, si & aliorum coprouincialium suffraganeorum, & præsertim Metropolitanorum constitutionibus suas conformes facere staderet.

Hæc verò seruanda est à prelato visitante forma, post nam celebratam Synodum, quam episcopus facere debet, & (quamuis & multis in locis absque vlla Synodo visitationes fieri consueverunt) Inprimis literis monebit clerici, & populum, quem visitare vult, vt certa die paratus sit, proximisque diebus sequentibus uisitatorem, eiusq; familiam, & comites accepturus, & visitationi faciendæ subijciendus, nisi ante monitus fuerit is, quem visitare vult, nò poterit vlla illi culpa adscribi si domi repertus non fuerit, cum prælati ad inuendum eum accessit, vel si parata omnia, & in promptu nò fuerint, quæ in hoc ministerio desiderantur præstari, nec contra absentes non præcedente monitione aliquid statui, vel decerni poterit.

¶ Edicta quoque valuis ecclesie propterea assignanda erant, ne quis eorum, qui ecclesie illi ministrant, excusare se vt absens prætexit ignorare possit.

¶ Et formatum quidem ipsa visitantibus prescriptam scias, nedum ordinarijs, sed & delegatis, imò & ipsi legatis Apostolicis, nisi certa forma eis alia tradita sit, obseruandam esse, n licet nec desint insignium doctorum sententiæ existimantium, legatos huic, quæ alijs prescripta est, formæ obseruande non teneri.

¶ Visitationi igitur post delegationis supplicio exhibito, si delegatus fuerit, & in actis publicis ad fidem fac-

dam delegationis probationemq; perpetuam relatos, cum notario, & cum duobus religiosis, probatisq; uiris in huiusmodi negocijs (vbi extent) peritis, & cum Pontificijs omnibus ornamentis, & libro Pontificali, & libro ceremoniarum exornandi prelati edocere, & cum vase olei cathecuminorum, & infirmorum, & chrisimatis, vt pro oleis antiquis, si forte aliqua inuenerit, ea reponere possit, ad ecclesiam accedet, ornamenta autem Pontificia, quæ secum gestare debet, hæc sunt, vtz, Mitra, baculus, calula, dalmarica, sticta, clavis, amictus, cingulū, chirothecæ, annulus, gremiale, bacilli, broncini, manutergium, nasutergium, sandalia, caliga, faldistorium, crux, candelæ, thuribulum, tapete genibus subijciendum.

Ad ecclesiam verò vbi accesserit, aqua benedicta in primis cum hylopo, & sale mixto adstantes asperget, moxq; post aliquas preces genibus flexis Deo porrectas, & post absolutionem defunctorum, concionemq; ad clerum & populum adstantem habitam, qua visitationis causam, rationemque exponat, & post confirmationis sacramentum (si opus fuerit) ius cum solennibus presertim, verbumq; Dei adstantibus sic profectum, vt fructus inde sperari fecundus possit, officium visitationis incipiet, incipit à sanctissima Eucharistia, alijsq; sacramentibus, dispiciendo, utrum pro facultatibus, ecclesie illius, & parochianorum honorifice habeantur, & munde, pure, castèque fidei clauibus seruentur, quo honore ad infirmos deferatur Eucharistia, & an ecclesia, & altaria ornamentis, & suppellectile congrua instruta sint, an verò aliqua re indigent, an templum ipsum bene structum, firmumque, & nitidum sit, ne ruinis sit deforme, ne casum minetur, ne squalore sordidum, ne suppellectile vitatur exoleta, & lacera, vel immunda, quas verò inuenerit vestes, altariumq; ornamenta sic lacera, aut vetustate consumpta, vt congruè aptari non possint, iubeat comburi, cineresque honesto quopiam in loco, qua iter non soleat fieri, iubeat recondi, in baptisterio (puta) aut pariete, aut fossis

a. cle. i. vbi gl. ver. penitentijs de peni. & remiss. & ibi docto.

b. Paulin. i. hoc tract. q. 6. par. i. nu. 20.

c. Paulin. q. v. part. i. nu. 29. & seq.

d. ca. super eos ecclesijs. ca. sopite. de consi. c. ij. de capem. monac. c. cum ecclesia vltrejana. de electi. Paulin. in. v. q. part. i. nu. 30.

e. Paulin. q. i. par. ij. priu. b. ius. tract.

f. Vinc. & Io. an. in c. c. spe. cialis. de sim. Paul. hoc tract. q. v. par. i. n. 2.

g. Fed. c. d. 79.

h. Hosti. in s. de cons. s. qua. liter. vers. sed nunquid legatus. Maria. in hoc tra. nu. 31 vers. 8. quæro, & Paul. q. 7. par. i. nu. 2.

i. Io. an. & Io. mon. in c. i. de cens. in 6.

k. Paulin. ca. q. v. par. i. n. 31. per c. in singulis. in prin. de statu mon.

a pavementorum, A nec patiatu...
b mel Deo sint dicata, b Domos quoq;
c ca. Romana S. sanè, de cen
d gl. d. ca. Romana S. sanc.
e Marian. in ca. qualiter et
f ca. qualiter in si. de accu
g gl. d. ca. Romana S. sanc.
h Marian. d. ca. qualiter, et
i spec. et Marian. ubi sup.
k ca. placuit. 10. q. i.

Mariant Socinus in hoc ipso tracta
tu, & alibi ait, b visitationem hanc,
e Mariant Socinus in hoc ipso tracta
tu, & alibi ait, b visitationem hanc,
g aditringi in visitatione occultis pro
dendis, quamvis alioqui iurare teneat
ur, quare hæc erit præstanti iuramen
ti in hac generali inquisitione visita
tionis forma, nempe, vt iure testis exa
minatus super his, quæ scit, vel credit
in ecclesia illa reformanda, vel super
alijs quibuscumq; tam civitatis, quæ
non debet, occultorum criminu licet
i nõ interrogat de his. i. f. Hinc igitur
fiæt circa episcopi, alteriusve prælati, &
clerici, quem visiter, vitam & mores
opportuna interrogatione, quomodo
ordinem baptismi teneant, vel mis
sarum, & qualiter quæq; officia in ec
clesia petragant, ignarosq; doceant, &
K in eo in ordine clericorum vnus
quisque sit constitutus, quem eccle
sia sua, vel beneficium desiderat, an
ordinibus ipsius clam sese intruserit, &

an per debita interualla temporu
vel cu literis saltē dimissorijs, quomo
dõ literis prædixit sit pro beneficio
quod obtinet, vel acceptis, vel vt incon
tinetem, aliove crimine irretitum im
pune dimitteret, aliaque cætera, quæ
vel commissa, vel neglecta episcopo,
alijve prælato, qui vilitetur, vel cleri
co imputari culpa, & delicto possint,
vt ex his, quæ suis locis diximus, di
sturque sumus percipi, colligiq; po
telt, tam in vita, & moribus illis, qui p
miscui, & in medio positi cum cæteris
hominibus communes sunt, q; in his,
qui hoium diuino cultui addictorum
& à populo se iunctoru pprij sunt, si
ue in diuinoru celebratioe, siue in qui
buscuq; alijs, ad q clericus ex suo officio
tènentur, & circa honorum temporalium
administrationem: Regularium vero
79 visitator de his præcipuè inter
cætera inquirat, quæ regulæ eorum ob
seruationem spectabunt, vt Gulielm.
Durand. sub titulo de inquisitione p
fufis verbis demonstrat, f non minus
circa temporalium, quàm circa spiri
tualium administrationem, nam nec
temporalium administratio negligenda
est, quandoquidem malè creditur
ecclesie suæ res spirituales administra
turus, qui temporales regere, & guber
nare nescit, item quia spiritualia sine
temporalibus diu consistere non pos
sunt, a qua ppter quicunq; præfatus
tam secularis, quàm regularis de hoc
est quoq; exquirendus, præsertim an
bona alienet, vel dilapidet, an profu
sus sit, an quod Dei cultibus, pauperu
que subsidio impendendum est, in v
sus profanos, puta canum, vel accipi
trum, vel voluptatibus mulierum ef
fundat, vel vt cognati ipsius luxurien
tur, alijsve inutilibus indignis reb. pa
trimonium Petri absumat. Moniales
verò de his scrutari licebit, an in pri
mis angustam claustrorum regulâ cu
stodiant, an vestitus, omnisq; habitus,
& cultus corporis normam virginib.
Deo dicatis congruentem seruent, an
plures sint, quàm ali ex redditib. mo

nafterij, vel piorum elemofynis pos
sint. b Non f decet tamen, vt visitator publi
cè, & palam laicos ad detegenda cleri
corum delicta accendat, vel moueat,
neque, f vt secretos libellos à laicis ad
uersus clericos sibi oblatos passim acci
piat, quia notum est, laicos clericis
nimium esse infestos, f nisi forte cleri
cus ille, contra quem cartula porrigitur,
iam publicè sit de crimine infama
tus, c aliàsve de personis probatæ fi
dei non bonum de tali clerico testimo
nium acceperit. d Hæc f verò examinatio in eo loco faci
da est, in quo ecclesie illius collegiū,
vel capitulum pro collegij negocijs cõ
uenire solet, aut loco nullo extante,
in sacratio, aut ecclesia examinationè
e fieri licebit. a Post hæc ad explorandos laicorum mo
res animum, opusque suum aduerteret,
propositoq; eis Dei verbo, à clericis, at
que etiam à catholica, probata que vi
ta laicis f queret, an laici diebus indi
catis ab ecclesia ad ecclesiam accedant,
sanctissimoque pœnitentiæ, & Euchari
stie sacramento iuxta præscriptum
ecclesie se exercent, diuinisq; offi
cijs, & præsertim missæ intersint, an
qui sint in gradibus prohibitis, & con
tra præcepta ecclesie matrimonio cõ
iuncti, an formam à Trid. Synodo tra
ditam in cõtrahendo matrimonio tra
ditam seruent, an aliqui ibi extent hæ
retici, vel de hæresi aliquo modo sus
pecti, aut hæreticorum fautores, an
aliqui adulteri, blasfemi, concubinas
alentes, fœneratores, sacrilegi, supersti
tionibus opem dantes, festos dies
Deo, & sanctis eius dicatos non custo
dientes, an aliqui excommunicati, au
qui ecclesiarum bona, resque inuasc
runt, vel occupet, vel qui decimas, pri
mitiasque ecclesie debitas non persol
uant, vel pia à testatoribus relicta lega
ta ecclesijs, alijsve locis pijs non exol
uant, an vlli sint viti, aut scemina ex
his, qui cacodemonis artibus decepti
striges, seu Lamias vocati Dei veri fan
cta posthabita religione, ipsi mali de
monis suasionibus plura nefanda pa
trant, hæc inquam, & similia non osci
tante de laicis scrutabitur visitator. f
8; Rectè autem faciet, si duxerit secum sacer

a c. si quis obie
curt. i. q. iij.
b cle. ij. di. sta.
regul.
c spe. in ti. de
inquis. i. r. de.
d. maria. ubi su.
prop. nu. 27.
d Panin. q. v.
par. i. nu. 3. &
4. et seq.
e Marian. ubi
sup. nu. 26. per
tex. in c. bon. e.
et c. in gen. si.
de elec. gl. c. cõ.
omnes. de cõst.
inn. c. cam te.
de r. ser.
f Maria. in c.
tract. nu. 707.
et seq.

a c. f. de consi. b. in sex. vbi no. Marian. vbi sup.
b Pavin. quest. sex. par. i. nu. 15.
c Marian. in hoc tract. lib. xi. quest. 14. ver. vnde notandum
d col. ult. ad si. Pavin. quest. 4. par. i.
e Io. And. Io. Monach. Host. Archid. Ab. in d. ca. i. de cens.
T. uin. quest. 4. par. i. num. 17.

e cap. si a sede de prae. in sexto.
f Marian. in hoc tract. nu. 72. & 73. & seq.
g ca. mandamus. de offic. Archid. & c. visitandi. & c. cap. non semel 18. q. 1. glo. in c. si episcopus. de offic. ordin. in 6.
h gl. in d. ca. mandamus, et c. conquerente ver. annua. de offic. ordin. Marian. hoc tract. nu. 73.
i Marian. vbi sup. nu. 74. cum sequ. per tex. in c. Eleutherius. 17. q. 2. & gl. in ca. cum venerabilis. de censibus et Henr. Boic. in c. cum Apostolus. de censibus.
k Hostiens. in d. c. cum venerabilis. et in sum. de censib. Henric. Boic. vbi su. Maria. vbi s. nu. 75.
l Marian. vbi supra numero 76.
m cap. cum nuper, vbi Zabarel. de cens. Marian. vbi supra numero 78.
n dicto capitulo romana.

possum, quia in his, quibus de honore agitur, dignitas spectanda est. e
116 Quoties verò visitare praelatus ecclesias, & populos suos iure communi vult visitare possit, si quaeratur, sic respondendum cum Mariano Socino, & Francisco Pavino opinor, ut ex regula quovis anno semel ordinaria potestate visitare quis possit, ac teneatur, non pluribus vicibus, nisi forte necessaria aliqua, vel legitima causa existeret, pluries eodem anno visitandi, toties enim visitare possit, quoties usus, necessitasque postularet, congruique sumptus ei suppeditandi essent, ut vel nisi ecclesia ipsi, cui erecta est, talis lex dicta sit, ut bis, vel pluries singulis annis visitationem patiarur. i vel, nisi ex praescripta consuetudine hoc ius pluries visitandi quotiens episcopus quaeratur. k Idemque & multo magis, si tale ius pluries visitandi ex speciali proprioque privilegio competeret. l Item, si cui ius duplex diversis iure visitandi esset, puta, (gratia exempli) si Archiepiscopus quispiam simul etiam cum Archiepiscopatu nascentem legationem haberet, is utique bis eodem anno visitare possit, cum duplici persona fungatur, una quidem vice tamquam legatus, altera tamquam Archiepiscopus visitabit, duplicisque procurationes sortietur, modo causa aliqua iusta subit, visitationem repetendi, quod tamen exemplum in Archiepiscopo (ut mihi videtur) non satis congrue positum est, cum Archiepiscopus, quamvis aliqui legatus natus non sit, ex sola tamen ordinaria Archiepiscopatus potestate visitationem suae provinciae eodem anno reperere possit, nisi forte fingas, eum non ex ordinaria Archiepiscopatus, sed legationis ab illo proficiscentis iure ad alteram earum visitationum accedere, vel, si ponas dioecesim suam provinciam visitare velle. f Item, si Archiepiscopus certior factus fuerit de pingui suffraganeorum, & com provincialium suorum in gubernatione, & regimine defidia, & vecordia, certum est, posse eum denud eas dioeceses, in quibus huiusmodi episcoporum negligentia deprehenditur, visitare, quamvis semel tam eodem anno eas visitasset, & neq.

119 Inequè hoc casu oportebit, ut à visitatione suae dioecesis prius incipiat, quae non ordinaria, sed quodammodo coacta, & extra ordinem aliarum haec visitatio habenda sit, neque congruum videatur, ut alijs delinquentibus, alijs, de quibus nihil mali auditur, illorum odio praegraventur. A
120 Traditum est postremò, numquam à visitatione excludendum esse praelatum, & si non semel, aut bis, sed & saepius eam reperere velit, modo nulli oneri sit eis, quos visitare vult, nec procuratorum villas ab eis exigere vel consecui velit. B
121 Quae situm est, tan ordinarius, cui ius visitandi competat, possit alteri hoc munus delegare, & per eum partibus sibi incumbendis satisfacere, & iure quidem communi receptum viderur, licere ita demum, si ipse ordinarius satis esse non possit, puta ob dioecesis latitudinem, quod non minus in Archiepiscopis, caeterisque praelatis seu maioribus, seu inferioribus, quam episcopis locum habere creditur, cum nulla inter eos iusta diversitatis ratio militet. Neque Lapi à Castellione & Zabarella sententiae adhaerendum opinor, qui scripserunt, non posse ordinarios etiam nullo eos abstractente impedimento visitationis officium delegare, quam tamen contronersiam constitutionibus Trident. Concilij supra à nobis recitatis decilam opinor, quibus constitutionibus etiam cautum est, ut episcopi, quò aptius, quem regunt populum, possint in officio, & obedientia continere, in omnibus his, quae ad visitationem, & morum correctionem subditorum suorum spectant, ius & potestatem habeant, etiam tamquam Sedis Apostolicae Delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi iuxta canonum sanctiones, quae illis ex praesentia sua pro subditorum emendatione, ac dioecesis suae utilitate necessaria videbuntur, nec in his, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio aut villa inhibitiò, appellatio, seu querela etiam ad sedem Apostolicam interposita executionem eorum, quae ab his manata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquomodo impediatur, vel suspendatur. #

122 Qui verò à Pontifice Max. ad visitandum datur iudices, vel praelati magnae ac latam ab eo potestatem accipere solent, cuius ut aliqua notitia habeatur, operæ pretium duxi hic formam literarum subtexere, quibus Pontif. Max. uti solet, dum ad visitandos Archiepiscopos, vel episcopos quempiam delegat. Quarum hic est Tenor videlicet.
Gregorius PP. XIII. Venerabili Fratri N. Episcopo N. Venerabilis Frater salutem, & apostolicam benedictionem, si oves à Christo Domino nobisq; carissimas visitare praesentes possemus, nihil libentiori animo faceremus, nã quae aut negligentia, aut hominũ malitia corrupta sunt, sanando, & ad pristinam rectamque normam restituendo, & omnium salutis, & nostro muneri confuleremus, id autem prestare, cum per nos ipsos nullo modo possumus, fel. rec. Pij PP. V. praedecessoris nostri vestigijs inherentes, per probatos fide & charitate viros facere sumus aggressi, & à statu ecclesiastico nobis immediate subiecto cum ceperimus, idque mediocre fructum atulisse cognoverimus, viterius in nomine domini progredientes, motu proprio & ex certa scientia, ac matura deliberatione te, de cuius prudentia, integritate, experientia, & catholicae religionis studio plurimum in Domino confidimus, nostrum, & Apostolicae sedis generalem, & specialem visitatorem, reformatorem, & Delegatum in civitatibus, & dioecesis N. per praesentes creamus, constituimus, & deputamus, ac tibi per Apostolica scripta mandamus, ut ad dictam civitatem, & dioecesim te conferas, ibique auctoritate nostra tam praenominatam cathedralem N. quam omnes & singulas collegiatas, & parochiales, & alias quascumque cum cura, ac sine cura ecclesias, & capellanias, & beneficia ecclesiastica etiam ruralia, & alia quaecumque, quovis nomine nuncupata, aut qualificata, etiam de iure patronatus laicorum cuiuscumque status, & conditionis, & dignitatis ij sint, hospitalia, oratoria, confraternitates, societates, seu scholas, & laicorum, & disciplinatorum, & alias quomodo libet exemptas, & exemptas, ac nobis, &

a Maria. vbi sup. nu. 78. & 80.

b Henric. Boic. in d. c. cum apostol. in prin. ar. c. visitandi in prin. 18. q. 2. Marian. vbi supra nu. 82. col. pe.

c ca. i. vbi gl. 2. de censib. in sexto. ca. inter cetera. de offic. ordin. c. si episcopus. de offic. ordin. in sexto. ca. episcopum 10. q. 1. Innoc. Host. Io. And. Io. Monach. in d. c. i. de censibus. super glo. ver. impensa. Marian. vbi supra nu. 5. ver. duodecimo quero.

d Lap. & Zabarel. in cle. i. 9. si. de fla. monach.

e cap. 10. sess. 24.

& eidem Apostolicæ sedi immediate subiectas, & subiecta, etiam si nullius diœcesis existant, etiam sancti Ioannis hierosolimitani, & aliarum militiarum loca, & ea, quæ proprios districtus habent, & cœtera, quæcumque etiam quomodolibet similiter exempta, quatenus à regularibus non visitentur, atque in his duntaxat, quæ ad curam personarum secularium quomodolibet pertinent animarum, necnon & quæ episcopis locorum ordinarijs tanquam eiusdem Apostolicæ sedis delegatis de iure, vel ex decretis sacri generalis Tridentini Concilij visitari, corrigi, & reformati possunt, etiã si earum, vel eorum cura, vel administratio alicui ex fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus quomodolibet sit commissa, earumque capitala, Archidiaconos, Præpositos, Archipresbiteros, vel alias dignitates etiam maiores post pontificalem, vel principales in ipsis collegiatis, ac personatus, & officia obtinentes, canonicos, rectores, portionarios, Presbiteros beneficiatos ecclesiasticos, & personas cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existentes, aut quouis officij nomine, & titulo præditos, etiam si Archiepiscopali, aut Episcopali dignitate perfulgeant, necnon & regularia monasteria cuiusvis ordinis, & qualitatis existant, etiam commendata, & alicui ex Cardinalibus præfatis illorumque ecclesias, capellas, Membra, atque personas etiã regulares visitationi capituli generalis non subiecta, vel etiã subiecta, si à suis superioribus visitari non solent, sed & quæ à suis superioribus visitari solent, quorumlibet sint ordinum, regulæ, vel congregationum quomodolibet exemptorum etiã commendantium, & in his duntaxat, quæ ad curam animarum secularium personarum pertinent, ut præfertur, carceres quoque etiam secularium potestatem in his, quæ ad sacramentorum administrationem spectant, & animarum salutem concernere dignoscuntur, & in super quascumque alias personas etiam exemptas, & nobis etiam immediate subiectas, ac privilegiatas actu nõ deseruientes, vel intra ordinum, vel militiarum prædictarum domos, & septa,

non manentes seu etiam regulares extra monasteria siue loca regularia degentes, & cœteras omnes, quæ alias ab ipsis episcopis locorum ordinarijs & similiter tanquam Apostolicæ sedis delegatis, tam sacramentum constitutionum, quam decretorum eiusdem concilij Tridentini vigore visitari & corrigi possunt, seu debent, per te ipsum auctoritate nostra visitare, & in capite & in membris reformare, errata corrigere, ac deformata in melius reponere, & ad debitam normam restituere, errantes & delinquentes repositos, inobedientesque, contumaces, & rebelles quoscumque iuxta eorum excessus, & secundum canonicas sanctiones carcerare, punire, castigare, & coercere, debitisque pœnis afficere, & in cunctis, quæ ad animarum curam, & morum reformationem spectant iurisdictionem exercere, ordinationes, & reformationes quascumque ad salutem eorum directionem, laudabilemque personarum ipsarum disciplinam necessarias, & opportunas facere, nec non illas, & sacros canones, & memorati Concilij Tridentini decreta, ac quacumque Apostolicas constitutiones obseruari & exequi mandare. In monasteriis quoque Monasterijs debitam clausuram iuxta eorum regularia instituta, & nostras, ac prædecessorum nostrorum constitutiones omnino seruare procurare, in his verò quæ superioribus regularibus non subsunt ultra clausuram omnia alia, quæ ad eorum correctionem, & reformationem videris expedire, statuere, & ordinare, in omnibus autem tam locorum ordinarijs, quam alijs etiam regularibus superioribus subiectis monasterijs ipsarum monasteriorum, seu sororum numerum, qui ex proprijs illorum redditibus, & consuetis elemosinis commodè possit sustentari, vbi ex decreto eiusdem concilij Tridentini hæcenus constitutus non est, aut constitutus sit nimium excessiuius, vocatis ordinarijs seu superioribus præfatis constituere, & præfinire, contradicentes verò quoslibet, & rebelles, & sibi non parentes pœnas & censuras ecclesiasticas iuxta canonicas sanctiones, omni tamen appellatione postposita compescere, illasque

illasque in eos, & eorum quemlibet, seruata forma eiusdem concilij promulgare, ac etiam iteratis vicibus aggrauare, interdictum Ecclesiasticum apponere, ad idque si opus fuerit, auxilium brachij secularis inuocare, & eos, qui ad eorum conuersi fuerint, ab huiusmodi censuris, & pœnis, nec nõ in casibus locorum ordinarijs referuatis, & præmissis in foro conscientie duntaxat, quoslibet personas, iniuncta inde eis pro modo culpæ penitentia saluari absolueret, & liberaret, ac cum eiusdem personis visitatis super irregularitatibus occultis, non tamen ex homicidio voluntario prouenientibus, & in alijs casibus, quibus iure communi, vel decretis eiusdem Concilij Tridentini eisdem episcopis locorum ordinarijs etiam, vel Apostol. Sedis delegatis, licet, gratis dispensare, penitentium quorumlibet peccata, & confessiones audire, & absolutionis beneficium eis impartiri, verbum Dei proponere, & prædicare populo, & Clero publicè, & priuatim, solenniter, & Pontificali more nostro nomine benedicere, indulgentias quoque, & peccatorum remissiones per nos in ciuitate, & Diœcesi N. præfatis visitandis concessas, & largitas publicare, mandare, & quod ad parochiales, & sine cura ecclesias extra ciuitates, vel oppida insignia existentes, etiam per alias tuo arbitrio diligendas idoneas, & probatas ecclesiasticas personas, & per te deputandas illas visitare, & earundem necessitatibus providere, quæ quidem personæ magis ardua tibi referre debeant, vt, dum eodem tempore absere, & ab alijs eiusdem visitationi insistitur, breuiori tempore illa perficiatur, & absoluitur, cœteraque omnia, & singula, & præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, gerere, mandare, & exequi libere, & licite possis, & valeas, Apostolica auctoritate tenore præsentium plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem concedimus, & potestatem, mandantes omnibus, & singulis venerabilibus fratribus episcopis, Archiepiscopis, & dilectis filijs Abbatibus, Capitulis, conuentibus, & col-

- 33 Cause propositæ in concilio provinciali.
- 34 Cause graues tantũ in synodo pponendæ.
- 35 Episcopis obiectiones factæ circa mores & vitam cognoscendæ in synodis pro- uincialibus.
- 36 Episcopus an faciat obseruari, & ipse obseruet, constitutiones Tridentinas.
- 37 Synodi provincialis circa seminarij di- spositionem potestas.
- 38 Testes synodales constituuntur in syno- do provinciali.
- 39 Causæ, propter quas metropolitanus pos- sint visitare ecclesijs cathedrales sus- fraganeorum, statuendæ sunt in synodo provinciali.

- 40 Forma examinis faciendi promouendis ad cathedrales statuenda et stabilienda in synodo.
- 41 Visitatorum auaritia punitur in synodo provinciali.
- 42 Ecclesiæ cathedrales angustæ sunt angustæ ex concilio synodi provincialis.
- 43 Episcoporum causæ minores criminales à synodo sunt cognoscendæ.
- 44 Norma seruanda in eboris, & ecclesijs præscribenda est à synodo provinciali.
- 45 Examinatores ordinandorum, & promo- uendorum synodo rone reddere tenentur.
- 46 Abusus circa imagines, & reliquas ter- minandus est à synodo provinciali.
- 47 Indices, quibus causæ committantur, à Papa, sunt in synodo eligendi.
- 48 Episcopi alentes concubinas coercendõ sunt in synodo.
- 49 Patriarcha alijq; epi cum promouentur recipere tenentur in prima synodo pro- uinciali constitutiones Trid. concii.
- 50 Abusus indulgentiarum in provinciali synodo sunt referendi.
- 51 Forma examinationis faciendæ promo- uendis ad parochiales potest à synodo p- uinciali auereri, & minui.
- 52 Synodus provincialis statuere potest, vt edicta proponantur pro ecclesijs paro- chialib. iuris patronatus vacantibus.
- 53 Visitator ecclesiarum nullus digressus à synodo potest constitui.
- 54 Synodus prouidet, ne episcopi absint, à suis episcoparibus temere.
- 55 Synodus potest statuere, & diffinire, ne- dum corrigere, & exequi.
- 56 Synod. digressana quotannis faciendã est.
- 57 Parochi omnes ad synodum digressanam vocandi.
- 58 Exempli etiam tenentur venire ad syno- dum digressanam, qui nõ subduntur ca- pitulis generalibus.
- 59 Decretum concilij Trid. de residentia re- citandum in synodo diocesanã.
- 60 Indices, quibus causæ committi possint à Papa, eligendi in synodo diocesanã.
- 61 Examinatores eligendi in synodo digre- sanã.
- 62 Testes synodales eligendi in synodo digre- sanã.
- 63 Testium synodalium opus, & cura.
- 64 Testes synodales quot constitui debeãt.
- 65 Testes synodales renouandi in synodo se- quenti, & qua ratione.
- 66 Testium synodalium iuramentum

67 *Missarum onus à defunctis impostū reduci potest in synodo diœcesana.*
a c. de concilijs, & ca. propter ecclesiasticas, cum sequi dist. 18. c. concilia. dist. 17. c. sicut olim. & accu. c. 18. concil. Tolet. 3. c. i. Conc. Aurelia. 3. c. 10. conc. Antiocha. sess. 10. Conci. Lateran. sub Leo. X.
b c. quoniam. c. si episcopi. c. si quis episcoporum. di. 18.
c. ij. sess. 24.
d. Hosti. in sū. de off. leg. 8. qd. pertinet. in ji. Fr. Pauli. in tr. de visita. q. v. par. i. nu. 25.
e. d. c. si episco. dist. 18.
f. ca. sess. 24. c. ij.
g. c. placuit. i. ubi gl. ea. dist. 18.
h. c. episcopus. ubi gl. ea. dist. 18.
i. d. c. ij. sess. 24.
K. Inno. in ca. graue. de preb.

c episcopus antiquior e hoc munus subibit, legati etiam à sede Apost. in p uincias missi cogendi synodi vim potestatemq; habent. d
 6 *†* Ad Metropolitano synodum omnes episcopi illius provincie accedere interesseq; debet, si uocati fuerint, post positus omnibus, excepta graui infirmitate corporis, & præceptione regia, q; si defuerint usq; ad proximam synodum, charitate fratrum, & ecclesie priuilegiis communionem, ut capit. 35. e Concilij Agathensis & fuit statutum, 8 *†* hi tamen excusandi erunt, quib. cum periculo imminenti transiret adum f esset, *†* excusationem uel iustam si quam habeant, literis, vel certis nuncijs eam Metropolitanis significet, 9 *†* & nihilominus legatos uice sua transmittant ad synodum suscipiendos salua fidei ueritate, quicquid synodus i statuerit, *†* Episcopi autem, qui nulli Archiepiscopo subieciuntur, ex eadem synodi iud. Const. aliquem vicinum metropolitanum eligere semel tenentur, in cuius synodo provinciali interesse cum alijs debeant, quaq; ibi ordinata fuerint, obseruare, ac obseruari facere, in reliquis omnibus eorum executione, & priuilegijs, saluis, integrisq; manentibus. i
 12 *†* Dubitatum ualde fuit, an præter episcopos alij debeant ad metropolitanam synodum uocari, Ego uero in hac quaestione, quid sentiam, ingenue profiteri audeo, cuiuscunq; tam rectius sentientis, atq; in primis s. matris Ecclesie Ro. iudicio corrigi paratus. Hec igitur mea sit sententia cum ipso quidem Innoc. x consentiens, *†* non tenentur metropolitani alios ad synodum, quam provincie sua episcopos uocare, *†* nec alios diffiniendi potestatem
 13 *†* neque alios iustam querimoniam causam habere, quicunq; hi sint, seu Abbates, seu priores, vel præpositi, alij uel dignitate ecclesiastica insigniti, & si à metropolitanis uocati ad synodum non fuerint, in quam sententiam me adducunt, Canones omnes, qui de hisce concilij metropolitanis mentionem habent, qui semper de Episcopis tantum conueniendis loquuntur, nec aliorum sacerdotum, uel presbiterorum ecclesie ullam uicquam mentionem

tionem habent, ut ex Concilio Antiochæno capite uicesimo, A & Concilio Laudicensi, capite quadragesimo, B & Concilio Calcedonensi actu xv. canone xix. c. & Conc. Teraconensi cano. vj. d
 16 Illud quoque mihi persuadet, hanc uel sententiam amplectar, quia Gratian. refert, concilio Toletano statutum fuisse, ut in quolibet prouincia, postquam concilium fuerit agitarum, uel quilibet episcopus mentionibus suis infra sex menses spacia omnes Abbates, Presbiteros, Diacones, atque clericos, seu etiam omnem conuentum Ciuitatis, cui præest, & omnem suæ diœcesis plebem; cogere quamprimum teneatur, ut eorum eis omnia aperiat, quæ illo anno acta, & diffinita in concilio fuerint, & uide colligi potest, prædictas personas, quibus concilij diffinitiones ab episcopo sunt præfaciendæ, Concilio ipsi nequaquam interesse, *†* Cathedralium tamen ecclesiarum capitula uocari ad synodum debent, eorumq; uicij ad eos tractatus admitti, qui ad ipsa quoq; capitula spectare possunt, & non tamen hi diffinendi auctoritatem ullam habebunt. g
 18 Sed, *†* quamuis alij præter episcopos uocandi necessarii non sint, posse tamen & alios per Metropolitanum uocari opinor, *†* eiq; potestatem à Metropolitanis, & patribus fieri posse, non ut disputent tantum, & quæ sibi uilia uideantur, proponant, sed etiam, ut cum episcopis ipsis diffiniant, eorumq; sententiam uim atq; auctoritatem decidendi habeant. *†* Ac certe ut Metropolitanus periculis quosq; Theologiæ, uel iuris Pontificij uros ecclesiasticos, quamuis episcopi non sint, ad synodum inuitet, optimum esse opinor, & *†* quamuis ex quodam canone distinctionis decime octauæ incipiente, propter ecclesiasticas, qui ex libro Martini episcopi Bracharenis capitulorum synodorum Græcarum capite decimo octauo desumptus est, (illisque canonis etiam apud Iuonem libro tertio, capite nonagesimo septimo, & centesimo quinquagesimo mentio facta reperitur) colligi uideatur, presbiteros quoque & Diaconos uocandos esse, hæc tamen interpretationem ille Canon mihi admittere non uide-

tur, cum episcopos uocari quidem præcipiat, presbiteros autem, & Diacones non inbeant uocari, quamuis hac uerborum forma utatur, uidelicet (Ita quidem, ut omnes presbiteri, & Diaconi, ad Concilium ueniant, uel hi, qui se laesos existimant) quæ uerba quidem Ego sic intelligo, ut hi, uidelicet, presbiteri & Diaconi, & qui se laesos existimant, moneri tantum, non uocari debeant, uocare enim eos, qui se laesos existimant, dicendum non est, quia non mo iuitus agere compellitur, ergo nec presbiteri, & Diaconi, quos sub eadē determinatione Canon prædictus nunc cupat.
 22 Item opinor, nullam ecclesiasticam personam à Metropolitanis ad synodum à prouincia specialiter uocatum, recusare hoc posse, quin ueniat, seu ut disputet, ac doceat, seu, ut quæ ab alijs disputantur, audiat, seu ut ratione reddat eorum, de quibus à synodo interrogata fuerit, & cum & suffraganeorum subditis possint coram Archiepiscopo in synodo querelæ impingi, *†* neque enim in hoc cum Abbate Panormitano mihi conuenit, qui non posse eos compelli existimauit, motus decretali Epistola Innocentij Tertij scripta Archiepiscopo Senensi, & eius suffraganeis, & cum in ea dicitur, inuitanda esse capitula ecclesiarum cathedralium, non dictum sit cogenda, quæ tamen obseruatio me non mouet, nam in illa epistola idcirco inuitandi uerbo usus est Sum. Pontifex, quia sic se habebat facti quaestio, an inuitandum esset capitulum, neque enim conuenerat capitulum, quia coactum non fuisset, quid enim compulsionem opus erat ei, qui ultra se offerebat, sed de eo coque rebatur, quod inuitatum non fuerat, respondet igitur Sum. Pont. iuxta preces ei potestatis, ridiculum profectò fuisset, interpretari, quod capitulum questum fuisset, se non esse coactum. Verum tamen Abbas prædictus hanc consequentiam deducit, quod necellario interesse non debeant capitula ecclesiarum cathedralium, quia non compelluntur, unde uidetur inferre, quod propterea non cogentur, uel cogi permiserit, quia non possent eos cogere, & quamuis oēs uniuersaliter presbiteri,

a c. propter ecclesiasticas. i. dist. 18. c. sicut olim. de accu.

b c. cum oportet. ea. dist.

c c. peruenit. ead. dist.

d c. si quis episcopus. ca. dist.

e c. si. c. di. 18

f ca. si. de his. que si. à prelat. Inno. c. graue. de preben.

g Abb. d. c. si. de his que si. à prelat.

h Petr. & Io. Aud. in d. ca. graue. de preben. Fr. Pauli. in tr. de visita. q. v. par. i. nu. 20.

i c. si. ubi Abbas. de his, que si. à prelat. sine con. cap.

a gl. in c. propter ecclesiasticos .ij. dist. 18. versio. vel hi.

b ca. de concilijs .c. propter ecclesiasticas .ij. ca. dist. 28.

c c. quoniam. ead. dist. 18. c. cum sit. de iudicis.

d d. ca. ij. sess. 24.

e c. habeatur. c. propter. di. 18.

- & Diaconi ad Synodum venire non compellantur, licet vocati. A si quos tamē ex omnib. præcipuē elegerit Metropolitani, quos speciali ratione concilio interese omnino velit, eos cogere posse existimo.
- 25 E diuerso autem, si aliqui ex his, quos Archiepiscopus vocare non tenetur, velint & ipsi, licet inuocati Concilio interesse, petantq; se admitti, seu regulares, seu seculares clerici, seu laici hi sint, non sunt à synodo excludendi, quin eis liceat, vel querimonias suas aduersus episcopum, aut alios proponere, vel negotium aliquod synodi prouisione dignum proferre, & patribus insinuare, quos quidem neque ipse eorum episcopus remorari, aut aliqua arte ab hoc proposito disturbare poterit, qd̄ & Michael Thomastus in hoc suo tracta. optima ratione admonuit, & Duarenus libri primi capite vndeci mo. de beneficijs, & sacris ecclesiæ ministris, quocirca opinor, tam regulares clericos, quam meros laicos, quamuis necessariò vocandi non sint, vt synodo interfint, posse tamen eos petere, vt non nisi eis monitis synodus fiat, eo quia & ipsi pro publica utilitate interesse velint.
- 26 Concilia si prouincialia olim bis fieri singulis annis iubeantur, n̄ verum in septima synodo Constantinopolitana (vt nonnulli interpretantur, seu, vt alij, in sexta synodo Canone sexto) quia propter prouinciarū latitudinem, & viarum incommoda hæc Conciliorum frequentatio nimium incommodum, & dispendium patribus afferebat, propterea statutum fuit, vt omni excusatione remota quotannis semel concilia prouincialia omnino fiat, vt deprauata corrigantur, quod negligentes facere episcopi pœnis canonicis muldētur, & principes prohibere audentes communioni priuetur. c. Sacrosancta autem synodus Tridentina largius tempus nempe triennij ad prouinciales synodos faciendas concessit, hoc tempus satis fore existimans, non tamen Metropolitanis potestatem ademit, quin & frequentius, si expedire iudicauerint, cogere synodos possint.
- d
- 29 Opportuna autem, & commoda huius negotio anni tempestas videtur post

- octauam Paschatis resurrectionis dominicæ diem, vel añ dies ieiunij quadragesimalis autumnalve tempore, & vel, si quod aliud mos prouinciae tempus vti commodius fuerit accipiendum, vt eadem constitutione Concilij Tridentini secunda, sectionis quartæ, & vicissimæ demonstratur.
- 30 Qua tractari si in synodo prouinciali debeant, & si antiquis canonibus satis edoctum sit, Constitutionibus tamen sacrosanc. Tridentini Concilij magis explicitè traditum est, prima igitur die post initium ab auspitijs diuinis sumptum, concionemq; hortatoriam à Metropolitano episcopo ad synodum habitam, si non ab re fuerit, de his, quæ ad fidei negotium spectant, in eaq; prouincia apud nonnullos ambigua esse videtur, aliqua per doctos prudentesque Theologos tractari.
- 31 Concilij autem Tridentini integra lectio in his quidem necessaria synodis fuit, quæ recentem post publicatum idem Concilium fuerunt, nunc verò, cum iam quartus decimus annus agatur, ex quo & publicatum fuit, & maxima cum religione ab omnibus custoditur, superuacaneam huiusmodi recitationem Ego existimarem, nam lectiones perfunctoriæ, & cursim habitæ non admodum animis hærec, aut facile percipi ab omnibus possunt, sed illæ, quæ priuatim, maruæque consideratione perpendi possunt.
- 32 Post hæc audiuntur causæ, quæ in synodo proponuntur, iam contra episcopos, quàm contra alios, aut, quæ ad publicam utilitatem proponere alicui visum fuerit, si dummodo sciamus, non leuissimas quasque, sed graues duntaxat causas, & valde seria negotia in synodo prouinciali si profutura esse, magnum quidem opus esse statuo, de episcoporum moribus, & vita, si quæ adducta fuerint minus secunda, in primis cognoscere, & tam in spirituali, quam temporalium rerum administratione, si & præsertim in custodiendis obseruandisque s. Trid. Conc. Constit. & an, quæ præcipuē eo concilio ipsis episcopis iniuncta sunt munera, ea exequantur, atque de infrascriptis consultatio habenda erit, vcz, quo pacto, & ea, quæ ad felicem seminarij profectū necessaria &

- & opportuna iudicabuntur, pro regionis more, ecclesiarumque & beneficiorum qualitate parentur, quibus augēdis, & minuendis latissima potestas concilio prouinciali data est, adeò, vt, si episcopatus opes non sufficiant, possit Synodus ex portionibus sumendis de pluribus episcopatibus, in ecclesia metropolitana, aliæ ecclesiæ prouinciae commodiori vnum aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, erigere. A
- 38 Constituenti etiam erunt testes Synodales, idest, viri fide, & diligentia conspicui, qui omnia correctione, & reformatione egētia per singulas dioceses scrutentur, eaque in synodo proxima prouinciali, & diocesana referant, & quæ exinde super his statuta fuerint, obseruari faciant, de quibus infra eodem hoc titulo aliquid dicemus.
- Potest etiam synodus prouincialis mentione præmissa illos compescere, qui iudicis officia contulerint, iurisdictionemque & potestatem contra christiani nos exercendi. B
- 39 Item si statuendæ, probandæque erunt in synodo hac prouinciali causæ, propter quas cathedrales ecclesiæ, & dioceses suffraganeorū à metropolitano visitari debeant, c. præscribenda est etiam in synodo prouinciali, certa examinis, & inquisitionis forma faciendæ his, qui ad ecclesias cathedrales promouendi erunt, quæ ad sanctissimi Pontificis Romani examen probanda asseratur. n̄ Arbitrabuntur, statuentq; prouincialis Synodi Patres aduersus visitatores pœnas, qui procuracionibus ob visitationes accipiendis illiberales fuerint. n̄ si Hanc quoque curam suscipiet Synodus prouincialis, vt vocatis his, quorum intererit, examinet diligenter, an expediat, ecclesias cathedrales, quæ nimium tenues fuerint, vel nimis angustæ, additis nouis prouentibus locupletiores, amplioresque facere, aut alijs episcopatibus vicinis vnire, confectaue de his documenta ad sedem Apostolicam si transmittere.
- 43 Minores episcoporum causas criminales Synodus cognoscat, ac terminabit, vel probatis viris eas delegabit finiendas. C
- 44 Certam si fixamque normam præscribet, vbi præscripta hactenus non fuerit, pro cuiusque ciuitatis, & prouinciae utilitate, & moribus in diuinis officijs canendi, & modulandi, & in choro conueniendi, & permanendi omnibusque ecclesiæ ministris. H
- 45 Examinatores si promouendorum ad ecclesias parrochiales vocari ad Synodum prouincialem poterunt, rationē sui officij reddaturi, & si qua aduersus eos accusatio orta fuerit, deque ea conuicti, vel confessi fuerint, arbitrio Synodi grauius i puniendi. Si quis de imaginibus, & reliquijs sanctorum difficilis, dubiusque abusus fuerit, si per eo synodus pronuntiat, an extirpari, an moderari, an permitti possit. X
- K Iudices si eliget, quibus causæ à sanctissimo Papa committantur, & episcopos, qui concubinas alent, monebit, non rescipiscentes Pont. Max. denuntiat. M
- 49 Præceptum si est etiam capite secundo sessionis vigesimæ quintæ Conc. Tridentini vt quicumque promouendi in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & episcopos, in prima synodo prouinciali, in qua ipsi interfuerint, omnia, & singula palam recipiant, quæ à sancta synodo Trid. distincta & statuta sunt, & veram obedientiam Summ. Roman. Pontifici spondeant, & profiteantur, simulque hæreses omnes à sacris canonibus, & generalibus concilijs, & præsertim ab eadem sancta Syn. Trid. damnata publicè detestentur, & anathematizent.
- 50 Item si abusus omnes, qui circa indulgentias in diocessibus fuerint, à singulis diocesium episcopis diligenter colligendi, & in synodo prouinciali referendi sunt, vt ab alijs quoque episcopis cogniti statim ad Ro. Pontificem deferantur. N
- 51 Concessa si est etiam Synodo prouinciali per S. Trid. Concilium potestas, vt in examinationis forma faciendæ his, qui parrochialibus ecclesijs præficiendi erunt, aliqua præter S. Trid. concilij formam addere vel remittere possit. O
- 52 Potest feriam statuere, si pro regionis more iudicauerit expedire, vt vacante paro-

a c. vlti. sess. 23.

b ca. cum sit. de iudicis.

c c. 3. in prin. sess. 24.

d c. i. ca. sess. 24.

e d. c. 3. ad si. sess. 24.

f cap. 13. ca. sess. 24.

g capit. v. ca. sess.

h cap. 12. ca. sess.

i cap. 18. ca. sess.

k sess. 25. cap. de innocat. sanct.

l sess. 25. ca. 10.

m cap. 14. ca. sess. 25.

n sess. 25. ca. vlt.

o cap. 19. ca. sess. 25.

a ca. 18. sess. 24.
 b capit. 9. ca. sess. 24.
 c c. i. cir. me. sess. 23.
 d dist. 18. in sum. ubi gl.
 e d. c. 2. in si. sess. 24.
 f glo. Carid. Ab. Fel. in ca. quod sup. his, de maior. & obed. Henr. Boich. in d. tract. de syno. par. 2. nu. 18.
 g Henr. Boi. part. 2. & 3. Duen. reg. 38. nu. i. & ij.
 h ca. 10. sess. 25.
 i cap. 18. sess. 24. de refor.
 k capit. sicut olim. de accusat. c. non debet. dist. 8. Paun. d. trac. de visitat. quest. 5. par. i. a. 10.
 l c. episcopus in synodo. 25. q. 6. Paun. ubi sup. nu. 21.
 m Hostien. et Ioan. Andr. in dist. cap. sicut olim. de accusat. Paun. ubi sup. nu. 22.
 n d. c. episcopus in synodo. 35. q. 6.

parochiali ecclesia, quæ alicuius in patronatu sit, edictis publicis vocentur, quicumque ad beneficium illud examinari voluerint. A
 53 Item potest prelatum aliquem constituere, qui ecclesias visitet in nullius diocesi existentes, eas videlicet, de quibus non constat, qui ex vicinis episcopis proximiores sint. B
 54 Item iudicabit synodus provincialis de licentijs datis alicui episcopo, ut ab ille possit, cauebitque, ne quis eo iurare abutatur, & providebit, quod pœnis canonicis delinquentes puniantur. C
 55 Nec tibi persuaderi sinas, verum esse, quod Gratianus scripsit initio decime octavæ distinctionis, nempe, synodos episcoporum corrigere tãtum, & quæ canonibus statuta fuerint, ut ferentur, curare, non tamen statuere, aut distingere aliquid posse, nullus enim ferè non Gratiani manifestum esse hunc errorem deprehendit, ac notavit. D
 56 Ad synodum autem Diocesana, quæ quidem ex eadem constitutione secundæ sessionis vigesimæ quartæ concilij Tridentini quotannis celebranda est, omnes civitatis illius, & diocesis sacerdotes parochi convenire debent, & imò ex eadem constitutione Tridentina etiam exempti omnes, qui alias cellant exceptione interesse deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere ad eam tenentur, & nemo, quicumque is sit, qui parochiales, aut alias seculares ecclesias etiam annexas in sua cura habeat, excusare se potest, quominus Synodo interesse debeat. A
 57 Animarum autem curam nullam habentes clerici beneficijs annexam iure nostro ad synodum episcopi accedere non tenentur, & nisi ad reformationem morum synodus fiat, aliave causa universum clerum spectante, vel, ut constitutiones ab episcopo factæ publicentur. C
 58 In diocæsana autem synodo recitabitur inter cætera sacrosanctæ Synodi Tridentinæ de residentia decretum positum in sessione vigesima tertia, ubi hætenus publicatum non fuerit, quâvis neminem ita supinum, & vecordem Antistitem credam, qui tamdiu ipsius publicationem distulerit. F
 59 Eligentur in ea iudices, quibus causæ per Sum-

Pontificem committi, & delegari possint, item hi, quorum exactio examini subijciantur, qui ad ordines, vel ad parochiales ecclesias, aliave beneficia sunt promovendi, ut ab eodem concilio Trid. statutum, i fuit. F
 62 Item in eadem synodo diocæsana eligendi sunt viri probi, prouidi, & honesti, quorum cura sit, nulla tamen cum iurisdictione, simpliciter & de plano omnia, & singula per totam diocësem sedulo inquirere, & scrutari, quæ reformationem, & emendationem desiderare videantur, eaque episcopo referre, ut ille opportunitam provisione adhibere possit, hi verò, vel testes synodales, vel visitatores appellari solent, quos æquum est ex eodẽ loco sumi, quem curaturi sunt, quia facilius omnia eis in promptu, notaque erunt, fac tot constituentur, quot episcopus pro diocesis, & civitatis latitudine, & virorum copia statuendos iudicavit, nam vel duos tantum, vel plures etiam ultra septem huiusmodi viros constituere potest, proxima autem sequenti Synodo reuocandi erunt, alijque eligendi, ne & hi perpetuo onere prægruentur, & quod suspitio omnis vitetur, hi verò testes synodales electi in manibus episcopi in synodo resistentis in scriptis iurisdictioni religiose suscipiunt, ne sese obstringent, promittentes per reliquias sanctorum, quas manu tangunt, se, quicquid noverint, audierint, vel postea inquisituri erunt, quod contra Dei voluntatem, & rectam Christianæ religionis normam hætenus factum fuerit, vel deinceps faciendum erit, in illa parochia, quod ad cognitionem ipsorum, quocumque modo pervenerit, si indicatum eis fuerit, synodalem causam esse, ac ad Episcopi ministerium pertinere, id episcopo, vel eius speciali legato patefacturos æque id se propter amorẽ, nec pretiũ, nec timorem, nec sanguinis, aut affinitatis vllam conjunctionem vllatortus celaturos. F
 67 Hi testes synodales, si forte super causa matrimonij coram ordinario, vel eius capitulo, semel testimonium reddiderint, compellendi non erunt, ut in presentia alicuius delegati iudicis, super eadem causa iteratò iuramentum præstent, præsertim,

si aliunde iudex delegatus fidem habeat, nisi forte articulus novæ questionis emergat. A
 68 Possuntque hi testes publico iure propter infamiam contra eos postea exortam a perhibendo testimonio remoueri. B
 69 Horumque testimonia, si quandoque non studiosè, verum proferendo errauerint, & incõtinenti corixerint, reijcienda non erunt, secus, si correctioni suæ interuallum posterint. C
 70 Potestas quoque facta est episcopis in Synodis diocæsana ab eo Tridentino concilio capite quarto sessionis vigesimæ quintæ de reformatione, ut possint pro sua conscientia providere in his ecclesijs, in quibus vel tam magnus celebrandarum missarum numerus defunctorum dispositionibus impositus fuit, ut illi oneri pro singulis diebus nequeat satis fieri, vel, quæ constituta est illis missis celebrandis elehemostina, adeo tenuis est, ut non facile inueniatur, qui velit huc se muneri subijcere, unde pereant præstantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. In his igitur amplis facultas episcopis in Synodo diocæsana data est, statuendi quicquid ad Dei honorẽ, & cultum, atque ecclesiarum utilitatem magis videant expedire, ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata illa ad pios usus reliquerunt.
 Sed & alia poterunt in synodo diocæsana, si opus fuerit, statui, & distingi quæ ad rectam gubernandi rationem, quæque ad continentiam, & augendum in fide, & religione clerum & populum, & ad bonos mores, vel inducendos, vel seruandos, aut deprauatos reformandos pertinere videantur, præsertim, si qua emerferint ex his, quæ testes prædicti synodales, seu malis visitatores eos appellare, in Synodo corrigenda monuerint, & denique ea omnia poterunt in diocæsana synodo tractari, & constitui, quæ & in provincialibus Synodis constitui posse dictum est, quatenus scilicet diocësim illam spectare, & concernere possint, nec potestatem excedant, & neque enim grauiore causæ in his Synodis tractandæ

erunt, sed episcoporum concilio relinqui distindenda.

DE POTESTATE ordinandi.

Titulus. XI.

EPI T O M E.

DISCERNES hic, qui nam vel iure proprio vel delegato possint ad quoscumque ordines promouere, an ea potestas, & qualis episcopo sit, qui episcopatu renuntiauit. An et qualis potestas simplici sacerdoti ad conferendos ordines à S. Pontifice dari possit, quid conferat sacramentum ordinis ab episcopo præciso ab ecclesia datum, ignorant vel scienti. Hinc edocetur non nisi subditos suos ordinare quempiam posse, sine licentia, & qui dicantur sui subditi, vel alieni, & an pro sit bona fides, vel ratihabitio sequuta, & quid in sacro Tridẽno Concilio statutum fuerit circa episcopos titulares, de literis commendatitijs ad ordines tam ex iure communi, quàm Tridentino concilio aliqua edocentur. Quam potestatem habeant Abbates, & Prælati seculares episcopis inferiores circa colationem ordinum: quid de ordinatis ab episcopo dinesorum rituum, quæ specialia sunt in ordinato à S. Pontifice, An quis cogi ad suscipiendos ordines possit. Quæ pœna ministrantis in ordine, quem non habet.

SVMMA RERV M.

- 1 Ordinandi potestas est propria episcoporum.
- 2 Episcopus assequitur potestatem ordinandi per consecrationem.
- 3 Ordinandi potestas spectat ad ordinem non ad iurisdictionem.
- 4 Episcopus, qui renunciauit loco, & dignitati conferre potest minores ordines tantum non maiores.
- 5 Episcopus, qui renunciauit loco tantum, conferre potest etiam sacros ordines ab aliquo episcopo rogatus.

a c. prætere
 si testes. de
 testib. cogen.
 b d. c. præte
 rea, versic. hu
 ius modic.
 c dicto capi
 tulo prætere
 ra. in fi.

- 6 Rogatum esse cur oporteat, ad conferendos ordines, ab aliquo episcopo.
- 7 Sacerdos simplex an conferre ordines possit ex mandato S. Pontificis.
- 8 Pontifex Max: non habet maiorem potestatem in conficiendo sacramento altaris, quam sacerdos quilibet.
- 9 Pontifex Max. dare non potest licentiam sacerdoti conferendi ordines minores.
- 10 Episcopus consecratus, cum deest ei aliquis ordo, conferre non potest ordinem, qui ei deerat.
- 11 Ceteros autem omnes conferre potest, si ipse sit sacerdos.
- 12 Consecrationis episcopalis capax est, et is, cui aliquis ordo preter sacerdotale deest.
- 13 Ordinans debet esse baptizatus.
- 14 Hæreticus & ab ecclesia præcisus confert vera sacramenta non gratiam scienti.
- 15 Ordinatus ab episcopo præciso est incapax gratiæ ob crimen.
- 16 Ordinatus ab Episcopo abscisso non habet executionem ordinum, quos ab eo accepit.
- 17 Error facti excusat eum, qui ordinatus fuit ab episcopo abscisso.
- 18 Episcopus an & quando cum eo dispensare possit, qui ordinatus fuit ab episcopo præciso.
- 19 Episcopus præcisus ab ecclesia censetur priuatus duntaxat executione ordinum non charactere.
- 20 Ordinati scienter ab episcopo præciso non possunt dispensari, nisi à Papa.
- 21 Item, hi qui ignorantia crassa ducti errauerunt.
- 22 Episcopus consecratus à præciso, non potest dispensari nisi à Papa.
- 23 Episcopi non debent ordinare alienos subditos.
- 24 Subditi, qui dicantur, vt ordinari possint.
- 25 Domicilium in duobus locis habere quis potest.
- 26 Episcopi alienos subditos ordinatis scienter pœna.
- 27 Subditi episcopo, qui alienos ordinavit sine licentia, possunt sine licentia ab alijs ordinari.
- 28 Ordinans laicum alienæ diœcesis quomodo puniatur.
- 29 Prætextus falsi, qui excusare non possunt.
- 30 Ordinans bona fide alienum subditum sperans illius episcopum consensurum non meretur pœnam.
- 31 Credendum non est semper dicenti, se bona fide, & fiducia alienum clericum ordinasse.
- 32 Episcopus an ratam habere possit ordinationem subditi sui ab alieno episcopo factam.
- 33 Auctoris opinio circa prædictam questionem.
- 34 Rationabilis non prodest in his, quæ sunt publicæ auctoritatis.
- 35 Gestæ ab incompetenti iudice non possunt rata haberi à iudice competenti.
- 36 Alieni subditi ordinari non possunt nec in propria, nec in aliena diœcesi.
- 37 Diœcesim alienam adire nemo debet, vt ibi ordinet.
- 38 Ordinare qui non potest, nec iudicare potest.
- 39 Constitutio Trid. super prædictis.
- 40 Prima tonsura conferri potest etiam extra diœcesim propriam.
- 41 Episcoporum iurisdictionem potestas in conferendis ordinibus restricta à Concilio Tridento.
- 42 Petens se promoueri ab alieno episcopo non potest se innare aliquo priuilegio, ut consequi id possit sine commendatione sui ordinarij.
- 43 Episcopi debent conferre ordines per se ipsos, si possunt.
- 44 Familiaris episcopi, quando ordinari ab ipso episcopo possit.
- 45 Officium perpetuum habentes ordinari possunt ab episcopis, in quorum diœcesi officium habent.
- 46 Literas dimissorias habere debet, quæ vult ordinari ab alieno episcopo.
- 47 Literæ commendatitiæ ad alienum episcopum cuius tenoris sint.
- 48 Literæ episcopi inuitantes episcopum alienum, vt ad suam diœcesim accedat, ad conferendum ordines, cuius sint tenoris.
- 49 Literæ dimissoriæ debent esse sigillatæ, et insertæ in instrumento ordinis collati.
- 50 Licentia conferendi, vel accipiendi ordines probari etiam testibus & alijs modis potest.
- 51 Ordinatus ab alieno episcopo sine licentia est incapax beneficiorum, nisi ab ordinario suo dispensetur.
- 52 Impetratio beneficiorum ab eo facta est subreptitia.

- 53 Ultramontani difficile ordinantur in Italia.
- 54 Abbates mitrati quos ordines conferre possint.
- 55 Abbates non exempti quos ordines conferant.
- 56 Abbates omnes ordines minores hodie conferunt.
- 57 Abbatum facultas in promouendo restricta per Concil. Trid.
- 58 Machi possunt ab episcopo ordinari sua diœcesis.
- 59 Presbiter parochus an quandoque possit conferre primam tonsuram.
- 60 Presbiteri non habent potestatem Episcopalem, nec quasi.
- 61 Pontif. Max. dare potest sacerdoti potestatem conferendi minores ordines in re proprio.
- 62 Sacerdos Parochus potest hodie conferre primam tonsuram, si habeat subiectum.
- 63 Archiepresbiteri, Archidiaconi, Decani & Vicarij episcoporum, an conferre possint ordines.
- 64 Et dare literas dimissorias.
- 65 Capitulum sede uacante an possit dare literas dimissorias, & quid ex Concilio Trid.
- 66 Facultates de promouendo restrictæ per Concilium Trid.
- 67 Greci non sunt ordinandi à latinis neque contra.
- 68 Episcopus habens populum diuersorum rituum quid facere debeat.
- 69 Episcopus grecus conferens ordines clerico latino ex literis dimissorijs debet seruare ritum Romanum.
- 70 Pontifex Max. solo verbo confert presbiteratum & alios ordines.
- 71 Quod tamen facere non solet.
- 72 Ordinatus ab ipso Pontifice Max. multa specialia habet, & qua ratione.
- 73 Ordinatus à Pontifice Maxi. non debet promoueri ad maiores ordines ab alio, nisi de licentia Papa.
- 74 Ordinatus à Sum. Pontifice non subtrahitur potestati ordinarij.
- 75 Indicandi potestatem habens, simul etiã habet potestatem ordinandi.
- 76 Episcopus an possit aliquem cogere ad ordines suscipiendos.
- 77 Cogi potest aliquis accipere ordinem an nexum suo beneficio.
- 78 Laicus nullo modo cogendus est ad suscipiendum ordines.
- 79 Episcopus cogens aliquem sine causa ad accipiendum ordines quomodo puniatur.
- 80 Ordinari non debet quis ab episcopo præciso etiam vim inferente.
- 81 Episcopus clericum suum criminofum ordinare potest, si notum non sit crimen alijs.
- 82 Clericus ministrans in ordine, quem non suscepit, quomodo puniatur.
- 83 Diaconus celebrans missam quomodo puniatur.

Videndum nunc de potestate, quam Episcopi aut alij habent, ordinibus ecclesiasticis ad sociandi, quæ quidem potestas episcopalis ordinis duntaxat, neque alterius cuiuspiam propria est, neque eam episcopus ipse nisi per consecrationem assequitur, et cum ad ordinem, non ad iurisdictionem spectat, a re eam noscatur, A si quis tamen episcopus necdum loco renuntiaret, sed etiam dignitati, minores quidem ordines, non tamen sacros conferre porit, et at, si loco tantum, non dignitati etiam simul renuntiaret, ordines non secus ac prius ante renuntiationem poterat, quoscuque ab aliquo episcopo rogatus conferre licebit, et rogatus etiam esse ab ipso episcopo, vt illius subditis ordines conferat, propterea oportet, quia, cum nullum episcopatum, nullosque subditos habeat, nec liceat cuius episcopo ordines subdito alieno conferre, vt infra dicturi sumus, merito episcopi illius precedere oportet rogationem, cuius sub iurisdictione est, qui ordinari exposcit.

7 Potest tamen Pontifex Maximus etiam simplici sacerdoti potestatem facere, sacros ordines conferendi, vt Innocentius ab alijs paucis doctoribus Pontificij iuris probatus scripsit, eos inquam ordines, quibus ipse auctus est, cui talis potestas data est, non maiores, verum Diuus Thomas a aliud sentit, nempe, nulli potestatem facere Sum. Pontificem posse ordinem episcopali non aucto, vt ordines conferre possit immediatum relationem habentes ad verum Corpus Christi, quando quidem hoc in supremo sacramento conficienda non maiorem potestatem

a c. transmissam, ubi gl. fi. de elect.

b c. i. & ij. ubi no. de ordinibus, qui episcoporum renunt.

c Innoc. in c. quanto, ubi alij. de consuetud.

d Thom. dist. 4. 2. q. 1. art. 1. Siluest. ver. ordo. 3. q. 7.

a doct. Theol. in d. d. 4. Col. lect. A. b. c. a. l. j. in d. c. quanto. Coar. li. i. cap. 10. vari. cr. resolut. nu. 9.

b Thom. et Siluest. vbi f. c. Siluest. ver. ordo. 2. q. 1. d. Siluest. ver. baptis. mus. 6. §. 4. & ver. ordo. 3. q. 1. e. glo. & doct. in d. c. i. de ordin. ab episc. & in c. ordinationes. 9. q. 1. P. aut. Borgas. in trac. de irregular. par. 3. tit. de dispen. episc. nu. 13.

f Thom. in 4. dist. 2. §. Holt. in c. i. & 2. ex. de ord. ab episc. no. in d. c. ordinationis. Siluest. ver. ordo. 3. q. 6.

g Siluest. glo. & Borgas. vbi supr.

h c. cum nullus. ubi gl. ver. beneficium. & ver. domicilium. de temp. ordi. in 6. i. l. assumptio. ff. ad munic. l. cap. eos. de tempor. ordi. in 6. l. c. si. eo. tit. & tempor. ordi. in sex. vbi glo. ver. sic. d. un. a. xat.

Pontifex Max. quàm simplex quilibet sacerdos habet, ideoque; vt minores ordines conferat quis episcopali in ordine non constitutus, speciali priuilegio & mandato Pontificis Max. consequi fortasse quis poterit, cum ordines hi nullam sacratissimo Corporis Christi sacramentum conficiendo functionem habeant, verum, vt sacros quoque, & maiores ordines conferat, qui ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum instituti sunt, facere non potest, quam Thomæ sententiam frequentes ex nostris doctores sequuti sunt, nedum Theologi ipsi. A Eadem ratione minores ordines conferendi potestatem Pontifex Max. non sacerdoti dare non posse creditur, vt idem Thomas, & Siluester scripserunt. b Ipse quoque; episcopus, si forte contigerit, consecratum eum fuisse episcopum, cum aliquo ex ordinibus inferioribus careret, non posset eum ordinem, ad quem ipse cooperatus non fuerit, alij conferre, sed ceteros vero omnes conferre posset, modo ipse in sacerdotali ordine esset, cum episcopus consecratus fuit, quia consecrationis episcopalis capax esse creditur, & si aliquo ex ordinibus, sacerdotali excepto careat. c

14 Hæreticus autem & ab ecclesia absclusus episcopus, si cui ordines conferat, vera quidem sacramenta ei creditur conferre, non gratiam, sed incapax siquidem gratiæ censetur, qui à præcilio promouetur, ob peccatum, quod admittit aduersus ecclesiæ prohibitionem ordines accipiendo, sed hinc eorum ordinem sic acceptorum functionem non habet, nec ministrare in eis licet, sed error tamen facti excusare à peccato eum potest, qui à tali episcopo ordinibus ad sociatus fuerit, modo, quam primū huius rei scientiam habuerit, à functionibus abstineat, sed quod fuerit dispensationem assequutus, quam episcopus dare his potest, qui per ignorantiam ordinati sic fuerint, quamuis enim excommunicatus, vel hæreticus, aut alius ab ecclesiæ gremio eiecitus vt sacramē

tis ecclesiæ priuatus ea conferre non posse videatur, sed quia tamen executione, & ministerio potius, quam characteris sacramentorum priuatus censetur, non mirum, si & characterem ipsum, quem non amisit, conferre potuit, executionem vero, & ministerium quod iam perdidit, alij dare non potest, & his vero, qui scientes ordinibus aggregati fuerunt à præcilio episcopo, solus Pontifex Romanus veniam dare potest, nec non & his, qui ignorantia crassa, & lupina ducti in hoc lapsi fuerint, sed & in episcopatu sic collato non dubium est, soli Romano Pontifici competere dispensandi potestatem. g

23 Alienos autem subditos episcopi ad ordines promouere non possunt, sed suos tantum, sed id est, eos duntaxat, qui vel originem ex sua ciuitate, vel diocesi ducunt, vel qui beneficium eo loci in possessione, aut suscepro ordine, quem petunt, habituri sunt, & ad eum beneficij titulum ordinantur, vel qui habitatione domicilium ibi contraxerunt, cum ibi partem rerum suarum maiorem locassent, aut saltem non minorem, quam alio in loco, sed quandoquidem duo domicilia duobus in locis quempiam habere nouum non est, si vtroque in loco se pariter collocaverint. i

26 Quod, si quis alienos clericos absque eorum ordinarij licentia prudens, vel affectata ignorantia velamento, aut alio colore quouis, seu commento se tegens, promouere ad ordines non erubuerit, nullos exinde vsque ad annum integrum, ordines conferre poterit, sed insuperque clerici hoc tempore, si manifesta hæc culpa fuerit, poterunt sine ulla ipsius licentia ab alienis episcopis, eorum in diocesi ritè, & canonicè ordinari. k

28 Qui vero primam tonsuram homini diocesis non suæ contulerit, absque ipsius ordinarij licentia, à potestate clericali tonsuræ conferenda tantum, per annum annuam pariter suspensus erit, atque etiam à potestate conferendorum maiorum ordinum, si maiores ordines contulerit, & quis ita autem color, & prætextus huiusmodi exemplis videri potest, puta, quia dicitur, scolare esse

esse eum, quæ ad ordines euegit, ideoque licuit, eum promouere, vel creditur facile assereri, se licentiam à suo Prelato habuisse, licet nullis literis probatam, vel literarum commendatitiarum eundem subreptionem non sensit, vel sentire noluit, aut non cognoscere simul uult, vel beneficium elargitus est alicui, vt ordinibus ipse eum aggregare posset, vel finxit, sibi persuasum fuisse, episcopum illius, quem promouit, egerit id non latuissimum, sed consensurum potius, & in quibusdam enim, ubi quis bonæ & sinceræ fidei sperans, episcopum illum, quem ordinauit consensurum, alieno clerico ordines conferre, parum illius excusare eum possit, vt diximus, tamen tamen hæc dicenti semper ereditendum est, sed inspicendum erit, an talis inter ipsos episcopos amicitia intercedat, ex qua hoc præsumi potuisset, an secus, vel an rita sit hominis episcopi sanctitatis, cui adhiberi fides debeatur, quem admodum & Urbanus Pater Epiphanijs, qui clericos ex diocesi Iuanis Christostomi ordinauit, facti sequutus eodem exemplo Lugdunensis parochie clericos ab alienis episcopis ordinatos ad mittendos scripsit. c

32 Sed disceptari quandoque; potest, an Episcopus subditos ab alieno episcopo sicut pronotas, ratum habere eam promotionem possit, ac confirmare, vt valeat nam, quod possit, argumento est, quod diximus modo, nam si, vel sola ordinarij bona fides sufficit, dum creditis episcopum illius, quem ordinat, probaturum, quod facit, ergo & multo magis, cum consensus ab ipso expressè adhibitus fuit, quæ propter, legitur, Gregorianam constitutionem sua confirmatio ordinationem sui subditi ab alieno episcopo factam, & ex quo glossa, & Probatus hoc dilucidè expresserunt, nempe, episcopum posse ratum habere subditi sui ordinationem ab alieno episcopo factam, & alij dictam glossam sequuti sunt, aut saltem ab ea non discesserunt. Contrarium tamen expressè consultus rñdit Paris. & quæ & Petr. & Rebut. sequutus fuit, & vt pax inter episcopos seruetur, & discoriarum occasio auferatur, h &, quia dimissorie literæ ordinum collationem præcedere debeant, vnde, quæ initio viuosi fuit

non debet tractu temporis conualescere posse, nec debet quis ratum habere id possesse, quod suo nomine gestum non fuit, qua pro hoc casu desiderari videtur S. Pont. rescriptum concedentis, vt perinde talis ordinum collatio valeat, ac si initio ipsi ipsius proprijs licentia adfuisse, & quæ opinio ex eo quoque; sua deri posse videtur, sed quia rauhatio nihil in his potest, quæ sunt publicæ authoritatis, vt dicit Innoc. l. ex quo et tradidit Bal. sed quæ in incompetenti iudice gesta non possunt à competentibus iudice rata haberi, & neg; obstat, quod bona spes & fiducia ipsi ordinis conferentis, quam habebat de ordinario illius excusare eum possit, vt diximus, & si excusare possit à pena non tamen facere potest, vt collatio ordinum ab eo facta valeat, neque; verum est, Grego. confirmasse collationem ab alieno episcopo factam, sed tantum remouisse iniuriam illatam iniectioe falsis in iudice. n

36 Præsumetur autem in dubio, episcopum fecisse, quod ex his non esset clericus, quem promouit, nisi contrarium iuramento saltem præsto probauerit, cum enim eius mores, & vitam examinare, & utarique; debeat, se ipsum redarguet, qui omnia diligenter se non explorasse fatetur, neque; tamen excusali itolorum, quos examini preceit incuria, sed sibi ipsi potius culpæ adscribere debet. o

37 Nec magis in sua, sed in aliena diocesi existens ordinare alienos subditos potest, si nemo enim episcopus alterius ciuitatem adire potest, nisi ab eo vocatus, cuius iuris ea ciuitas esse, cognoscitur, vt quicquid ibi disponat, ordinet, vel iudicet, sed & quisquis ordinare non potest, is nec iudicandi potestatem habebit. p

39 Sacrosancta quoque; Synodus Trid. constituit, vt nulli episcopo liceat cuiusvis priuilegij prætextu Pontificali in alterius diocesi exercere, nisi de ordinarij eius loci expressa licentia, & in personis eidem ordinario subiectis tamen, episcopus aut locus faciens ab exercitio Pontificali, & sic ab eo ordinati ab executione ordinum sint ipso iure suspensi, vt ex cap. 4. Sess. 6. legitur licet, sed primam tonsuram in suos subditos etiam intra alienam diocesim existens conferre ex iuris communis regula potest.

a glo. d. c. eos. ver. figmentum. de temp. or. in sexto.

h gl. in c. Lugdunensis. ver. quod sanctus. ix. q. ii. l. in l. si quis nec casam. §. pigno. vt. in glo. ver. voluntate. ff. si cert. pet. c. Lugdunensis. ix. q. ii.

d c. Salonitana. dist. 63. vbi gl. pe.

e gl. in c. i. ver. ordinatio dist. 71. Prob. in c. i. de ti. po. ord. in 6.

f Paris. cons. 136. sane de fecl. u. col. l. 4. g Rebut. in for. dimidi. nu. 12. & 13.

h c. i. dist. 71 i. c. ratum. de reg. in. in 6. k Rebut. vbi supr. nu. 29. & nu. 17.

l Inn. in c. i. de reb. eccl. no. al. m Bal. in l. obferuare. §. post hæc. ff. de offi. procum. Fel. in c. prudentiam. col. 4. ver. nunquid vnus. de off. deleg. n. d. c. Salonitana.

o glo. d. c. eos. ver. scienter. p. c. nullus alterius. & cap. nullus primas. ix. q. ii.

a test, a nullo epi illius petito consensu. 46
41 Sanxit etiam eadem Synodus Tridentina, ut nemo episcoporum, qui titula res vocantur, etiam si in loco nullius diocesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cuiusvis ordinis residet, vel moram trahat, vigore cuiusvis privilegij sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam pretertextu familiaritatis, vel continuæ commensalitatatis, absque sui preoptij Prælati expresso consensu, aut literis dimissorias ad aliquos sacros ordines, vel minores, vel primam tonsuram promoveri, vel ordinari valeat, contra veniens autem huic sanctioni episcopus ab exercitio Pontificalium per annum, ab eo promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit, sint ipso iure suspensi. 42
b c. 3. ea. sess. 23.
c. 8. sess. 23.
d. 3. ea. sess. 23.
e. 9. sess. ead. 23.
f Dom. & Philipp. in d. c. c. nullus de t. p. ord. in 6. Reg. in i. par. prax. tit. de cleri. & quib. ordi. nu. 24. g. l. in d. ca. eos. Gondiff. de leg. q. 3. p. num. 25.
g Rebuff. ubi supra:
h Rebuffus in pra. for. dimiss. so. per tot.
i Old. c. 2. 15 col. pe. Reg. ubi su. n. 23. et se.

Curer igitur, qui ab alieno episcopo ordinandus est, ut proprii episcopi litteras dimissorias, seu commendatitias habeat, siue in diocesi illius ordinem suscepturus sit, siue domi suæ, quamvis non eiusdem tenoris utraq; sint, nam prioribus literis, quas ad episcopum alienum & propriam illius diocesim defert, licet ipsi candidato conceditur, quod possit ad quoniam Antistite, & canonicè promotio gratiæ & communiorum S. Sedis Apostolicæ obtinente, quem propter hoc adire maluerit, ad desideratum ordinem promoveri statutis à iure temporibus, & Antistiti ipsi licentia cõferendi tribuitur, extra tamen civitatem, & diocesim concedentis episcopi, posterioris vero exempli literæ ipsius episcopum extraneum alloquuntur, dum ab Antistite loci conceditur ei licentia, ut subditis ipsius cõcedentis in propria ipsius concedentis civitate, vel diocesi ordines enlargiri possit, & optimusq; erit, utraq; litteras exaratas, sigillo episcopi concedentis obsignatas esse, earumq; exemplum in codicillis ordinum collatorum descriptis, inferat, que esse, & non tamen negari, posse hanc licentiã alijs quoq; modis, quã literis probari, nam & testium probatio in hoc negotio non respicitur. 49
h Promotus & vero ab alieno episcopo absq; sui ordinarij licentia præter id, quod dictum est ab executione suspeditur, non est etiam beneficiorum ecclesiasticorum capax, quamdiu ab ordinario suo relaxatus, restitutusq; nõ fuerit, neq; actus villius spiritualis cõmodum suum spectatis particeps, & consequenter, si à S. Pont. aliqua beneficia impetrarit, nulla erit pp subreptionis vitium impetratio huiusmodi. 50
i Transalpina aut clerici ab Italo episcopo ordinum confociatione postulantibus difficius etiam admittuntur, nam, nisi vel à S. Pont. licentiam specialem habeant, vel episcopi illius, cui subsunt, origine, domicilio, vel beneficio litteras patentes exhibeant, causam iustam continentem, quare noluerit, vel non potuerit eos ordinari alio modo ad ordines promoti ab ordinibus acceptis suspensi erunt, ita, ut neque penitentiarij Apostolici absque speciali Pontifici.

54 Sumunt tamen & alij præter Episcopos, qui quandoque aliquos ordines conferre possunt, nam & Abbates in tractu monasteriorum exemptorum, quatuor minores ordines conferre possunt, nedum primam tonsuram, & non tantum suis monachis, sed etiam laicis, in quos habet ecclesiasticam iurisdictionem, & Abbates vero non excepti duos quidem minores ordines præter tonsuram, videlicet, Hostiarij, & Lectoris, modò & ipsi in sacerdotio sint, & benedictionis munus acciperint, aut iniuste benedictionis: munus eis denegatum sit, dare possunt monachis suis, & his, qui, ut monachi efficiantur, eorum ordinum accessionem exposcunt, & secularibus, in quos iurisdictionem episcopalem habet, & alios vero non possunt, & hodie tamen videtur receptum, ut ordines minores omnes dare possint Abbates, & priores monasteriorum exemptorum pariter. c
55 Synodus autem Tridentina Sessionis prædictæ vigesima tertiam, capite decimo prohibuit Abbatibus, & alijs quibuscumque etiam exemptis, & ne liceat intra fines alicuius diocesis consistentibus, etiam si nullius diocesis, vel exempti esse dicantur, cuiq; qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre, nec ipsi Abbates, & alij exempti, aut collegia, vel capitula quæcumque etiam ecclesiarum cathedralium, litteras dimissorias aliquibus clericis secularibus, ut ab alijs ordinentur, concedant, sed horum omnium ordinatio, servatis omnibus, quæ in prædictæ Synodi sanctæ decretis continentur, ad episcopos, intra quorum diocesis fines existant, pertineat, non obstantibus quibusvis privilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus. 66
58 Potest episcopus etiam monachis in tra suam diocesim in monasterijs dogentibus primam tonsuram conferre, quamvis exempti sint, ut plerique opinantur, & quamvis non sint eorum

d diocesis oriundi. d
Existunt etiam, qui opinentur, licere sacerdoti parochio, ad psalmistarum ordinem per tonsuram parochiæ suæ subditos promovere, tunc saltem, ubi ipse presbyter quasi episcopalem in subditos suos iurisdictionem habet, & quod tamen multis absurdum videtur, & quod nusquam scriptum inveniat, episcopalem, nec quasi episcopalem iurisdictionem presbyteris parochiis competijse, vel competere, & scriptis etiam Panormitanus Abbas, Pontificem Max. posse minorum ordinum collationem sacerdotibus proprio iure concedere, ea quidem ratione, quia, dicit, & sacerdotem posse hodie conferre primam tonsuram, dum modo habeat subiectum. g
63 Archipresbyteri vero Archidiaconi, Decani, & sed nec ipsi episcoporum vicarij conferre ordines iure ordinario possunt, nisi vicarij ab ipso episcopo hanc specialem potestatem acceperint, cum & ipsi in episcopali dignitate essent, alij vero à Põ. Ma. & nec possunt etiam subditos suos manumittere, ut ab alienis episcopis ad ordines promoveri possint, nisi cum episcopus in oris longinquis agit, & sede autem episcopali vacante, capitulum, aut is, ad quem hoc interim spirituum devoluta administratio fuerit, litteras commendatitias dabit. i
- 9. *Episcopus successor potest dispensare cum eo, qui a praecessore ordinatus fuit extra tempora.*
- 10. *Ordinati extra tempora celebrantes in eo ordine non dispensantur, nisi a Summo Pontifice.*
- 11. *Ordinationes ubi fieri debent.*
- 12. *Minores ordines quibuslibet festis diebus conferri possunt.*
- 13. *Prima tonsura conferri potest etiam diebus nefastis.*
- 14. *Quilibet, qui conferre potest ordines minores, eos diebus praedictis conferre potest.*
- 15. *Ordines minores an conferri possint in feria quarta, & sexta quatuor temporum.*
- 16. *Ordines omnes conferri debent cum interstitio temporum.*
- 17. *Plures ordines conferri non possunt eodem die continuato ieiunio.*
- 18. *Collatio ordinum fieri non debet nisi ieiunis, & a ieiuniis.*

Cum vero pra alijs dignitate & auctoritate antecellant ecclesiae, divinaeque res, & negocia, quae pariter ab alijs segregantur, dum haec, consueverunt suas quasdam ceremonias habere, si quas celebrari videntes populi sciant, & religionem reuereri discant, neque enim sancta mysteria pas-

sim obuia apertaque esse debent, hinc neque omnibus, neque ab omnibus, (ut diximus supra) neque omnibus in locis, neque omnibus diebus debent conferri, & certas praeterea ceremonias desiderant eis conficiendis adhibendas, & quia temporum observatio non postrema inter alias esse debet, propterea statutum fuit, semperque observatum, ne ordines sacri ecclesiastici nisi certis, statisque temporibus replerentur.

- 2. In primis enim sacri ordines non possunt conferri, nisi quatuor illis anni tempestatibus, quibus singulis trium dierum ab ecclesia indicitur ieiunia, videlicet, hiemali tempestate post die beate Lucia, in eunte autem vere, prima post diem Cinerum hebdomada, sed aeterno tempore post Pentecostem, & denique autumno post diem exaltationi Sanctae Crucis dicatum, mosque receptus ab ecclesia fuit, ut non quibus illorum trium dierum, sed sabbatis quatuor temporum ordines conferantur, ex libro Pontificio. Item die sabbathi, qua Dominus nostri Iesu Christi resurgens pie colitur, celebratur quoque memoria, quae diem Paschatis proxime antecedit, item sabbatho, quod à missae introitu, strictis appellatur, dominicam diem de passione, appellatam praecedente, quam dominica palmarum statim subsequitur. Item & mane sequentis dominicae continuato ieiunio, ubi id necessitas extigerat, sacri ordines expleri possunt, & salis autem diebus praeter Pontificem Maximum conferre ordines sacros non potest, nec vlla consuetudine contraria hoc ius mutari potest, & quare neque diebus Dominicis, neque sabbato ipso Pentecostis sacri ordines recedat collati erunt. At si die, quae non debuit, ordines celebraverit episcopus, potestatem ordines illos, quos illicito consultit, deinceps conficiendi priuabitur. Qui vero ad ordines alijs, quam legitimis temporibus admissi fuerint, à suscepto ordine suspensi ipso iure erunt, & irregulares fient, ita ut maiores alique posthac non permittant. Non carebunt tamen characterem, qui sic alieno tempore fuerint promoti, quamuis ordinum sic acceptorum par-

- a. *Cap. ordinationes. c. quod a patribus. dist. 75. c. sanè. ca. de eo autem, de temp. ord. Host. in Sum. Silue. ver. ord. 2. q. 6.*
- b. *dicto capitulo sanè, eodem titulo.*
- c. *capitulo primo, extra eodem.*
- d. *capitulo sanè. c. literas. et c. cum quidam. co. ti. de temp. ord.*
- e. *cap. ij. c. cum quidam, & c. ij. et cap. consultationi. co. titu. c. vlti. disti. 75.*
- f. *But. in d. c. literas. Sil. ver. irregularitas. i. q. x. Rebuff. tit. de cler. ad sac. ordi. male promo. in fine.*
- g. *f. d. c. consultationi. co. titu. c. vlti. disti. 75.*
- h. *Ab. d. c. cum quidam. nu. 5.*
- i. *g. Siluestr. vbi supra.*
- k. *h. Siluestr. vbi supra.*
- l. *i. c. si episcopus de temp. ordi. c. i. disti. 60. Siluestr. ver. ord. do. ij. q. 8. glof. ca. ordinationes. disti. 75.*
- m. *k. capit. de eo. vbi Doctor. extra eodem, Siluestr. vbi supra. questione sexta, Rebuff. in titu. de cleri. ad sacros ordines, male promo. numero sexto. Preposit. capit. quod a patribus, distinctione septuagesima quarta.*
- n. *l. d. c. de eo. Siluestr. vbi supra. Rebuff. vbi supra. nu. 5.*
- o. *m. Barbar. in capit. nouit. de officio delega. Rebuff. in titu. de clericis ad sacros ordines mal. promo. num. 4. in prax. et in tra. et a. nomina. q. 14. nu. 29. et 65.*

a gl. c. literas. 16
de tempo. ordi.

b Im. et noft.
in c. dilecti. de
temp. ordi. Silu.
ue. ver. ordo. 2.
q. 7. in fine.

c ca. de eo. ubi
gl. noft. et Pa-
nor. eo. ti. Silu.
ubi sup.

d cap. si in ali
quo. dist. 51.

e c. qui eccle-
siasticis. disti.
6. c. si qui epi.
i. q. i. et c. liti-
ras. et ca. dile-
ctus. extra ea.
de temp. ordi.

porum conferri tantum eos posse, alijs 18
a temporum diebus non posse. A
Debent etiam congrua temporum in-
terstitia intercedere in ipsorum ordi-
num tam minorum, quam maiorum
collatione, nam non nisi post annum
à susceptione postremi gradus mino-
rum ordinum, ad sacros ordines pro-
moueri quis debet, nisi necessitas, aut
ecclesie utilitas aliud exposcat, ut capi-
te vndecimo, Sessionis vigesima ter-
tiæ Conc. Triden. fuit statutum, pro-
moti autem ad subdiaconatum, si per
annum saltem in eo non sint versati, ad
altio rem gradum, nisi aliud Episcopo
videatur, ex eiusdem Concilij Triden-
tini constitutione capite decimo ter-
tio eiusdem Sessionis 23. ascendere non
permittuntur, qui verò ad presbytera-
tus ordinem assumendi sunt, annum
integrum ad minus in diaconatu, nisi
ob ecclesie utilitatem, ac necessitatem
aliud episcopo videatur, non ministra-
uerint, quod cap. 14. eiusdem Sessio-
23. continetur.
b Nec debent plures ordines sacri eadē
die, vel duabus continuato ieiunio, ne-
que vnus minor cum sacro conferri, A
nec prima tonsura cum quatuor mi-
noribus, quamuis quatuor minores si-
mul eodem die consequi nemo prohi-
beatur, c. qui verò vel plures sacros or-
dines, vel minorem cum sacro ordi-
nem, eadem die contulerit, sciens de-
d ponendus est, si per imprudentiam
hoc admisserit, illius ordinis duntaxat
c conferendi potestate priuatus erit, si
nisi Pontificis Max. dispensatione in-
nixus hoc admisserit, sacros autem Syn-
odus Triden. capite eodem 13. Sess.
23. statuit, ne duo sacri ordines eodē
die, etiam regularibus conferantur, pri-
uilegijs, & indultis quibusuis concessis
non obstantibus quibuscumque;

Congruum est autem, ut quilibet or-
dines etiam minores nisi à ieiunio epi-
scopo, candidati que ieiunij conferan-
tur, sacros autem nullo pacto nisi iei-
unus conferre episcopus, nec nisi iei-
unus debet.

Et hætenus quidem his quatuor li-
bris edocuisse sufficiat, quo iure ec-
clesiastici homines vtantur, & gubernen-
tur, & quot sint eorum ordines, quæ-
que diuersæ religionum species, & nor-
mæ, & quot prælatorum nomina, quæ
ve eorum potestates, ac quibus modis
& ritibus prælati fiant, vel ordines au-
geantur.

Verum, quia ecclesiasticorum hominum
primum est, vel esse debet sacramen-
tis ecclesie tractandis, & ministrandis
opus, tamquam propria eis subiecta
materia, idcirco deinceps de sacramen-
tis ecclesie agemus, modò nobis spiri-
tus sanctus ille adsit, ac faueat, quò-
dam Apostolos afflauit, & hætenus ru-
des, & indoctos omni doctrinæ san-
ctæ copia repletos vnuerſi orbis terra-
rum magistris effecit, quocirca pro-
num, humique prostratus, supplex il-
lum oro, & precor, vt omni me pecca-
torum labe purget, ac tueatur, sicque
mihi faueat vt dignus hæc arcana tra-
ctare, alioque ea edocere efficiar, nã,
& si theologorum potius, quam iuris
Pontificij doctorum hæc prouincia
videatur, nec ab ipsis tamen Doctori-
bus iuris Pontificij aliena est, quando
quidem à doctoribus Theologis di-
sputationes, subtilisq; & pulchræ sen-
tentia; à Pontificibus Maximis dispu-
tationum diffinitiones proficiuntur,
quæ omnia S. matris Ecclesie Catho-
licæ Romanæ iudicio, & censuræ sub-
ijcitur, paratus mutare, emendare, & ab-
holere quicquid illa mutandum, emen-
dandum, vel abolendum censuerit;

Finis Libri Quarti.



FRANCISCO ALCIATO

S. R. E. CARDINALI AMPLISS.

& Religiosissimo.

M. Antonius Cucchus. S. D.



AGNA est profectio eorum felicitas, qui, cum acceptis beneficijs refe-
rendis pares se nullo modo esse cognoscunt, gratias tamen uerbis non ingra-
tis agere nouerunt, sed illi meo, omniumque (ni fallor) iudicio longè fe-
liciores habentur, qui re ipsa, quam, qui uerbis non ingratos se decla-
rare possunt; hos tamen & illos non dubium est, eorum felicitati inuide-
re, quibus utrumque præstare licet. Contra uerò, qui primo præstando
inepti sunt, infelices, qui alteri infeliciores, qui utriusque, infelici-
simi: At, si qui inter homines inueniantur, qui, cum prædictis exsol-
uendis, eorum uel alteri satis esse possint, id tamen facere non curent, hos ego omnium morta-
lium miserimos, nec dignos, qui inter homines censeantur, semper iudicauit, tanquam hominis
forte simulachrum, & imaginem habeant. Horum ego duobus prioribus præstandis parem non
esse me noui, & inueni fateor, hacque ratione fortunam meam quandoque accusarem, nisi
Christiana institutio, ut, quicquid in me à Deo Opt. inluit, libenti animo, & cum gratiarum
actione accipiam, edocuisset, omniaque ad nostram animæ salutem, non minus ea; que nos du-
cimur mala, quam que bona, parari meminisset, sed nulla tamen fortuna potestatem, vel
tantulam habuit, vel habitura est, in extremam illam miseriarum speciem me proiciendi,
ut scilicet, quasi hominem me oblitum brutorum assumpta natura beneficiorum memoriam non
seruem. Proinde numquam de memoria meâ exciderunt, nec casura umquam sunt, quæ à Cla-
rissima familia tua, nempe ab ANDR. Æ. illo Alciao immortalis gloriæ Iuriconsulto in-
primis, tum, quæ à te ipso Præsul non minus uirtute, quam dignitate plurimum Illustris be-
neficia assecutus fui; namque (vt tua ipsius pertransiam, quod tu beneficiorum tuorum nar-
rationem tantum abhorreas, quantum benefacere omnibus semper studes) hoc præcipue magni
illius uiri beneficium, quod mihi cum plurimis alijs commune est, alteri animo inſedit meo, quod
ab eo synceram legum, germanamque interpretationem haurire licuit, quod rectum, candidum-
que in profrenda inter Iuriconsultorum altercationes sententia, iudicium ediscere, quod
integritatem in reddendis responsis incorruptam, & piam, Christianamque omnibus in rebus
granitatem suo exemplo præmonstrauit, quorum licet memorem me neque re ipsa, neque apta
oratione (vt par esset) demonstrare possim, non eò tamen fit, quin gratias in me animus uiuat,
& quin eo, quo licet, modo, quamuis incompto lingua fateatur, & ubique prædicet. Ad hæc,
quia quicquid à me boni hac in mea exercitatione proficiſcitur, si modò aliquid boni ex me oritur
totum id clarissimo illi uiro secundum DEVM acceptum habeo, consentaneum duxi, ut, quod
illi exsoluendum erat, eo ex mortalibus iam pridem sublato, nunc tibi nominis illius,
que, & uirtutum copiosissimo, & integerrimo heredi persoluatur, Ita fiet, ut, quod à te
principium duxit, idem tibi opus designat, illud quidem tuo, hoc autem & tuo ipsius, & aucto-
ris tui Andree Alciani nomini dicatum immortalis. Hæc igitur amplitudini tue ut placeant,
acceptaque sint, tam opto, quam maximè quecumque optabilis res optari potest: nihil enim mi-
bi omnium rerum maiori cura est, quam ut tibi actiones meæ probentur, qui optime calles bo-
nestum à turpi separare. Vale.



Tituli Libri Quinti.

- 1 De Sacramentis Ecclesie in vniuersum.
- 2 De Baptismo.
- 3 De Confirmationis sacramento.
- 4 De Sacramento poenitentiae.
- 5 De Sacramento Eucharistiae.
- 6 De Missa.
- 7 De Horis canonicis.
- 8 De Sacramento ordinis.
- 9 De Extrema vnctione.
- 10 De Sponsalibus.
- 11 De Matrimonio.
- 12 De Impedimentis matrimonij.
- 13 De Gradibus cognationis & affinitatis.
- 14 De Cognatione legali.



MARCI ANTONII CVCCHI
IURISCONSULTI
Institutionum maiorum, seu Pandectarum
Iuris Canonici.

LIBER V. ET VLTIMVS.

Primi Pentatheuci.



DE SACRAMENTIS ECCLESIAE

in vniuersum. Tit. I.

Epitome.

Declaratur magna sacramentorum vtilitas, & quid sit sacramentum in genere, quot sint, & quae sacramenta nouae legis, quae inter illa sit differentia, quae sacramenta imprimant characterem, quae non, & quae sint eorum singulis necessaria, quae vero non singulis, sed vniuerso tantum corpori ecclesiae, & demum, quae sint principaliter vnicuique sacramento conficiendo necessaria, & quare sacramenta nouae legis sint sacramentis antiquae legis digniora.

SVMMA RERVM.

- | | |
|--|---|
| 1 Sacramentis Ecclesiae nihil maius, uel vtilius. | 10 Sacramenta dicentes paria excommunicantur. |
| 2 Sacramenta nouae legis cur instituta. | 11 Negantes sacramenta continere gratiam excommunicantur. |
| 3 Sacramentis nouae legis tamquam signis inter se cognoscuntur fideles. | 12 Afferentes Christianos omnes habere potestatem administrandi omnia sacramenta excommunicantur. |
| 4 Sacramenta nouae legis edocent subiectionem | 13 Negantes requiri intentionem in ministrandis sacramentis excommunicantur. |
| 5 Sacramenti multiplex definitio, seu descriptio. | 14 Negantes existentem in peccato mortali non posse conficere sacramentum etiam omnibus seruatis excommunicantur. |
| 6 Sacramentum graece appellatur ministerium. | 15 Negantes ritus ecclesiae non requiri in sacramentis administrandis excommunicantur. |
| 7 Sacramenta nouae legis sunt septem. | 16 Singulorum sacramentorum finis est effectus |
| 8 Afferentes sacramenta esse plura vel pauciora septem excommunicantur. | |
| 9 Negantes sacramenta esse instituta a D. N. Iesu Christo excommunicantur. | |

- 17 Sacramenta quae imprimant characterem.
- 18 Sacramenta imprimantia characterem iterari non possunt.
- 19 Sacramenta quae non imprimunt characterem.
- 20 Sacramenta quinque necessaria ad salutem.
- 21 Sacramenta non necessaria quae.
- 22 Sacramenta omnia necessaria sunt uniuerso corpori ecclesiae.
- 23 Sacramento cuiuslibet consuequendo tria sunt necessaria.
- 24 Materia forma & intentio requiruntur in quolibet sacramento.
- 25 Sacramenta nouae legis quare antecedant sacramentis antiquae legis.
- 26 Sacramenta antiquae legis erant incerta & obscura.
- 27 Cur tractetur prius de baptismo, quam de alijs sacramentis.



MULTA QUIDEM, INnumerabilia, atq; infinita sunt, quae summa Dei omnipotentis gratia, & largitate mortalibus D. N. Iesu Christi sanguine redemptis, & baptis-

matibus sacra ablutione renatis data sunt munera, verum, vbi ad omnia diligenter circumspexeris, & pia recta que mente intenderis, nullum fragilitati humanae praesentis datum, seu relictum manus reperies ipsis sacramentis nouae legis, quae quidem his veluti signis, quae palpari, contractaque possunt, praesentibus, & ob oculos, & inter manus nostras positus, illorum, quae propter ingenij, & captus nostri imbecillitatem a nobis percipi, & intelligi non possent, caelestium & aeternorum bonorum edocti primidum, deinde & cupidi efficiamur, & ad illa omni animi studio rapimur, & caducas fluxasque res vti vilissimas, & beatitudini aeternae aduersantes hoc pacto despiciamus, & nihili ducimus. Item quaedam caeteris omnium fidelium symbola sunt, quibus inter se noscantur, & certa foedere coniungantur, & quibus fidem nostram in hominum conspectu profiteri, & notam facere videmur, & adde & his elatum humanae mentis fastum subijci, eiusque subiectionem demonstrari, dum rebus suapte natura inanimatis, & sensibilibus ratione significationis co-

rum nos submittimus, & vitam nostram in eis exercemus. A
 Est enim sacramentum sacre rei signum, seu visibile signum inuisibilis gratiae, ad nostram iustificationem institutum, quod rem sacram abditam, atque occultam significat, seu, est signum, quoddam sensibus subiectum, quod gratiam, quam efficit, simul etiam declarat, & veluti ante oculos ponit, quae vox graeco vocabulo mysterium appellari potest. Omniaque sacramenta instituta à Domino nostro Iesu Christo fuerunt, neque enim ab ecclesia, aut ab Apostolis, aut à quouis alio, quam à Christo institui possunt, cum gratia, quae ex sacramento confertur, non ab alio, quam à Domino Iesu Christo, quemadmodum & gloria dari non possit. c Quod etiam a S. Synodo Tridentina expressum fuit, quem canonem infra recitabimus:
 Sunt autem septem nouae legis sacramenta, s. Baptismus, confirmatio, ordo, eucharistia, poenitentia, matrimonium, & sacra extrema unctio, nam & sacrosancta Synodus Tridentina canone primo, Sessionis septimae de sacramentis in genere sanxit, ut, si quis dixerit, esse plura, vel pauciora, quam septem supra dicta ecclesiae sacramenta, aut etiam aliquod horum septem, non esse verè, & proprie sacramentum, sed seu non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit, eademque sacrosancta Synodo circa eadem sacramenta praeterea cautum est, ut, qui dixerit, ea ipsa nouae legis sacramenta à sacramentis antiquae legis non differre, nisi quia, caeremoniae sint aliae, & alij ritus aeterni, sed ac, si quis dixerit, haec septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, vel sacramenta nouae legis, propter solam fidem nutriendam instituta esse, sed vel non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicere non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptae per fidem gratiae, vel iustitiae, & notae quaedam Christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, vel non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si rite ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, vel per ipsa nouae legis sacramenta ex opere operato, non conferri

ferri gratiam, sed solam fidem diuinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere, sed vel Christianos omnes in verbo & omnibus sacramentis, administrandis potestate habere, sed vel in ministris, dum sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendi, quod facit ecclesia, sed vel ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quae ad sacramentum conficiendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre sacramentum, sed vel receptos, & approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in solenni sacramentorum administratione adhiberi confectos, aut contenti, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.
 Haec verò septem omnia necessaria visa fuerunt sacramenta, ut religiose admodum, Catechismus Rom. instruit, ad viuendum, vitamque seruandam, & ex sua, reique publicae utilitate traducendum vitam, ut scilicet in lucem quis edat, augeatur, alatur, si in mortuum incidat, sanetur, imbecillitas, virium rescietur, deinde, quod ad rem publicam attinet, ut magistratus numquam desint, quorum auctoritate, & imperio regamur, ac postremo legitima sobolis propagatione se ipsum, & humanum genus conseruet, baptisum enim renascimur, confirmatione augetur, & roboramur, sacra Eucharistia veluti cibo spiritus noster alitur, & sustentur, poenitentia sanitas amissa restituitur, extrema unctio omnes peccatorum reliquiae tolluntur, & vires, virtutesque animi recreantur, sacris ordinibus publica sacramentorum ministeria perpetuo in Ecclesia exercentur, sacrasque omnes functiones exequendi potestas traditur, matrimonio filij ad Dei cultum & humani generis confirmationem procreantur, & educantur.
 Horum septem sacramentorum tria prima in ordine à me recitata, scilicet, Baptismus, confirmatio, & ordo, characterem animae imprimunt, sed propter iterari illa non licet, quod etiam eadem sacros. Synodo Tridentinae septimae Sessionis canone nono, de la-

cramentis, poena excommunicationis addita sancitum est, his verbis, Si quis dixerit, in tribus sacramentis, baptismo, scilicet, confirmatione & ordine non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale, & indelebile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit.
 Alia verò quatuor postrema, scilicet, Eucharistia, poenitentia matrimonij, extrema unctio, characterem nullum infligunt, quare nec iterari prohibent, Rursus horum sacramentorum quinque sunt, sine quibus nulla homini salutis aeternae spes esse debet, vbi ea flo cifecerit, quare & necessaria appellantur, alia verò duo reliqua, scilicet, matrimonium, & ordo, liberae sunt voluntatis vnicuique, non necessitatis aliquis, quocirca & dignitatis sacramenta appellantur, vniuerso tamen ecclesiae mystico corpori, licet non singulis, haec quoque duo sunt necessaria hinc & capite quarto eiusdem tituli sacramentis, septima Sessione eiusdem Synodi Tridentinae talis canon exstat, videlicet. Si quis dixerit, sacramentorum nouae legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.
 Sciendum est autem, nullum sacramentum confici posse, cui non tria in primis, neque omnino ad finem sacramentum illi quod agitur, consentanea, & vniuersa, materia, id est, res ipsa, item forma certa lege praescripta, & minister aptus pius fixumque, habes sacramenti ipsius peragendi propositum & intentionem, quorum si non abfuerit, nullum dicitur sacramentum esse confectum, hinc traditum est, nostrae legis euangelicae sacramenta antiquae legis sacramentis haec quoque antecellere, quia certam nostram definitamque formam habent, vnde clarissima sunt, omniq; profus dubitandi causa caeteris, cum illa antiquae nullam praescriptam formam habent, ideoque incerta admodum, & obscura essent, quod etiam Catechismo Romano dilucide edocemur, dum de sacramentis in yniuersum agit.

a Abb. in R. de sacramento non iterari in sigl. in c. institutio de consecrat. dist. ij.

b Abb. & Catechismi vbi sup.

c S. Thom. in 3. par. q. 64. art. 2. et q. 72. artic. i. Coar. c. x. nu. 3. libr. i. variar. resolut.

27 De singulis igitur sacramentis separatum agendum est, sed quamvis eucharistia sacramentum sanctitate, & mysteriorum numero, ac magnitudine longe ceteris antecedit, quia tamen Baptismus ad omnia sacramenta iter est, ianua, & principium, de eo prius, quam de alijs agendum duximus.

DE BAPTISMO

Titulus. II.

EPITOME.

Ex hoc titulo excipies, quando institutus sit, vel effectum habere inceperit baptismus & plures baptismi definitiones, & bimembrem eius divisionem, nempe simplicis, & solennis baptismi, & quae forma simplicis baptismi, & quae forma baptismi solennis, qualis aqua in eo requiratur, quibus annectit aliam baptismi divisionem trimembrem, fluminis, scilicet, fluminis, & sanguinis: an haec baptismi species oes paruulis conueniant, qua in parte corporis aqua sit danda, post haec singula verba in baptismo necessaria examinantur, & militatad verborum formam pertinentia traduntur, hinc de ministro baptismi, quis esse debeat, vel possit, & de patris, postea qui baptizari possint, an scilicet paruuli, an amentes, vel dormientes, vel inuis, hinc de tempore, & loco baptismi faciendi: Maximus deinde baptismi effectus indicat, mox an Iudaeorum filij in vitis parentibus sint baptizandi, Docet consequenter, quare baptismus iterati non possit, & quae sint baptismum iterantium poena. Quid si dabitur, an quis baptizatus sit, Postremo, quae esset baptismi Ioannis forma & vis, & differentia inter illum, & baptismum Christi.

SVMMARERVM.

- 1 Baptismus esse necessarium ad salutem, vnde probetur.
2 Baptismus quando institutus, vel effectum habere inceperit.

- 3 Baptismi plures definitiones.
4 Baptismi vox, quid significet.
5 Baptismus quibus alijs nominibus appellatur a scriptoribus ecclesiasticis.
6 Baptismi duae species.
7 Baptismus simplex qui sit.
8 Verba baptismi quo puncto proferenda.
9 Aqua baptismalis, non est sacramentum, nisi cum infunditur verbis prolatis.
10 Baptismus simplex quando sit in usu.
11 Baptismus solennis qui, & qualis.
12 Baptismus solennis non fit sine christomate.
13 Aqua baptismi qualis esse debeat.
14 Aquam in baptismo Christi esse necessariam demonstratur.
15 Aqua ois artificialis a baptismo rejicitur.
16 Aqua ex luto expressa non rejicitur a baptismo.
17 Neque aqua mineralis.
18 Baptismus fluminis qui sit.
19 Baptismus fluminis non est communis paruulis, & quare.
20 Sanguinis baptismus communis est etiam paruulis.
21 Paruuli egri & surdi & muti quomodo proficiantur in baptismo.
22 Concilij Tridentini canones circa baptismum paruulorum.
23 Paruuli post adultam aetatem non sunt interrogandi, an velint baptismum ratificare.
24 Aqua ministrari debet super capite baptizandi non in alio membro, & quare.
25 Membro alio apparente prius quam caput, an baptizari debeat.
26 Et quid existente periculo mortis.
27 Venter Matris quae moritura est, in puerperio an sit secandus, ut parvus saluetur.
28 Verba necessaria in baptismo pro forma.
29 Verborum ego te baptizo omissio vitiat baptismum.
30 Pronominis (ego) omissio non vitiat in baptismo, & quare.
31 Forma verborum in baptismo Graecorum qualis.
32 Baptismus Graecorum est validus.
33 Pronomen prime personae, ego, an possit proferri in plurali numero, nos, in baptizando.
34 Pronomen secundae personae, te, an possit mutari.

- 35 Verbum, baptizo, an possit mutari.
36 Verbum, lino, non est aptum baptismo.
37 In, propositio omittere non est in verbis baptismi.
38 Dicitur, nomine proferri an possit in plurali in baptismo, dicendo in nominibus.
39 In nomine Trinitatis, vel in nomine Christi, vel in nomine genitoris & geniti, an dici possit in baptismo.
40 Sacerdos, qui non obseruat formam in baptismo, peccat, quamvis baptismus valeat.
41 Pontifex Maxi. potest ex causa mutare verba baptismi.
42 Baptismus non dicitur nullus, quamvis dicitur sit. In nomine patris, et filii, &c.
43 Baptismus tamen iterandus est, si superuenerit.
44 Baptismus ioco male factus valet.
45 Peccat etiam, qui sic iocatur.
46 Verba in baptismo corrumpens malo proposito non facit sacramentum.
47 Copula, &, posita pro, &, non vitiat baptismum.
48 Transpositio sillabe, vel dictionis non confundens sensum non vitiat baptismum.
49 Baptismus in casu necessitatis collatus a rudi idiota, vulgari sermone quoquo modo valet.
50 Amen, dictio, an sit necessaria in baptismo.
51 Adiectiones aliam vim vitiant in baptismo.
52 Mutatio verborum quot modis contingat.
53 Latinus an graeco ritu, vel sermone, & contra baptizare possint.
54 Ritus graecus baptizandi toleratur tantum inter ipsos graecos.
55 Verba in baptismo proferenda & exprimentenda sunt voce.
56 Sacerdos parochus est proprius minister baptismi.
57 Clericus baptizans quando adest copia sacerdotis deponendus est.
58 Baptizandi munus est proprium episcopi, & quare.
59 Item presbyterorum iure proprio, & quare ratione.
60 Sacerdotes non possunt baptismum solennem id est solennibus diebus fieri solitum facere.
61 Diaconi, & alij inferiores baptizare possunt in casu necessitatis, et quo ordine.
62 Laicus baptizat in necessitate.

- 63 Femina baptizare potest deficiente masculo.
64 Maior imperitus baptizandi cedit minori, qui melius scit baptizare.
65 Idem, si maior praecisus sit ab ecclesia.
66 Iudaeus & haereticus, & quilibet infidelis baptizare potest urgente necessitate.
67 Nec repetendus erit baptismus cessante necessitate.
68 Baptismus datus a malo ministro tamen gratiam confert.
69 Minister malus peccat baptizans sine necessitate.
70 Melius est baptizari a malo sacerdote, quam a laico.
71 Haereticus, vel infidelis quomodo possit in baptizando animum habere faciendi, quod facit ecclesia.
72 Anathema in illos, qui negant baptismum ab haeretico datum rite validum esse.
73 Ceremonia in baptizando cur adhiberi non debeant, nisi a sacerdotibus.
74 Angeli & sancti an baptizare possint.
75 Baptizandi munus est proprium hominis viuientis non Angeli, aut hominis sanctificati.
76 Angelus malus, quare baptizare non possit.
77 An vnus baptizare possit plures simul & semel.
78 Plures an possint simul eundem vnus baptizare.
79 Mutus & mancus simul quomodo baptizare possint.
80 Plures baptizantes vnus ex necessitate quibus verbis vti debeant.
81 Actus baptizandi non potest pluribus tribui, sed vni tantum, & quare.
82 Pluribus simul immergentibus, & dicentibus, Ego te baptizo, valet baptismus.
83 Nemo potest seipsu baptizare etiam in mortis articulo, & quare.
84 Saluabitur tamen propter fidem, non propter abluionem.
85 Presbyteri non baptizantis agrum sibi commendatum penasi ille moriatur sine baptismo.
86 Patrini cur assumantur in baptismo, et quibus alijs nominibus appellentur.
87 Patrini non sunt ex necessitate sacramenti.

- 88 Vnus patrinus tantum, seu vna accede re debet, non plures.
- 89 Ratio supradictorum ex Catechismo.
- 90 Duo vtri non possunt esse patrini, licet mulier omissa fuerit.
- 91 Patrini esse non possunt hi, qui nesciunt orationem Dominicam, & symbolum Apostolorum.
- 92 Nec qui baptizati non sunt, etiam quod nullus alius adsit, & quare.
- 93 Pater & mater non debent esse patrini, & quare.
- 94 Nec religiosi. (& quare.)
- 95 Baptizari non possunt omnes cuiuscumque aetatis sint.
- 96 Parvuli quomodo sint capaces baptismi licet non habeant charitatem.
- 97 Amentis & dormientes non sunt capaces baptismi.
- 98 Nisi prius ostendissent se cupidos baptismi ante amentiam, vel somnum.
- 99 Inuiti non baptizantur.
- 100 Baptismus non est differendus.
- 101 Baptizandus est imminente periculo, qui baptizatus non est.
- 102 Baptismi solemnitas quo tempore faciēda, & a quibus.
- 103 Iudaei quanto tempore sint baptizandi.
- 104 Iudaeus baptizatus non statim eo tempore quadragesima dierum praesumitur fecisse in fraudem.
- 105 Baptismus non est faciendus in locis, ubi non est fons baptismalis.
- 106 Presbyter non habens fontem lapideum debet habere nas in quo seruetur aqua.
- 107 Baptismus delet peccatorum originalium.
- 108 Et peccata actualia. (vium.)
- 109 Dum adsit penitentia
- 110 Nec requiritur satisfactio erga Deum
- 111 Pena temporaria non remittitur baptismi, quae ex legibus secularibus imponitur.
- 112 Principes deberent propter baptismum remittere etiam penas seculares ob flagitia debitas.
- 113 Baptismus accipere differens in ultimam diem vitae, vt omnem peccatorum penam vitae non saluetur.
- 114 Differens accipere baptismum vsque in diem nouissimum, si superuixerit officitur irregularis.
- 115 Baptismus cur non tollat irregularitatem causatam ex dilatione baptismi.
- 116 Baptismus confert charactrem.
- 117 Gratia Dei collata per charactrem baptismi quid conferat.

- 118 Credēs se baptizatum, qui baptizatus non erat saluari potest, vti baptizatus
- 119 Ordines collati non baptizato, sed credenti se baptizatum non valent.
- 120 Pontifex Max. non potest dispensare, vt qui baptizatus non est conficiat sacramentum, vel, consequatur charactrem in ordine.
- 121 Baptismus tollit infamiam delictorum.
- 122 Baptismus tollit irregularitatem non tamen eam quae procedit ex defectu sacramenti.
- 123 Bigamus non potest promoueri etiā post baptismum.
- 124 Nec corrupta velari.
- 125 Baptizatus potest per peccatum gratiam amittere.
- 126 Baptizatus non tamen est liberatus ab omnibus praecipis ecclesiae
- 127 Vota facta post baptismum non sunt irrita.
- 128 Peccata commissa post baptismum non abolentur sola recordatione f. dei baptismi.
- 129 Baptizati debent seruare totam fidem Christianam nemum ea, quae profissi sunt.
- 130 Iudaeorum filij parvuli an possint baptizari inuitis parentibus.
- 131 Thom. approbatus vsu vt parvuli Iudaeorum filij baptizari non possint inuitis parentibus.
- 132 Iudaei adulti cogendi non sunt ad baptismum.
- 133 Nisi per indirectum. (sumum.)
- 134 Baptismus iterandus non est
- 135 Redditur ratio.
- 136 Mors & sepultura Christi significatur in Baptismo.
- 137 Baptismus iterato accipiens, vel conferens sit irregularis.
- 138 Poena legum civilium contra iterantes baptismi.
- 139 Baptismus qua verborum forma conferendus bis de quib. dubitatur, an sint baptizati (bus.)
- 140 Baptismus debet pbari certissimi testi
- 141 Priori baptismi rite collato nihil accedit per baptismum secundum.
- 142 Baptismi conditionalis forma non debet seruari nisi dubium sit an sit baptizatus.
- 243 Baptismo deficiente solum in caeremoniis ille sole suppleri possunt.
- 144 Baptismus Ioannis quid significaret.
- 145 Baptismi Ioannis forma.
- 146 Baptizati à Ioanne indigebant tamē baptismi

- pismo Christi.
- 147 Baptismo Ioannis gratia non conferebatur.
- 148 Baptismus Ioannis non sufficiebat ad salutem.
- 149 Augustini verba de effectu baptismi Ioannis.
- 150 Excommunicantur dicentes baptismum Ioannis habere vim baptismi Christi.

ABAPTISMI igitur incunabulis caetera sacramenta omnia oriuntur, & manant, ¶ Baptismus quidem (vt diximus) ad eam salutem aeternam est necessarius, vt ipsa Domini nostri IESU CHRISTI VOCE clara, & ditocida conclamatum sit, Ioannis Tertio, Saluum esse neminem posse, qui non ex aqua, & spiritu sancto renatus fuerit, quare, & Capone quinto Sessionis septimae eiusdem sacrosanctae Synodi Tridentinae, in titulo de Baptismo, cautum est, vt, si quis dixerit, Baptismus liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit. A

¶ Et Baptismus tunc quidem creditur à Domino nostro IESU CHRISTO institutus, seu cum aqua, vt baptizaretur ipse, mundissima carne sua tetigit, illis vim regenerandi impendens, seu cum dixit Nicodemo, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu Sancto, non posse in regnum Dei introire, sed post resurrectionem eius confirmationem, & effectum accepisse, cum dixit, euntes baptizate, & quod etiam dilucidis grauiusq; verbis à Catechismo Romano edoctum est.

¶ Est autem Baptismus, ¶ vt Catechismus appositè diffinit, Sacramentum regenerationis per aquam in verbo, vel, est exterior hominum cum aqua, & certa verborum forma ablutio originarium peccatorum delens, ¶ quamuis enim haec vox Graeca omne ablutionis genus significet, à scriptoribus tamen ecclesiasticis pro ea ablutione tantum accipitur, quae cum sacramento coniungitur, nec sine praescripta verborum forma ministratur, qua significatione Apostoli ex CHRISTO

Domini instituto frequentissime vti fuerunt, vt Catechismus idem Romanus pluribus locis sacrorum auctoritatis indicat, ¶ quos tamen & quandoque alia nomina ad eandem rem significandam usurpasse monet, Interdum, videlicet sacramentum fidei, ex Augustino, quod illud suscipientes vniuersam Christianae religionis fidem profiteantur, interdum illuminationem, ex Paulo Apostolo, quia fide corda nostra illuminantur, quam in Baptismo profiteamur, nonnumquam & expurgatio appellatur Chrysostomo, quod per baptismum expurgeretur vetus fermentum, vt simus noua conspersio, interdum & sepultura, & plantatio, & CRUX ab eodem Chrysostomo appellatur, quia scilicet mortem, & sepulchrum CHRISTI refert, & principium sanctissimorum mandato eius à Dionysio, & regeneratio in spem viuam à Petro, & lauacrum aquae in verbo à Paulo.

¶ Duplex tamen ¶ est baptismi forma, altera simplex, & altera solennis, ¶ & simplex quidem baptismus vna, vel trina pro regionis more, & aquae immersione, seu ablutione, vel asperusione cum aqua contentus est, cum prolotione illorum solennium verborum, scilicet, Ego te baptizo, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ¶ quae verba eo ipso puncto proferenda sunt, dum Baptizandus aqua abluatur, aspergitur, vel immergitur, nolim etenim te falsum esse opinantem, quod vulgò existimatur, & quam illam, quae ad conficiendum baptismum in sacro fonte asseruatur, sacramentum esse, tunc n. demum sacramenti baptismi dicendum est, cum aqua ad abluendum aliquem additis verbis, quae à Domino instituta sunt, re ipsa vumur, vt ex Augustino Catechismus exponit, ¶ haec verò baptismi simplex forma in vsu tunc esse consuevit, cum propter imminens mortis baptizando periculum nulla mora, nullaque cunctatio admittenda est, nec caeremonijs solennibus datur locus.

¶ Solennis autem visitatusque baptis-

a Sess. 7. cano. 5. ti. de bapti.

b glo. in ca. ex quo. de consecra. dist. 4. Ca. eccl. 1. eo. tit. Ioan.

c c. i. de consecra. dist. 4.

d c. si quis propter. vbi glos. & ca. propter rit adum. vbi gl. de consecr. dist. 4.

mus præter verborum formam prædictam & aquæ abluionem multas ceremonias exigit, nam & Catechismos, id est, in fide instructiones ante baptismum, item in baptismo exorcismos, & exufflationes, & vñctiones, & sale, ac salua lenitiones, & multas preces, multasque alias solennitates, & ceremonias desiderat, fac sciendum, ex Apostolorum traditione, semper in Catholica Ecclesia obseruatum esse, vt, cum solennibus ceremonijs, baptismus conficitur, sacrum etiam christum addatur, quo baptismi effectum magis declarari perspicuum est, vbi cumque ministrandi baptismi nulla præceptis necessitas viget, quod Catechismus idem Romanus tradit.

13 Aqua igitur naturalis, baptismi adhibenda, est omnino, nec refert tam, utrum ea pluuialis, an aqua maris sit, an fluminis, an stagni, vel paludis, an putei, an fontis, modo sine adiunctione, & qualitate extra. accedente aqua dici possit. Neque minus in baptismo. CUM R. I. S. T. I. aquæ necessarium esse elementum credas, quia, vt habetur. Matthæi, capite tertio, Iacones Baptista dixerit, venturum esse Dominum, qui baptizaret, in spiritu Sancto, & igne, & quod ipse Christus actum Apostolorum capite primo prædixit, his verbis.

„ Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu Sancto non post multos hos dies, ea enim verba non de materia baptismi intelligenda sunt, sed vel ad intimum Spiritus sancti effectum, vel certe ad miraculum referri debent, quod die Penthecostes apparuit, cum spiritus sanctus de celo in Apostolos ignis specie delapsus est, hoc enim elemento, vti omnibus prompto, & obuioso, potius, quam alia quavis materia, vni oportere instituit, qua materia quemadmodum ferum sensibilium lodes mundantur, & purgantur, sic baptismi aqua, omnes animas torques, & peccatorum maculas abluunt, & exterguntur, & quemadmodum aquæ naturalis frigiditate abluta corpora caloris nimij noxia leuantur, sic nocuus li-

bidinum, & cupiditatum ardor baptismi aqua, si non profusus restinguitur, at planè magna ex parte lenitur, quæ omnia idem Catechismus Romanus disertissime profecit, & Sacrosancta Synodus Tridentina Canone secundo tituli de Baptismo, in septima Sessione eos anathemati subiecit, quicumque dixerint, aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri I. E. S. V. C. H. R. I. S. T. I. (nisi quis renatus fuerit, ex aqua, & spiritu Sancto) ad Metaphoram aliquam detorsit.

15 Ac sciendum, quod omnem aquæ speciem, quæ naturalis non sit, sed arte expressa, aut elaborata, ab hoc ministerio excludi, eiusmodi sunt aquæ rosæ, & quas vulgò lymphatas appellant, vel aqua in qua vitæ, ex vino facta, sic & humor exsile procedens liquefacto, & ille, qui de planta aliqua destilat, sudor, salua, aqua cruori supernatans, quæ bilis, vel phlegma appellatur, veræ, & naturales aquæ non sunt, quibus vi liceat in baptismo, liquor autem iurulentus, cum, si aqua in qua carnes, aliaue res concoctæ sunt, earum immixtione condensata est, ita demum baptismi pro aqua aptus erit, si non tantum eorum corporum in ipsa concoctio ne resolutio euenerit, vt liquor ille plus alienæ, quam propriæ substantiæ retineat, sed & ex eo tamen sic densato liquore expressam subtilem aquam non rejciunt, que radmodum hec quæ aquam ex lato elicitam, quamuis latus ipse in vñ hoc esse prohibetur, neque aquam sulfuream, aut ferream, vel plumbeum odorem propter venam terræ, per quam fluit, red dentem, quam aquam mineralem vocant, quia non propterea elementaris esse desinit, neque aquam cinerem, aut aliqua re admixta, ad lixandam factam, vnde, & lixiua dicitur vulgo, vt S. Tho. parte tertia, q. iij. articulo 4. ad secundum. Silue est, ver. baptismus. 2. q. 4. versu. secundo sequitur, & alij summissa omnes tradunt.

Sed hæc de baptismo communi. i. baptismi fluminis dicta intelligantur, quæ

quæ baptismi species vulgata, & omnibus in vñ est, non tamen de baptismo fluminis, vel sanguinis eadem sunt dicenda: his enim etiam sine verbo, & aquæ elemento gratia conferitur, & fluminis autem, id est spiritus, esse ille baptismus dicitur, cum quis incredibili desiderio ardens, baptismi regenerari, interim, antequam voti sui compos re ipsa effici posset, mortales auras derelinquens in fata concessit, neque enim minus inter Christianos hic referendus est, quam si verè baptismi lauacro ablutus fuisset, sed paruulis tamen infansibus, & rationis expertibus hic baptismus communis non est, sed adultis dumtaxat, nam paruuli, qui neque intelligunt, neque sentiunt, fidei & charitatis vique incapaces sunt, à qua tamen fide, & charitate hic spiritus ducitur, quo inuilibiter alienius cor inungitur, baptismi opus efficiens, a sanguinis quidem baptismus etiam paruulis communis est, sanguinis enim baptismus dicitur, vbi quis ante baptismum ob Christi fidem mortem est perpeffus, vt primitijs illis martyrum sanctis infantibus, Innocentibus euenit, & cum mater plenum vtero, quod Christi fidem nollet eurare, euecta fuit.

Baptismus igitur fluminis, & sanguinis non minus paruulis, quam adultis conuenit, & fluminis quidem baptismus, vbi eis conferitur, quia ipsi adhuc loqui, vel credere nesciunt, alio proficiente sunt baptizandi, sicut etiam ægri, muti, & surdi, quorum vice alius profiteri debet, ac respondere, dum baptizantur. b. Sacrosancta etiam Synodus Tridentina de baptismo paruulorum infra scriptum canonem sanxit, eodem titulo Sessionis septimæ Canone, decimo tertio, & sequenti.

„ Si quis (inquit) paruulos dixerit, eo quod actum credendi non habent, suscipito baptismi inter fideles computandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis peruenierint, esse baptizandos, aut præstare, omitti eorum baptismi, quam eos non actu proprio credentes in sola fide ecclesiæ

baptizari, anathema sit, vel, qui dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo. Itè, si quis dixerit, huiusmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod parentum eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, &, vbi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad christianam vitam cogendos, nisi, vt ab Eucharistia, aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, anathema sit.

Hanc autem aquæ immersionem, vel infusionem, aut asperisionem, dum quis baptizatur, non satis fuerit, in qualibet corporis parte factam esse, sed caput ipsum, in quo omnes tam interiores, quam exteriores sensus vigent, potissimum abluendum est, at, si alia membra prius, quam caput ex vtero parturientis appareant, nec vllum mortis imminens metuat periculum, expectandum erit, quod caput ipsum educatur, nec ante proponendum, vt baptismus conferatur. Sed maxima pars fuit, an, si infans in vtero adhuc existentis pars aliqua extra vterum appareat, capite ipso latente possit illud, quod foris appareret, membrum imminente mortis periculo baptizari, tres enim hac in questione fuerunt sententiæ, nam alij opinati sunt, posse hoc in membro partum baptizari, nec, si vitus inde totus exeat, baptismum alium postea de fiderari, alij contra, baptizari non posse eum, qui totus editus non sit, cum homo dici non possit, qui perfecte natus non est, nec regenerari, qui nondum genitus fuit, alij verò, quod, si pars quidem hominis principalis edita sit, id est, caput, baptizari debet, nec baptismus iterandus est, at, si non caput ipsum, sed aliud membrum apparuerit, baptizandus est qui deus in eo membro edito, &, deccedens cum hoc baptismi sepeliendus est in cœmiterio, si autem vixerit, rebaptizandus est sub conditione illa, si non es baptizatus, Ego te baptizo, quæ fuit opinio multorum Theologorum,

a Abb. in ca. ij. de pres. non baptiz.

b ca. paruuli. dist. 4. de consecr.

c S. Tho. dist. 4. q. 6. primar. et i. Silue. et Ange. ver. baptismus. 4. c.

a S. Thom. distinctione quarta, sexta questione prima, articulo primo, questione prima, ad ver. Cardinal. in Clement. fidei, de summa trinitate, & fide cath. vbi etiam Ricard. & Landulph. Angel. ver. baptismus. 6. Siluest. eodem ver. quarta questione prima.
b c. qui in matris. de consecra. dist. in. 4.
c d. capitulo qui in matris. Syluest. & Ange. vbi supra.
d capi. primo. de baptismo.
e Syluest. ver. baptismus. prima questio. xi. Innocent. in d. capit. i. de baptis. post gloss. ibi. per text. in capit. regul. de consecratio. dist. in. Ebron. iiij. Ricard. in quarta distinctio. 3. artic. ij. questio. tertia. Angel. ver. baptismus. ij. in principio Catechismi. in hoc tit.
f S. Thom. in quarta distinctio. sexta. Siluest. ver. baptismus. prima questio. xi. & 3. q. 7. S. Bonaven. questio. 4. dist. in. 5. Scot. 4. dist. in. 6. Angel. ver. baptismus. ij. numero. 4.
g Ang. & Siluest. vbi supra.
h Angel. & Siluest. vbi supra.
i Ang. vbi supra. num. 6. Siluest. d. q. xi. nu. 4.
k Ang. vbi supra. nu. 7. Siluest. & Catechis. vbi supra.
l gloss. in capi. quodam. de consecratio. dist. in. 4. Ang. Siluest. Catechism. vbi supra.
m Sum. Navar. capit. 22. S. primo, in cap. de sacram. baptis. & cap. a quodam. de consecra. dist. 4.
n Inno. in capitulo primo. de baptism. Felyn. in c. que in ecclesiis. numero. 20. de constitutio.
o c. et iterum. vbi glo. de consecra. distinctio. 4.

e tris, & filij, & spiritus sancti. e sic, & si loco huius pronomini in singulari, voce plurium vtatur, dicens, nos te baptizamus, propter dignitatem forte baptizantis, non minus valebit baptismus, verum, si hoc plurium numero vtatur, vt plures esse baptizantes significet, nihil actum erit, nec baptismus tenebit. f Illud autem secundae personae pronomen. Te, nullo pacto praetermittendum est ab eo, qui recte, & rite baptizare velit, nisi forte loco pronomini proprium baptizati nomen exprimeret (puta) Ego te baptizo Petrum &c. quamuis enim omittendo praescriptam Ecclesiae formam peccaret, actus tamen ipse valeret, vel si plurium numero, Vos, vt dignitatem significaret, loco singularis exprimeret. g Verbum quoque illud, baptizo, non est alio verbo commutandum, nam, si loco ipsius, supponatur verbum, lino, irritus erit actus, quia hoc verbo non significatur ablucio, vt exigitur. h Item praepositio, In, omnia vitiat actum, quia sine illa significatio nulla, nec vllus sensus resultat, i Retinetur est etiam omnino, vox illa, Nominis singulariter prolata, qua significatur virtus, & inuocatio, & potestas Trinitatis, quae vna, & eadem est tribus personis, vnaque natura, & vna diuinitas. k Nec baptismi dicitur forma seruata, si dictum sit, In nomine Trinitatis, vel in nomine Iesu Christi, vel in nomine genitoris, & geniti, l aut saltem tatus erit, hunc de nouo baptizare, id tamen certum est, hunc sacerdotem, qui formam obseruare non curauerit, peccatum admittere, m potest tamen Pontif. Max. ex causa verborum baptismi formam mutare, puta, h vt dicitur, In nomine Trinitatis, n non tamen peccatum in baptismi forma dicitur, ita vt baptismus irritus fiat, & si quis male eruditus dixerit, Ego te baptizo, In nomine patriae, & filiae, & spiritus sanctae, quia syllabae vnius terminantis dictionem error contra malitiam admissus vitare non solet, o quamuis, si hoc modo baptizatus superauerit, baptismum iterari expediat, sub conditione, si baptizatus non est,

a est, A si vero ex ioco, f baptismus pariter esse creditur, licet peccatum incurrit, qui tam graui, & serio in negotio iocis non parit. At, f si malo ex proposito, & malitia solecisset, peccatum grauissimum committit, nec vllum sacramentum facit, vel ministrat. p Nec vitabitur baptismus, licet pro copula, & posita fuerit, copula que, hoc modo scilicet, In nomine patris, filij, & spiritus sancti, vel in nomine patris & filij spiritusque sancti, cum nulla sit inter has copulas differentia, sed pariter copulent, & coniungant, c nec sillabae, aut vocis vnius non inepta translatio, quae sensum & intellectum non mutet, vel confundat, sine fraude facta vitabitur, puta, si pronomine illud secundae personae. Te, ad finem omnium verborum, vel verbum baptizo, translatum sit, alijve similibus modis, quod factus est, &, vbi, vel sillabae, vel conualus ineptusque omnino, vel diuersus ex tali inuersione sensus redderetur, p Item, f si rusticus, vel mulier, alijve idiota, & penitus literarum ignarus vulgari idiomate, quo meliori modo sit, in casu necessitatis baptizans verba proferat, baptismus valet. r Vox autem illa hebraea: Amen. Fiduam plaudentis, letitiaeque affirmantis plena, qua orationes omnes ritu ecclesiastico ad caelites porrectae clauduntur, perficere solent, non creditur huius verborum formae necessaria, sed congrua quidem, & apta, quibus tamen in ecclesijs mos est, vt adijciatur, f omisso eius vitaret. r Alii tamen adiectio his verbis facta vitare poterit, si quis ea veluti ad formam pertinentem vtatur, at, si vel simplicitate, vel denotione, non vt nouum intoducat, formae huic aliquid adijciat, puta, si dicat, In nomine patris & filij, & spiritus sancti, & beate virginis Mariae, vel beati Ioannis Baptistae, aliudve etiam, quod malum sonet, modo baptizandi animum habet, neque hanc adiectionem ex forma esse credat, non vitabit actum, o nisi formam ipsam corrumpat, interpollatio autem actus, vel verborum baptismi, vel literarum & sillabarum transpositio leuis, & sine fraude facta

a Ang. vbi supra. questio. 15.
b Ang. & Siluest. vbi supra.
c Innocent. in dist. capitul. primo. de baptis. Angel. vbi supra. numero 11.
d San. Thom. vbi supra. Ange. vbi supra. numero. decimoquarto. Siluest. vbi supra. numero. 9.
e Richa. dist. 2. questio. 2. artic. 3. l. in. capit. cu. dilecti a col. 13. ad fin. nu. xi. de rescrip.
f Siluest. dic. ver. baptismus. i. questio. 3.
g Siluest. vbi supra. numero. 6. Angel. in si.
h non vitiat, magna vitiat, Contingere t quidem mutatio formae in baptismo sex modis solet, nempe, subrahendo, addendo, interponendo, verbu pro verbo ponendo, verba corrumpondo, & verba transponendo, vt ait praecitatus Ricardus adijciens, non esse de quolibet absolute respondendum. i
j In summa sciendum est, latinum hominem, forma latina, & Graecum forma graeca, & vnum quemque, ea lingua, quam optime intelligat, ac proferre sciat, in baptizando vni debere, vt peccatum euitet, quoniam etiam aliena lingua pronuntiatio facta non vitiet, si tamen graeco ritu latinus baptizauerit, non tenebit quod actum fuerit, f quamuis inter ipsos graecos ritus ille ab ecclesia feratur, At certe non dubium est, peccare eum, k qui Romanae ecclesiae ritu meliori & perfectiore, verbisque euangelicis magis consentaneo, inter Romanos posthabito graecorum morem sequutus sit. f Verba autem in baptismo voce exprimens da & proferenda sunt, nam sine vocis expressione actus irritus esset, l
m Minister tamen huius sacramenti prius est sacerdos, m ille nempe, cuius sub cura est is, qui baptizandus est, n non alius sacerdos, n quod f si clericus nondum sacerdotalem ordinem assecutus, cum sacerdotis copia non deesset, baptizare ausus fuerit, deponendus est, o episcopo tamen hoc munus in primis competere, satis notum est, cum hi Apostolorum vices referant, quibus a Domino praecipitum fuit, euntes baptizate, quamuis episcopi, ne grauiorem illam docendi populi curam deserere cogerentur, baptismi ministerium sacerdotibus relinquere

e Richa. dist. 2. questio. 2. artic. 3. l. in. capit. cu. dilecti a col. 13. ad fin. nu. xi. de rescrip.
f Siluest. dic. ver. baptismus. i. questio. 3.
g Siluest. vbi supra. numero. 6. Angel. in si.
h non vitiat, magna vitiat, Contingere t quidem mutatio formae in baptismo sex modis solet, nempe, subrahendo, addendo, interponendo, verbu pro verbo ponendo, verba corrumpondo, & verba transponendo, vt ait praecitatus Ricardus adijciens, non esse de quolibet absolute respondendum. i
j In summa sciendum est, latinum hominem, forma latina, & Graecum forma graeca, & vnum quemque, ea lingua, quam optime intelligat, ac proferre sciat, in baptizando vni debere, vt peccatum euitet, quoniam etiam aliena lingua pronuntiatio facta non vitiet, si tamen graeco ritu latinus baptizauerit, non tenebit quod actum fuerit, f quamuis inter ipsos graecos ritus ille ab ecclesia feratur, At certe non dubium est, peccare eum, k qui Romanae ecclesiae ritu meliori & perfectiore, verbisque euangelicis magis consentaneo, inter Romanos posthabito graecorum morem sequutus sit. f Verba autem in baptismo voce exprimens da & proferenda sunt, nam sine vocis expressione actus irritus esset, l
m Minister tamen huius sacramenti prius est sacerdos, m ille nempe, cuius sub cura est is, qui baptizandus est, n non alius sacerdos, n quod f si clericus nondum sacerdotalem ordinem assecutus, cum sacerdotis copia non deesset, baptizare ausus fuerit, deponendus est, o episcopo tamen hoc munus in primis competere, satis notum est, cum hi Apostolorum vices referant, quibus a Domino praecipitum fuit, euntes baptizate, quamuis episcopi, ne grauiorem illam docendi populi curam deserere cogerentur, baptismi ministerium sacerdotibus relinquere

n 16. question. prima. capi. interdiciamus, Siluest. persicubo baptismus. tertio.
o Siluest. ver. baptismus. 3.

59 quere soliti sint; Sed non minus tamē iure proprio hęc functionem sacerdotēs exercent, ita ut pręsente etiā Episcopo ministrare baptismum possint, ut subtiliter hęc Catechismus Romanus instruit, ex doctrina patrū, & vsu ecclesię, nam cum ad Eucharistiam conferendam (inquit) pręsbyteri instituti sint, quę Eucharistia est pacis, & vnitatis sacramentum, cōsentaneum fuit, potestatem his dare, omnia illa administrandi, per quę necessariū huius pacis, & vnitatis quilibet particeps fieri posset. ¶ Et, si quando patres sacerdotibus sine Episcopi venia baptizandi ius permissum non esse dixerunt, id de eo baptismo, qui certis anni diebus solenni cerimonia administrari consueverat, ut infra dicemus, intelligendum videtur.

60 Vbi ¶ autem sacerdotis copia haberi nō possit, ac necessitas urgeat, Diacono quoque huius sacramenti ministrandi ius, & fas erit, Diacono & presbitero deficientibus (subdiacono, post hos reliqui omnes ordines etiam infimi gradatim, ita, ut minorum ordinum clericus maiori semper deferat, ac cedat baptismum conferre poterunt, fac demum, si alius nemo adsit, laicus quoque admittetur, si nēquē masculus, sed & femina, si masculus cō necessitatis urgentis puncto nullus adsit, non aliās; ¶ Si tamen is, qui minor est, melius baptizandi ritum, & formam calleat, quā maior, & femina melius viro, illi utique munus hoc permittendum erit, quamuis minori, qui melius illud exercere didicerit, ¶ item minor potius admittendus erit, quā maior, qui pręcilius sit, ab ecclesia. b

66 Quinetiam ¶ hoc necessitatis puncto, Iudęus, & hęreticus, & paganus, aliusve infidelis baptizare potest, ¶ neque cessante necessitate erit ab his collatus baptismus repetendus, modō forma debita, materia, & intentione sint vsi. ¶ Item non minus gratiam confert hoc sacramentum etiam ā malo ministro collatum, quā ab optimo quoque & sanctissimo homine, c (quamuis ¶ minister ipse, qui in malis moribus volutus baptismum nulla coactus necessitate ministrare non formi-

dat, graue crimen incurrat), quia sacramentum hoc non dignitate ministris, sed virtute verbi diuini, & spiritus sancti constat. d Unde etiam fit, pręstare, sacramentum ā malo sacerdote, quā ā bono laico ministrari. e

70 Neque dictū ¶ incredibile hoc tibi videatur, quōd possit quis ā Christiana religione abhorrens propositum idem, quod ecclesia habet, in conferendo baptismo, quod inane opinatur, habere, neque hoc sensui repugnat, cum satis sit, ipsius propositum esse, facere, quod ecclesia facit, licet ecclesiam actum irritum facere existimet, quum re vera actum validum & efficacem gerat ecclesia, quamuis ille infidelis hoc non credat, ¶ ynde & eadem sacrosancta Synodus Tridentina anathemate percutit eos, qui dicere audent, baptismum, qui etiam datur ab hęreticis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, qui in re Catechismus Romanus summam Domini nostri bonitatem, & sapientiam admiratur, dum sacramenti huius necessitatem adiunxerat materię, & ministri tam largus liberalisq; fuit, ut non contentus aquam pro materię prębere, qua nihil magis commune esse potest, neminem pręterea voluit ab eius administratione, excludere, ¶ quamuis non omnibus liceat, solennes ceremonias adhibere, non quidem, quōd ritus, aut ceremonie plus dignitatis, sed quōd minus necessitatis, quā sacramentum habeant.

72 Angelum ¶ autem lucis, & sanctum hominem, qui iam militia hęc emeritus, in patria sit receptus, baptismi gratiam & sacramentum conferre posse, ex hoc credibile est, quia non nisi mandato diuino hoc eos facere pręstitur, ¶ quamuis alioqui munus hoc neque Angeli, neque cęlestis alicuius, sed hominis proprium sit, ¶ quapropter Angelus malus nunquam baptizare creditur posse, eo quia nec ipse hoc officium est, nec diuino mandato hoc exequi, verisimile est, nec intentionem habere id faciendi, quod ecclesia ipsa facit, dum sacramentū hoc confert, in dō per dendi, & fraudandi.

77 Quęsitum vidi in facto an ¶ vnus possit plures simul & semel baptizare, quā quęstionem sic dirimit D. Thomias, posse urgente necessitate plures aqua aspergi, his verbis prolatis scilicet, ego vos baptizo &c. nam pluribus numeris in plures singulares soluetur, ac si dixisset. Ego baptizo te & te, qui baptizandi forma vltim Principem Apostolorum verisimile est, cum tria hominū millia vna & eadem asperione baptizauit, nulla autem cogente & eodem actū simul & semel baptizari, sed singulis sunt singuli baptismi sui cuiusquę forma verē, & re ipsa conferendi. a

78 Contra ¶ verō plures vnum baptizare non possunt ita, ut actus veluti multiplicatus pluribus perfectē tribuatur, quōd contingeret; ¶ si numero plurium dicentes, baptizamus, vteretur, quōd si casus contingeret, eorum, qui adsunt, operam & ministerium suum postulante necessitate baptizandō allatur, neminem solum posse hoc sacramentum explere, quia fortē ex duobus alter esset manibus mancus, ita quōd aquam ministrare non posset; alter mittus, quare verba proferre non valeret, sic posse baptismum ab his duobus cōferri ait Petrus Paludatus ā Siluestro citatus; & probatus, ut multis aquam infundat, aspergat, vel baptizandum immergat, cum alter manibus ceteris hoc officii pręstare non valeat, verum quia is, qui aquam pręberet, & non potest, ille mancus huiusmodi verba pronuntiet, nempe, baptizetur seruus Christi &c. vel iste rebaptizatur in nomine patris &c. quę sententiā tamē benignior, & salubrior videatur, sententiā tamen D. Thomę, Raynerij, & Hostienis, vti verior amplectenda est, qui dixerunt, non posse hoc modo baptismum conferri, eo quod ab vno conferri non ā pluribus debet baptismus, at in specie hęc neuter eorum dicitur totum, sed partem actus facere, neque satis rectē probari puto, quod aiunt Paludatus & Siluester dum rationem prędicam D. Thomę sic diluere conantur dicentes, in sacramento necessario, qualis est baptismus, necessarium esse, actum perfectum,

et ab vno & eodem agi, vbi aliud necessitas suadeat, cum hoc in sacramento vnitas ministri ex substantia nō sit, hoc enim non conceditur, cum (ut in fra dicemus) vnus Christi nomine, & persona ministretur: Muldō igitur minus admittendum erit, ut hi, qui sic vires suas, quas possunt, baptismū pro se quisquē impertiantur, plurium numero vtiuntur, dicentes, baptizamus, quia & hi proculdubio actum irritū facerent, ¶ nullo pacto enim hoc admittitur, ut baptizandi actus tribui pluribus queat; cum vice Christi domini nostri hoc misterium impleatur cuius nomine homo agit, Christus autem vnus est, non plures, quare & ministerium eius vnum in hoc sacramento exhibendo esse oportet. ¶ Si verō, dum plures simul immergunt, verba pariter proferant, dicentes, ego te baptizo; in numero singulari, baptismus censetur; quia vnā personam Christi referunt. c

83 Illud, constat ¶ neminem, etiam in mortis constitutum articulo scriptum baptizare posse, cum natura impossibile sit, quęmpiam se ipsam generare; ac baptismus, ut supra diximus, sit regeneratio in verbo. ¶ Verū, si quis hominem non habens, qui se in piscinam mittat, magno baptismi desiderio flagrans se ipsum baptizet in ore omnis impatiens, mox ē vita eximat, saluus utiq; futurus esse creditur, quod tamen non tam ablutioni sibi met susceptę quā fidei, flammę, & spiritui tribuendum est, nam flammę potius, quā fluminis hic baptismus videtur, & ā virtute, non ab actu vim sumere. d

85 Quicumque ¶ autem presbiter, vel pro intentione iuneris, aliave excusatione commendatum sibi agrum baptizare neglexerit, ad eō vti sine baptismo ē vita decesserit, deponendus est, siue in provincia propria, siue in aliena, siue vbi cūq; inuentus fuerit, in hoc deliquisse. e

Sed & alius pręter istum adhiberi solet huic sacramento baptismi ex antiquo ritu probato ecclesię minister, nam, qui baptismi gratia vitam spiritualem viuere incipiunt, alicuius fidei & prudentię nunquam pedagogo sūt com-

a. c. in necessitate dist. 4. de consecrat. siluest. & Catechis. vbi sit.

b. Siluest. & Catechism. vbi sup.

c. d. ca. in necessitate, cum seq. c. secundū ecclesiam. dist. xi.

d. d. c. si inter bonos, & c. in necessitate cū seq. dist. 4. de consecrat. ca. secundū ecclesiam. dist. xi. cap. pręter hoc. §. ad hoc dist. 3. 2.

e. Landulf. di. 5. quest. 2. in 4. Angol. in ver. baptismus. 5. nu. 9.

f. Silu. vbi su.

g. Siluest. & Ang. vbi sup.

a. S. Thom. in 3. part. vbi & Petr. Paludat. Siluest. ver. baptismus 3. quest. 9. nu. 9.

b. Siluest. vbi supra.

c. Siluest. vbi supra.

d. c. debitum; cod. tit. Siluest. ver. baptismus. 3.

e. c. quicumque prębiter. de consecr. dist. 4.

Quę

committendi, à quo Christianæ religionis præcepta haurire, & ad omnem pietatis rationem institui possunt, idcirco adsumuntur patini, quos & sponsores, & susceptores, & fideiuflores diuinarum rerum scriptores appellare solent; † Sed hi tamen ex necessitate sacramenti non sunt, a vnus autem tantum seu vir seu mulier ad mitti ad hoc opus debet, a quod cum male ante Concilium Trident. seruaretur, ipso Concilio cautum est, ne plures ad leuandum aliquem de sacro fonte admittantur, quam vir vnus, & vna mulier, † cum quia disciplina, & institutionis ordo à multitudine magistrorum perturbari poterat, tū, quia prouidere oportebat, ne inter plures huiusmodi affinitates coniungerentur, quæ impediunt, quominus legitime matrimonij vinculo, hominum inter homines societas latius diffunderetur vt docet Catechismus, † verum cum dubitari conuigisset, an mulieris loco accipi alter vir posset, ita vt duo viri sine aliqua muliere baptizati de sacro fonte suscipere possent, amplissimi patres concilij eiusdem interpretes declarauerunt, non posse Concilij verba aliter, quam expressa inueniuntur, interpretari, ideoque duos viros etiam muliere nulla adhibita intercedere non posse.

86 Ad hoc verò ministerium sponsores, vel susceptores admitti neminè fas censeatur, qui orationem dominicam, & symbolum Apostolorum non teneat, quo pacto enim curæ suæ creditū instruet, qui instructus non fuerit? e. a. q. 7. c. a. non licet. de consecrat. dist. 4.

87 In multo maius ille, qui baptizatus non fuit, etiam quod nullus alius adsit, cum nulla necessitas hoc desideret. d. Non solent etiam Pater, & mater, † nec religiosi viri in hoc intercedere, nam Pater, & mater hoc filiorum educandorum, & Christianis moribus instituendorum officio iam adstricti sunt, quibus alius coadiutor sanctus est, Religiosi verò propter religionis obligationem huic muneri (vt patet esse) vacare non possunt.

88 Baptizari tamen possunt omnes cuiuscumque ætatis sint, etiam modò, & mox nati, vt supra diximus, † nam licet alioqui, non nisi per charitatem

& in charitate crimina dimittantur, parvuli autem, qui nec sentiunt, nec consentiunt, charitatem habere non possunt, quæ sentientibus, & consentientibus tantum infunditur, & licet parvuli credere non possint, hi tamen etiam, sine charitate, & fide baptizari, & peccati originarij veniam per baptismum accipere possunt, in his enim duntaxat charitas, & fides, ad baptismum, & peccatorum remissionem desideratur, in quibus cadere esse possunt, in adultis scilicet.

97 Amentes tamen, & dormientes adulti non sunt baptismi capaces, neque peccati actu perpetratum baptismum tolli potest, cum his consensus desit, unde nec pariter, ne actus imperfectus fiat, originarij peccatum auferretur, nec characterem baptismi accipient, nisi forte & ante somnum vel amentiam baptismum cupidos ostendissent, † vel amentes à natiuitate essent, de his enim idem est iudicium, quod de pueris faciendum, vt ait D. Thom. Inuita verò baptismus non datur, vbi aliquo modo vim euitare non potuerunt.

100 Baptismus † differendus non est ultra octo dies post natiuitatis diem inter Christianos, † sed quotiescumque mortis imminet timor, qui baptizatus habitus non fuit, baptizandus est quocumque loco, vel momento, vbicumque euenierit.

102 Sed † baptismus solennis duobus temporibus præsertim fieri olim consueuerat, nempe in paschatis, & Penthecostes tempore, isque ab episcopis tantum fiebat.

103 Iudæi autem, quia eorum perfidia frequentè ad vomitum redit, olim, si ad leges Catholicas redire volebant, ex concilio Agathensi octo menses intra Catechumenos ecclesiæ limen introire debeant, & si pura fide venisse noscebantur, tunc demum baptismi gratiam mercebantur, casu autem aliquo certum periculum mortis intra præscriptum tempus minitante baptizati poterant.

Sed postea Gregorius, ne forte euenire posset, longam dilationem, retro animos Iudæorum reuocare, constituit, vt poenitentia, & abstinentia quadraginta

ginta dierum inducta, aut de dominica, aut, si celeberrima festiuitas occurreret, baptizari possint, hinc, si quispiam Iudæus baptismum hoc termino prius sibi non statuto surripiat, in fraudem id facere præsumi Decius ex facto consulti respondit. Quod magna cum religione seruatur, statuit etiam Clemens Quintus, † ne quis in aula vel cameris, aut alijs priuatis domibus, sed duntaxat, in ecclesijs, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos exceptis regum, vel principum filijs baptizare audeat, nisi, vel imminens mortis periculum, vel mala tempestatis tempestas, & cæli inclementia puta epidemia, vel hostium obsidentium metus impediatur, ad ecclesiam accedere, qui autem contra fecerit, baptizando vel presentiam suam consulo interponendo, is Episcopi sui arbitrio plectendus est, quamuis non minus credatur baptismus ita collatus tenere, cum nec materia, nec forma, neque intentio desint.

106 Quisquis tamen presbiter fontem lapideum habere nequieuerit, vas saltem conueniens ad baptizandi officium habere debet, quod extra Ecclesiam non deportetur.

Baptismi vis, opus, & effectus tanta sunt, quanta ex sacramento à D. N. I. E. S. U. C. H. R. I. S. T. O suis cultoribus elargito sperari æquum est, namque in primis, quod maximum est, omnesque omnium rerum utilitates superat, peccati labem ex origine contractam abstergit, ac delet, a quo propter perquam baptismi transitus est de terrenis ad cælestia, de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem, a † neque peccata solum in quibus nati sumus, sed etiam illa, quæ nos ipsi commissimus, idem nos eorum poeniteat, emundat, quamuis originarij peccati emundandæ causa, imitatus primùm fuerit, cæcæ omnem pro peccatis debitam poenam condonat, quæ vitam æternam adiunget, vel suspendere possit, † ad eundem, vt nec satisfactio vlla erga Deum, sed tantum erga proximum, † exponatur, † poenam tamen temporariam à legibus seculi impositam ne credas baptismum remitti, quapropter nec futurum

ti, nec homicidij, neque adulterij, neque alterius flagitij poenam quis baptismo postea suscepto euitabit, & ex communi doctorum sententia, quamuis & multi baptismum ab his quoque poenis eximere opinentur, quæ republice debentur, licet parti lesa debitum auferre non possit, † superior tamen sententia in Catechismo Romano probata est, † licet moueat, imaginem pietatis, & religionis laudem assecuturos principes, qui etiam huiusmodi poenas in baptismi gratiam condonarent, quod illustrior in sacramentis Dei gloria reddatur.

113 Quod si forte aliquis baptismum accipere in nouissimos dies suos hoc actu differat, vt totius ætatis suæ peccata postmodum vno baptismi actu deleatur, & ea forte spe fretus multa peccata admisit, is creditur gratia vacuus in die extremo discedere, cum Deus, non vt multiplicentur, sed, vt soluantur peccata, baptismi donum elargitus fuerit, nec propterea peccandi licentiam dedisse videtur, licet dimittendis peccatis iam aperuerit.

114 Imò, si superuixerit is, qui in adultam ætatem sacri baptismi accipere munus distulit, soloque mortis metu eundem petijt, irregularis efficitur, & promoueri non poterit, quod non præsumatur verè poenitens, qui tantum usque in extremum necessitatis casum, procrastinauit, nec peccata illi censentur remissa, qui non volens sed ductus necessitate baptismum accepit, † (vbi tamen vitæ sequentis sanctitate admissam in ea tarditate culpâ purgasset, clericorumve penuria esset, promoueri non impediretur, †) neque tamen baptismus hanc irregularitatem tollit, non quidem ea ratio ne, quod non possit eodem tempore nasci, & tolli irregularitas, vt Borgasius opinatus est, nec quia eadem res non possit duo contraria efficere, quæ doquidem, non baptismus hoc causatus est, neque ille temporis prædicti, quo baptizatus est, sed longa contractio antea commissa, absurdum est, n. credere in tanta temporis mora numquam fuisse inductam irregularitatem, sed demum tunc, cum baptizatus fuit, verior igitur ratio erit, non posse auxilium

a cap. firmissime. ca. non potest. de consecrat. dist. 4.

b c. per aquam. ead. dist. 4. tit.

c c. regneran te. ubi gl. ver. originalium. ead. dist. 4. tit.

d c. sine poenitentia ubi gloria. dist. 4. tit.

e Ab. & ... nan. in cap. e his. de accusat. ver. secundum de limitatio. glo. timor. tit. but. Ab. in c. gaudemus de dinor. Dec. 1. col. 4.

f Imol. in d. c. gaudemus. te. lyn. in d. c. a. de his. col. 2. uer. secundo fallit.

g cap. quando quis dist. 4.

h c. nullus. de poenit. dist. 7. c. unico. ubi gl. dist. 57.

i Borgas. par. 5. tit. de differrentibus ex in tit. irregular. impedi. promo. ne. num. 3. baptizari numer. secundo.

116 **x**ilium inde peti contra quod peccatū est. Conferret quoque characterem, (vt diximus) baptismus, & gratiam, qua gratia Dei nō solum iustificamur ad remissionem peccatorum, quæ iā commissa fuerunt, sed etiam adiuuamur, ne deinceps in alia peccata labamur, a ita quidem adiuuamur illa, vt ope eius fulti & sustentati casum vitentur, nedum nobis aperitur mandatorum intellectus, vt sciamus quid appetere, quid vitare debeamus. b Imō, ¶ & si quis verē baptismum nunquā accepit, sed credebatur tamen se baptizatum fuisse & more christianorū omnium vitam semper traduxerit, is veluti baptizatus verē, non minus gratiam sacramenti accipiet, quā ille, qui flammis baptismi auctus fuit, ¶ sed ecclesiastici tamen ordines ei collati vim suam non habebunt, nec, si ad sacerdotalem ordinem euectus fuerit, characterem accipiet, nec sanctissimū Eucharistia sacramentum conficiet, quamuis sibi & ceteris in eadem bona fide existētib; prodesse possit, nā, dum ille conficere se opinatur, & illi tamquam verū sacramentum adorant, merito non carent, c dixit etiam Borgasius in titulo de presbitero non baptizato, non posse Pontificem Maxim. efficere, vt non baptizatus conficiat corpus CHRISTI, nec, quod recipiat, vel retineat ordinū characterē, quia vbi non est baptismus, ibi nec fides, nec sacramentum esse potest.

121 Infamiam quoque omnem a delicto causatam abholere baptismus potest, & omnem peccati sequelam. d

122 Item ¶ & tollit irregularitatem omnē, quæ ex peccato oritur, etiam ab homicidio causatam, non eam tamē, quæ ex sacramenti defectu procedit, ¶ quare nec bigamus potest post baptismum promoueri, ¶ nec corrupta velari, neque natalium defectus remoueri. e

123 Existebant etiam nonnulli, qui longē plura baptismi tribuebant, sed nec eos, neque eorum dicta recitare hic opera peccatum esse existimo, quia explosi reiectique sunt, & satis fuerit, Concilij Tridentini canones ad confutationem harum opinionum editos in Sessio. ne septima recensere, sic nempe cautū

124 **x**ll. canone sexto, vt, ¶ si quis dixerit,

116 baptizatum non posse, etiam si velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nollet credere, anathema sit, & canone octauo & sequentibus.

126 ¶ Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta, vel tradita sūt, ita, vt ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint. ¶ Et, si quis dixerit, ita reuocandos esse homines ad baptismi suscepi memoriam, vt uota omnia, quæ post baptismū sunt, vi promissionis in baptismi ipso iam factæ irrita esse intelligant, quæ per ea, & fidei, quam professi sunt, detrahatur, & ipsi baptismi. ¶ Item, si quis dixerit, peccata omnia, quæ post baptismum sunt, sola recordatione, & fide suscepti baptismi, vel dimitti vel venialia fieri, anathema sit.

129 Sciendum est etiam, ¶ eos, qui baptizantur, nedum fidei ipsius, quam professi fuerunt, obseruationi, sed vniuersæ legis CHRISTI esse debitores, cuius contrarium allerentes excommunicantur eodem concilio Sessio. septima canone item septimo.

130 Ant̄ verō Iudæorum filij paruuli post parentibus eorum inuitis, & reluctantibus baptizari, magna fuit altercatio, si quidem Scorus & multi alij hanc potestatem principibus, dominis quoque ipsorum esse contendunt, paruulos etiam ex complexibus Iudæorum parentum auellendi, vt baptismi sacri ablutione eos seruent, quod maior sit Dei, quam parentum in paruulos potestas, sed Diuus Thomas in tertia parte summa, quæstione octaua supra sexagesimam, articulo decimo nequam assentitur, vt puerulus expertis rationis & liberi arbitrij, sub cura parentum existens, quamdiu iudicio caret, inuitis parentibus baptizetur, ¶ non minus contra naturalem iustitiā esset, quā si quis integro iudicio ad baptismum inuitis cogeretur, & quia metuendum esset, ne pubes factus baptismum collatum fastidiret propter naturalem affectum, quo parentes prosequeretur, qui verō sunt iam rationis capaces, cum suæ potestatis esse incipiant in his, quæ ius diuinum spectat, ideoque possint etiam inuitis parentibus

a ea placuit, vnde dicitur, & tit. 117

b c. quilibet dixerit, de cōsecrat, dist. 4.

a c. 2. ubi gl. et doc. de cler. non baptiz. missa. Borgas. part. 5. titu. de presbit. non baptiz. in fi.

d gl. d. ca. sine penitentia. Angel. & Siluest. ver. baptismus. 7.

e Angel. ver. baptismus. 7.

f Io. Andr. in in ca. sicut. de iudais. Ar. chid. in c. qui Synodo di. 45.

117 tibus baptismum suscipere, si velint, moneri, & in induci possunt, vt baptismum accipiant, sed Diuus Bonauerura in quarta distinctione, quarto articulo, secunda quæstione prima secutus Alexandrum Halensem in quarta parte, quæstione decima octaua, membro primo, ait, coactione ineluctabili coactum characterem nullum sacramenti accipere, sed vi quadam verborum, & metu inductum, qui ne flagellis cedatur, baptizari se potius consentit, quamuis nullam sacramento fidē, habeat, nec gratiam ex eo manantem assequi curet, aut vllā manare credat, sacramentum accipere, nec posse non baptizatum dici, cum voluntas nō ab sit omnino. Sicut sententiā sequitur,

131 Angelus Clausenus, a & Cardinalis Aræceoli, sed tamen Diui Thomæ sententiā magis videtur, vsu ipso recepta,

132 ¶ quod nullam gentium videamus (cum sciam) Principes, vel dominos locorum quantumuis magna, & soluta potestate, & autoritate præditos, solere inuitis parentibus Iudæis eorū filij baptismum, vt regenerentur, cogere, vel moliri, b Minus ¶ etiam cogentur ad hoc augere, nisi forrē via quadam indirecta, videlicet, onerum insolitorum, & tributorum impositione, alij se similibus modis c (puta) adimentis eis omnem Christianorum, eouersationem, commercium, & omnia obsequia, quod a Paulo Quarto, & Pio Quinto Romæ ex parte factum meminimus.

Baptismi ritus, & ceremoniæ ad tria capita rediguntur, quorum primum ad illas ceremonias pertinet, quæ præmittuntur, antequā accedatur ad fontem baptismi, alterum earum, quæ, cū ad ipsum fontem ventum est, adhibentur, tertium earum, quæ peracto iam baptismi addi solent. In primis enim aquæ parandæ causa, qua ad baptismum est vrendū, consecratur baptismi fons addito mysticæ vñctionis oleo, quod vigilijs Paschæ, et Penthecostes fieri solet, hinc, qui Christianæ religioni sunt nomen daturū ad ecclesiæ fores si stantur, nec prius ecclesiā ingredi, aut importari conceduntur, quā turpissimum satanæ imperij iugū excus-

serint, extra ecclesiam igitur ante fores sacerdos ab eo scrutatur, quidnā ab ecclesia petat, quo, vel sponse ipsius respondente, se velle Christianum effici, tunc Catechismo in doctrina Christianæ fidei instruitur, singulisque interrogationibus ipse, vel, si in fans sit, nomine ipsius sponsor respondere, postea sacris & religiosis exorcismi verbis ea precationibus Diabolus ab eo corpore expellitur, & sal ori eius inferitur vt à putredine peccatorum seruari eū, & honorum operū sapore conditi eū significetur. Ob signantur præterea cū gno crucis frons, oculi, pectus, humeri, aures, vt mysterio baptismi aperiantur, & roborentur ad Deum excipiendum, præceptaque eius intelligenda, & seruanda, Nares, & aures salina liniuntur moxque ad baptismi fontem mittitur, Cæci illius euangelici exemplo, qui iustus à Domino oculos luto illitos aqua filios abluere lumen recepit, Ad baptismi fontem sacerdos concepit verbis baptizadū ter iterrogat, num satanæ renuntiet, ac omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius, & post trinam pariter ipsius, vel patris responsonem, vbi sit in fans, se renuntiare declarat, postea de singulis apostolicis Symboli articulis, an sigillatim credat interrogatus, vbi se credere fuerit professus, demum interrogatur, an baptizari velit, quo quidem perse, vel eius nomine, si infans sit, patris annuente, statim, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti salutari aqua cum abluit, post hæc sacerdos summum baptizati verticem chrismate perungit, Induit postea sacerdos baptizatum veste alba, seu loco vestis, albo sudario lo cum tegit, si infans sit, quo vel resurrectionis gloria ad aquam per baptismū nascimur, vel nitore, & pulchritudo significetur, qua dilutis peccatorum maculis anima in baptismi ornatur, Item innocentiæ, atq; integritatis, quam in omni vita baptizatus seruare debet; Deinde cereus ardens in manum traditur, qui ostendit fidem charitate inflamatam, quam in baptismi accepit, bonorum operum studio alendam, atq; augendam esse; Ad extremum nomen baptizato imponitur, quod ab aliquo sumendum est, qui propter excellentem

a Ang. ver. baptismus. 6. nu. 11.

b Fely. in c. sicut. de iudais.

c Ang. ubi supra. nu. 12.

a. c. ij. de apof. c. non licet. c. qui bis. ca. eos quos. de consecra. dist. 4.

b. d. c. ij. de ap. post.

c. l. i. c. ij. c. ne sanctum baptis. iter.

d. ca. ij. de baptis.

e. e. parulos; c. placuit. de consec. dist. 4.

f. c. presbyteri s. quid ergo. ad si. dist. 68. gloss. in d. c. ij. ver. rebaptiz.

tem animi pietatem, & religionem in sanctorum numerum sit relatus, quo & nominis similitudine ad virtutis, & sanctitatis imitationem excitetur, eius que patrocinio implorato ad salutem animi, & corporis adiuvetur. Gentiliū vero nomina christianis imponi sanè impium, & à christiana religione alienum videtur, quæ omnia Catechismi ordinem imitati sic perstrinximus.

134 Baptismi sacramentum, cum (vt diximus) characterem animæ imprimat, iterandum non est, ne frustra gratia primo loco data, aut satis fuisse non videatur, & cum in baptismo Christi mors, & sepultura significetur, ac referatur, a postolo quidem dicente, Consepulti enim sumus cum illo, per baptismum in mortem, Christus vero semel mortuus est, & sepultus, hinc si quis baptismum bis acciperet, significare Christum bis mortuum videretur, adde etiam, quod cum baptismus sit quadam spiritualis regeneratio, consequens est, vt quemadmodum naturalis virtute semel tantum generamur, & in lucem edimur, cum reperi vterus non possit, sic & vna sit spiritualis generatio, vt ait Catechismus. Qui igitur sciens baptismum iam semel baptizato contulerit, vel, qui cum baptizatum se non ignoraret, baptismum iterari fecerit, is, vt olim quoque dictum est, Irregularitatem incurrit, vbi imò, & 138 legibus Casareis acerrime vindicatur, cum episcopi aliquem bis baptizatos sacerdotio priuentur, & ipsi baptizati capite mulcentur.

Quinque sacros. Synodus Triden. Canone 1. eiusdem tituli Sess. 7. sanxit, vt, si quis dixerit, verum, & rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negauerit, cum ad penitentiam conuerterit, anathema sit.

139 Quod si dubitetur, an quis baptizatus sit, vel ne, vt in expositis infantibus sæpe euenire solet, & his, qui ex barbarorum prouincijs ad nos allati sunt, poterit ei baptismus hæc verborum forma conferri, videlicet, si baptizatus es, te non rebaptizo, sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, b. Catechismi autem testibus constare oportet, aliquem esse baptizatum, vbi ipse per ætatem idoneus non est, de traditis sibi sacramentis respondere, nec permittendum, vt scrupulosa, nimisque trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione primari, si si baptizatus iam alia vice fuisset, licet nullà de hoc testimonium esset, baptismum posteriore nihil prioris accessionis fieret, neque alius character. denuò imprimeret, & hæc tamen baptizandi forma sub conditione, si si baptizatus non est, vt quis non debet, nisi prius diligenter examinatione facta, dubium adhuc restet, an baptismum susceperit, vel an ritè susceperit, vt catechismus ipso edocemur qui etiam Catechismus instruit, si si debita materia quidem & forma in baptizando seruata sit, reliquæ autem ceremoniæ omisissæ, quod semel actum fuit, repetendum non est, nisi sacrilegium committere, & notam irregularitatis incurrere velit, quod verò omisissum fuerit suppleendum erit.

Non promittendum est, an hunc baptismum Christi, de quo egimus, & vtimur, fuisse baptismum Ioannis, quod hic Christi baptismus significatur, & populus ad ipsum baptismum Christi preparabat, & quo baptismum Christi manifestatus est, & nostri baptismi consecrata materia fuit. aqua, dicitur e contra mundissimæ carnis Do. vim regenerandi accepit, ex quo pariter baptismum Iudæi sensim à circumcissionis consuetudine reuocari ceperunt, vt Cardinalis Aræceli, cap. 8. de sacramento baptismi, hæc disertè edidit. si si eius baptismi hæc fuit forma, vt plerique putant. Ego te baptizo, in nomine, i. in fide venturi, alij verò nulli verborum formæ adstrinxisse Ioannem se existimant, vt Cardinalis Aræceli, in cap. 7. eiusdem tituli de sacramento baptismi, alijs vocatis sacros. Theologiæ optimis auctoris tradit.

140 Quod autem hoc Ioannis baptismum ablutum fuerant, baptismum Christi nihilominus baptizandi erant, tamen si trinitate fidem haberet, nec totam in eo baptismum Ioannis spem suam locaret, sed ad baptismum Christi eam referrent, illo enim baptismum gratia non conferebatur, cum esset tantum preparatio (vt diximus) ad baptismum Christi.

141 142 143 144 145 146 147

SVMMARERVM.

148 quare nec ad salutem sufficiebat, que fuit ferè omnium, aut certe plurimorum Theologorum sententia, nempe Diui Thomæ, Diui Bonauenturæ, Scoti, Petri de Palude, & aliorum sententia, quamuis aliud Petro Lombardo magistro sententiarum visum fuit, qui bulldam rationibus, quas Cardinalis Aræceli in dicto capite octauo alijs relatis non inutilibus argumētis refellit, non admittens ipsius Petri distinctionem, an baptizati à Ioanne trinitatis si dem haberent, & se ad Christi venturi baptismum referrent, an secus, vt priores alio Christi baptismum non egerent, posteriores autem egerent, vtrolque enim pariter baptismum Christi indiguisse ait, quod ex Augustino in suo Enchiridio non obscure colligitur relato à Gratiano in titulo de consecratione capite, non regenerabantur, his verbis. i. non regenerabantur, vel renascebantur, qui baptizabantur baptismum Ioannis, sed quodam precurso illius ministerio, qui dicebat, Pateat via domino Christo, in quo solo renasci poterant, qui parabantur, huius enim baptismi est, non in aqua tantum, vt fuit Ioannis, verum etiam in spiritu sancto, vt de illo regeneraretur, si quis in Christo crederet, vnde & sacrosancta Synodus Tridentina Canone primo, de baptismum, Sessio. septimæ sic ait. Si quis dixerit, baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismum Christi anathema sit.

- 1 Confirmationis diffinitiones plures.
- 2 Confirmatio cur sic appelletur.
- 3 Chrisma cur appelletur.
- 4 Chrisma à quibus sic appelletur.
- 5 Forma confirmationis que sit.
- 6 Materia que sit confirmationis.
- 7 Chrisma an sit de substantia confirmationis.
- 8 Olei unctio necessaria est in confirmatione.
- 9 Episcopus est minister confirmationis solus.
- 10 Pontifex Max. an possit delegare potestatem confirmandi alijs, quam episc. .
- 11 Episcopus conferens confirmationem debet esse ieiunus.
- 12 Patrinus in confirmatione interuenire debet, & quare.
- 13 Patrinus vnus tantum interuenire debet.
- 14 Patrinus debet esse baptizatus, & confirmatus.
- 15 Patrinus in confirmatione esse potest, qui fuit in baptismo.
- 16 Qua ætate quis sit confirmandus.
- 17 Confirmati cur percutiantur alapa.
- 18 Confirmandi penitentes & confessi debent esse.
- 19 Item decet eos esse ieiunus.
- 20 Confirmationis faciendæ quod tempus.
- 21 Confirmationis locus.
- 22 Confirmationis effectus.
- 23 Confirmationem contemnens mortaliter peccat.
- 24 Concilij Trid. canones de confirmatione.
- 25 Confirmationis sacramentum iterari non debet.

DE SACRAMENTO Confirmationis.

Tit. III.

EPI T O M E.

Sacramentum confirmationis diffinitur, ac quæ sit eius forma, materia, & minister edocetur, & per consequens, an Pontifex Max. hanc potestatem alij, quam episcopo dare possit, & qualis esse patrinus debeat, qua ætate confirmari quis debeat, quo tempore, & loco, & qui sint confirmationis effectus, cum decretis Triden. Concilij.

QUEMADMODUM (vt diximus supra) baptismi sacramento renascimur, sic oportebat, aliquo nos alio sacramento augeti, & roborari, quod quidem ipso sacros. confirmationis sacramento efficitur, a est enim confirmatio, de qua nos in presentia agimus, sacramentum, quod ab episcopo cum certa verborum forma olei sancti chrismatibus lenitione, & signi crucis additione homini baptizato maiori in fante datur, gratiam, & robur animæ conferens, & in gratia accepta confirmas, & seu, vt Scotus diffinit, est unctio hominis viatoris aliquo modo consentientis.

a. c. mi. s. per frontis. de sacra mēt.

a c. nouissime, de consec. dist. 5.

b c. i. de sacramen. non itera. vbi dist.

b Cateran. sup. q. 72. par. 3. art. 2. S. Thom. Car. A. r. e. c. l. i. n. s. i. T. heol. o. g. in hoc ti. c. 19 in s. Coaru. li. 2. ca. 3. variat. resol.

d Paludat. & Duare. in d. q. 2. art. 2. Cardi. Turrecrem. in c. nouissime. de consec. dist. 5.

e d. ca. i. de sacra. non itera. Coaru. vbi supra. nu. 4. ver. quamobrem mihi. Card. A. r. e. c. l. i. n. s. i. in tit. de confirm.

f c. man. quoque. de consec. di. 4. c. si iuber. 26. q. 6. c. i. 8. per frontis. de sac. vnc. c. qua. do. de consec.

g gl. in d. c. man. quoque. ver. irritum. vbi Turrecrem. doc. in d. c. x. nu. 2. variat. resol. sil. ver. confirmatio.

h c. peruenit. vbi gl. dist. 95

tis, vel libero arbitrio numquam vsui, facta in fronte in figura crucis cum chrismate sanctificato, à ministro idoneo simul cum intentione debita inungente, & certa verba proferente significans efficaciter ex institutione diuina, ac conferens sicut alia sacramenta vnctione animæ per gratiam robotantem ad confirmandum cum constantia fidem Christi. † Confirmationis autem sacramentum appellatur, quia (vt diximus) fidem & Dei gratiam in nobis, & nos in fide patret, & gratia confirmat, sicque hæc nominatio effectum, & opus ipsum spectat, † apud vulgares autem chrisma appellari consuevit à materia chrismatis sacri, quod in hoc sacramento vngenda fronte adhiberi est necessarium, vt quod vocabulo etiam D. Augustinus vitur libro secundo contra literas Pitiliani capite centesimo quarto, quod nomen creditur ab ipsis Apostolis impositum, vt ait Cardinalis Aræceoli capite decimo huius tituli ex Dionysio.

Formas autem huius sacramenti sunt verba illa, videlicet, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis: In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, in quorum verborum prolatione inungendus est in fronte oleo chrismatis in modum crucis ducto.

Materia sacramenti huius est oleum, seu vt alij, Chrisma, cōfectum ex oleo & balsamo, vt per oleum quidem significetur, vnctum esse eum oleo letitiæ propter plenitudinem spiritus sancti, Balsamo autem propter maximam odoris fragrantiam, qua pollet, ac incorruptionem in eo existentem bonæ famæ, & charitatis, & munditiæ, integritatisque odorem, & significationem pbemus, vt post Theologos antiquos etiam Catechismus Romanus nouissime tradit, spiritus autem pulchritudinem hoc sacramento accipi hinc constat, quia accipitur septiformis spiritus, nempe, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus sciētiae, & pietatis, & timoris, ac cuius in rei signum, & osculo pacis pacto sacramento illum episcopus accipit.

Non tamen sic necessarium est in confirmatione chrisma, vt omnino absque

chrismate confirmatio irrita non minus reddatur, quam baptismus sine aqua nullus irritusque est, vnde chrismate omisso potest suppleri, non sic omilla in baptismo aqua, vt Caietanus docuit, cui & Cardinalis Aræceoli, & Coaruus ad stipulantur c. fulti Epistola decretali Innocentij Tertij posita in capite primo, tituli de sacramentis non iterandis, quamuis aliud opinati sint Paludatus, Durandus, & Cardinalis à Turre Cremata, d. qui sic in illa sententia obstinati fuerunt, nempe, & chrismatis oleum esse ad confirmationem necessarium, & de substantia, vt etiam prædictam Innocentij Epistolam in opinionem suam adducere, & quasi vi illata omnino trahere non formidarint, dicentes, sacramentum confirmationis illa in epistola idcirco non iterari, quia iterari id dicitur, quod factum tenet, at omisso chrismate, nihil actum erat, propterea non dici potest iterari. † Vnctionem quidem aliquam olei, licet non chrismatis, necessariam omnino ad confirmationem esse, nec sine illa sacramentum fieri, omnibus in confesso est.

Sacramenti huius confirmationis minister est episcopus, neque aliud vllum vnctionis sacramentum necessarium est ab episcopo ministrandum hoc excepto, quia & initio orientis ecclesiæ ab ipsis Apostolis, quorum loco nunc successerunt episcopi, ministrabatur, & quod etiam à Catechismo Romano expressum fuit, atque à Concilio Tridentino in sessione septima Cano. iij. huius tituli, in scriptis verbis dilucide cantum est, videlicet.

„ Si quis dixerit, sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solū episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, anathema sit, † quod sanctè exaudiendum est iure ordinario (vt loquitur) recepta est enim sententia maioris partis doctorum consensus, quod Sum. Pontifex possit hoc munus, vel simplici sacerdoti mandare e quo pacto etiam interpretanda est beati Gregorij Ianuario episcopo scripta, „ quamquam & multi negarint, hanc Pont. Max. potestatem esse, quos Didacus præcatus nuncupat, atque ad cæteris omnibus præter episcopum dempta

pta est confirmationis sacramentum conferendi potestas, vt neque instante periculo deficiētibz episcopis possint presbiteri illud ministrare, quia tutius est omittere, quam ab his conferri, à quibus id conferri non licet, A Clericis vero alijs infra Sacerdotalem ordinem existentibus delegari non potest à Pontifice Max. hoc munus sacramenti confirmationis exhibendi constitutus, & audacius multi scripserunt, ex his ipsis, quibus in sacerdote superior sententia ambigua videbatur, quibus glossa, Innocentius, Butrius, & Abbas e idem de alijs clericis sacrorū ordinum, quod de sacerdotibus, vt huius delegationis capaces existant, proferre non dubitarint, quos frequenter tamen sententijs confutatos esse Didacus testatur, d. quare & audacius hi reselli poterunt, qui vel minoribus clericis, vel laicis quoque, ipsi hoc munus mandari posse tradiderunt.

Decet, vt episcopus, aliusque ex tradita sibi potestate confirmationem conferens ieiunus sit, excepto, quod infirmis, & morte periclitantibus sacramentū potest & non ieiunus conferre, & Sed & alius minister huic sacramento, quemadmodum & in baptismo, ad id solet, is nempe, quem patrinum vocant, qui doctoris, magistri, & lucis officij, & disciplina edoctus, & instructus, hæcque confirmationis loriam indutus possit in spirituale certamen, quod nobis cum carne, mundo, & diabolo continuum est, & cuius certaminis victori perenne, æterna gaudia in premium propolita sunt, audentius, & tutius descendens optatis spolijs ablati laudari, cum quibus patrinis, (vt etiam Catechismus docet) non minus spiritualis affinitas contrahitur, legitimum per nuptias coniunctionem impediens, quam cum sponsoribus, seu patrinis in baptismo intercedentibus.

Ideoque & ne in plures hæc affinitas effundatur, prohibitum est tam sacris canonibus antiquis, quam etiam à sacra Synodo Tridentina capite secundæ, Sessionis vigesimæ quartæ, ne plures in hoc patroni officium in confirmatione admittantur, quam vnus, siue vir, siue mulier. c. Et hunc qui-

dem oportet esse baptizatum, & confirmatum, ne inutilis, otiosusque, magister sit, qui non didicit, quod alios docere teneret, & profiteretur. Si tamē plures admissi in patronos eidem fuerint, omnes eadem affinitas spiritualis adstringet: i cui tamen rei eadem Tri dent. constitutione prouisum fuit. † Mos quoque olim in ecclesia Romana fuit, ne in confirmatione patrinus accederet, qui in Catechismo, vel baptismo iam idem officium præstitisset, sed hodie tamen hoc secus obseruari videmus, quia iidem ipsi, qui de baptismo lauacro aliquem susceperunt, eidem & in confirmatione assistere patrinum solent, quod nec canonibus tamen repugnat.

Omnibus autem baptismo regeneratis nullo sexus, vel conditionis habito discrimine conferendum est hoc confirmationis sacramentum, † A etatis tamen aliquam rationem habendam tradunt, nempe, vt maior saltem infante sit, hoc est septennium excesserit, qui confirmandus est, quod possit rei geitæ memoriam habere, & quid agitur, recordari, quia in fans, quicquid videt, ignorat, † vnde & in solita est consuetudo, vt leui alapa in faciem, ad recordationem facti, atque vt meminerit, se tamquam fortem athletam paratum esse oportere ad omnia aduersa iniusto animo pro Christi nomine ferenda confirmatus ab episcopo tangatur, imò & nonnullis visum fuit, ante annum duodecimum huic sacramento neminem aptum censeri, quorum tamen sententia nunquam probata fuit, At Catechismus Romanus docet, minus expedire, hoc sacramentum conferri, antequam pueri vsum rationis habeant, quare, si duodecimum annus non expectandus videatur, vsque ad septimum certe illud differre maxime conuenit, eo quia confirmatio ad salutis necessitatem instituta non est, sed, vt eius virtute optime instructi, & parati inueniamur, cum nobis pro fide pugnandum est, ad quod pugnæ genus pueros, qui adhuc vsu rationis carent, nemo aptos iudicari, Congruit etiam, † vt, qui adulta iam ætate confirmandi sunt, quò facilius sacramenti huius dona, & gratiam cō-

a d. c. quanto. de consec.

b Coaru. vbi supra.

c in d. c. quanto.

d Didac. vbi sup. silue. ver. confirmatio. q. 2. ad fin.

e gl. in d. c. manus. sil. vbi supra.

f c. vt episcopi. de consec. dist. 4.

g ca. non plures. de consec. dist. 4.

h c. in baptismo. ea. dist. 5. tit. vbi gl.

i c. si. de cogn. spiri. in sexto.

k d. ca. 2. sess. 24.

l c. in catechismo. dist. 4. de consec. silue. ver. confirmatio. ad fin.

m silue. vbi supra.

sequantur, non solum fidem & pietatem secum afferant, sed graviorum etiam peccatorum eos poeniteat, ac per te deat, presbyteroq; confessorio, ut veniam mereantur, rite fateantur, & ieiunij, aliisque operibus pijs hoc sacramentum praecedant. A

a c. vi. ieiuni. de consec. distinct. 4. Cath. chis. hoc tit.

b d. c. vi. ieiunij Catechism. ubi sup.

c sil. ver. confirmat. 5. ver. quarta potest.

19 Item ieiunos potius, quam paschos ad hoc sacramentum accedere oporteret, ut sacramento paratiores, aptioresque sint. B

20 Tempus sacramenti huius exhibendi nullum ineptum ceteris, etiam quod vigeat interdictum, c Solenni tamen religione, (ut ait Catechismus) in ecclesia Dei servatum est, ut in Penthecoste praecipue hoc sacramentum administraretur, quod hac die Apostoli maxime spiritus Sancti virtute roborati, & confirmati sunt, cuius mysterij recordatione confirmati ad mentem reuocare possint, eius, quod accipiunt, sacramenti mysteria quanta, & quanto opere observanda, verendaque sint.

21 Sic; quamuis non exigatur, ut vno magis, quam alio in loco sacramentum hoc, modo in dioecesi ipsius episcopi honesto loco conferatur, congruum est tamen, ut ipsa in ecclesia, quemadmodum & cetera omnia sacramenta detur, quamuis chrisma ipsi in Ecclesia omnino confici debeat.

22 Sacramenti huius effectus, & vis est piatorum characterem, quem animae imprimat, alium indelebilem post characterem baptismi, quia baptismi gratia

perficit, ex quo (ut diximus) efficitur, quod qui per baptismum Christiani effecti sunt, quasi infantes modo geniti infantiam illam christianitatis sacramentum exuti aduersus omnes carnis, mundi, & diaboli impetus robustiores fuerint, & eorum animus in fide omnino confirmatur ad confitendum, & glorificandum nomen Domini nostri Iesu Christi, unde & nomen accepit, quocirca, & si absolute necessarium ad salutem non sit, ut tamen fortior pugil efficiatur, dubium non est, necessarium esse, timo, & si quis illud se negligere ostenderit, peccatum morte aeterna dignum admittit, quod quidem ex eo deprehenditur, si, cum se confirmatum non esse intelligeret in adulta etate, nunquam se confirmari curasset, hinc & sacrosancta Synodus Tridentina Sessione septima, sub hoc titulo Sanxit, ut, Si quis dixerit, confirmationem baptismatorum otiosam carimoniam esse, & non proprium potius, & verum Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam Catechesim quandam, qua adolescentiae proximi fidei suae rationem coram ecclesia exponbant, & Si quis dixerit, iniuriosum esse spiritui Sancto eos, qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt, anathema sit.

25

24

25

Cum dixerimus, hoc sacramentum characterem imprimi, hinc consequens est, ut iterari posse non debeat.

AD AMPLISSIMUM ET RELIGIOSISSIMUM MVM CREMONAE

Episcopum

NICOLAVM SFONDRATVM

Regium Senatorem Mediolan.



OSTULAT mea erga te obseruantia ratio praesul religione, & erga Deum pietate plurimum conspicue, ne meum hoc inceptum, iam ad extremum praecipitans opus sine celebris tui nominis mentione ad finem deducatur; Gratum verè mihi summopere fuisse, si, dum hac elaborarem, me sic tibi vicinum, proximumque esse contigisset, ut de his tecum negocijs loqui sepe, & conferre licuisset: Spero enim, quod pro tua humanitate, & doctrina locupletius, pulchriusque exisset opus, nam tu, quae es in utroque iure, & sacris literis perita, iudicio, & usu, adde etiam erga omnes sinceritate, multorum fortasse certiozem, monitumque fecisses, quae non mediocriter potuissent ornamentum asferre:

Verum; cum propter locorum distantiam id facere mihi permillum non fuerit, has se cum vestes tantum gestabit, quas arcta pauperque Gazae nostrae suppellex suppeditare potuit, non sine spe tamen, maioris olim ornatus acquirendi. Tu verò, quod in incomptum; quod distortum, quod mancum in eo inueneris, si mihi id amice dignatus fueris significare, praeterquam quod rem liberali ingenio tulo, & moribus dignam egeris, nihil deinde mihi gratius conferre poteris gratiasque hoc nomine tibi immortales habebō, sed & (quod pro omnibus magis faciendum est) Deo placebis, hoc charitatis opus exercendo, scilicet riam erranti indicando: Curabo enim à te monitus distortum erigere, mancum redintegrare, incomptum, si poterō, nouo ornatu angere. Huic autem titulo potissimum; de Poenitentia, illustre nomen tuum praescribere volui, quod intellexerim, te hac materia cognitiōe altissimum oblectari; & magnam voluptatem percipere, teque valde accuratum, prudentemque in ea ostendere, quae cura nihil certè magis optimum Praesulem decet, quando quidem in ea omnis animarum nostrarum nititur salus. Eam igitur nos, prout Deus concesserit, tractabimus, quem tractatum, alijs Episcopatus negocijs, modo non vigeant, parumper sepositis, non grauatè ut quandoque legas valde opto, & rogo, cuique obseruantissimi clientis memoriam incundam ut serues. Vale.

DE POENITENTIA SACRAMENTO.
Tit. III.

E P I T O M E .

POENITENTIA materiam hoc ordine tractat, iuxta enim morem suum post breuicem sacramenti huius commendationem, poenitentiam diffinit, species eius declarat, partes, seu materiam ostendit, singulasque partes pleniore stilo prosequitur, & contritionem in primis discernens ab attritione, & utriusque effectus docens, deinde alteram partem, quae est confessio, assumens, eam diffinit, ac diuidit, confessionis utriusque tam specialis, quam generalis opus demonstrat: Postea, ut omnia, quae confessionem spectant, breuiter edisserat, quibusdam versibus sexdecim omnia complectitur, quae mox singula fufius declarat, praesertim circa qualitatem integritatis insistens, quam ex circumstantiis quoque desumpti ait, circumstantiasque ipsas tradit, multaque alia, de quibus ambigi potest, an confessionem scindant, sed & qualitatem illam non negligit, quae secretam esse confessionem desiderat, pluribus eam exemplis aperiens, quibus vel secreta esse dicantur, vel non. Deinde, qui confiteri teneantur, ac, quis sit huius sacramenti minister, seu ex ordinaria, seu ex delegata potestate, pluribus agens de Religiosis illis, quibus constitutione clementina quibusdam abhibitis cautionibus datum est, omnium illius diceccles, in quae morantur, confessiones audire, & tollere; Mox de his, qui delegatam habent in poenitentialibus Iurisdictionem, & an laico liceat fatentem in poenitentia sacramento audire, & soluere, an petenti licentiam subdito, ut alteri confiteri possit, sacerdos parochus concedere teneatur, post haec tertiam sacramenti huius partem, nempe satisfactionem sumit, quis eam arbitretur, & qualem esse oporteat, ac quotuplex docens, Ac denique magnum sacramenti huius effectum & opus patefacit.

SYMMA RERVM.

- 1 Poenitentia est secunda tabula in naufragio, & quare.
- 2 Concilij Tridentini canones de poenitentia.
- 3 Poenitentiae diffinitiones.
- 4 Poenitentiae plures species.
- 5 Poenitentiae tres partes.
- 6 Partes poenitentiae dicuntur etiam quasi materia poenitentiae.
- 7 Cur dicantur quasi materia, non proprie, & vere materia.
- 8 Peccata quomodo dicantur esse materia poenitentiae.
- 9 Contritio, quid sit, et quare sic appellatur.
- 10 Contritio imperfecta appellatur attritio.
- 11 Attritionis quis sit effectus.
- 12 Vera contritio quae.
- 13 Contritio vera quandoque operatur etiam ante confessionem.
- 14 Contritio non requiritur in singulis criminibus, sed sufficit in genere.
- 15 Contritio non est necessaria in peccatis uenialibus.
- 16 Confessio quid sit.
- 17 Confessio altera generalis, altera specialis.
- 18 Confessio generalis quae sit.
- 19 Confessionis generalis effectus.
- 20 Contritio vera de obliuio dari vix potest.
- 21 Contritus ex attritio fieri quis potest.
- 22 Confessio generalis criminum obliuio non est tanti, quanti specialis.
- 23 Confessio specialis quomodo fiat.
- 24 Confessio specialis multas cautiones desiderat.
- 25 Versus complectentes requisita in confessione.
- 26 Confessio quando dicatur simplex.
- 27 Humilis confessio esse debet intus et extra.
- 28 Pura quando esse dicatur confessio.
- 29 Fidelis confessio quae sit.
- 30 Frequens quomodo esse debeat.
- 31 Nuda quando sit.
- 32 Discreta quae sit.
- 33 Libens quae dicatur.
- 34 Verecunda quatenus esse debeat.
- 35 Fortis & verecunda quomodo discernantur, & se compatiuntur.
- 36 Integra ut sit, quid requiratur.
- 37 Secreta quando sit.
- 38 Lachrymabilis.
- 39 Accelerata esse qualiter debeat.

40 etc.

- 40 Accusans quando confessio dicatur.
- 41 Simpliciter non nitiatur narratione alius cuius facti pertinentis.
- 42 Confessor debet esse humanus in audiendo, & consolando.
- 43 Confessorem vocans domum suam non dicitur habere humilitatem, nisi sit Princeps, vel magnus prelatus.
- 44 Confitens, ut non noceat in populo, vel ut alicui placeat, an committat crimen mortale an faciat confessionem puram.
- 45 Confitens, ut placeat populo nec petens absolutionem committit crimen mortale.
- 46 Confessio petens absolutionem sub conditione si peccauit non est pura.
- 47 Confitens peccatum, quod non fecit, non facit confessionem fidelem.
- 48 Dicens se esse pessimum inter peccatores, licet non sit verum non tamen minus facit confessionem fidelem, si ex scrupulo magno conscientiae id dicat.
- 49 Nec qui ob partem turriorem peccatum veniale accusat tamquam mortale.
- 50 Confessionem integram faciens uni, cum alteri per simulationem imperfectam fecisset, an dicatur fecisse confessionem fidelem.
- 51 Peccatum mortale non est, optare alijs esse in bona existimatione.
- 52 Frequentatio confessionis non est de precepto sed de consilio, nisi in paschate.
- 53 Frequentatio confessionis dicitur pluribus modis.
- 54 Frequentatio in consistendo sapius idem delictum semel commissum.
- 55 Confitens sepius idem delictum non caret merito largiori.
- 56 Confitens pluribus idem delictum plures patronos lucratur.
- 57 Confessio frequentata mereri potest remissionem omnis poenae.
- 58 Frequentatio confessionis propter frequentationem peccati.
- 59 Confessionis iteratio utilior, si fiat nominatim.
- 60 Confessio generalis omnium delictorum, quae solitus est confiteri non improbat.
- 61 Frequentatio propter noua peccata commissa.
- 62 Peccato commisso an debeat statim confiteri.
- 63 Peccatorum cita confessio utilissima.
- 64 Casus nonnulli, quibus confessionem differri periculosum est.
- 65 Nuda confessio dicitur, quae non est artificiosè composita.
- 66 Circumstantiarum enarratio pertinet ad integritatem, non ad simplicitatem confessionis.
- 67 Circumstantiae sunt partes facti seu negotij.
- 68 Discreta confessio pluribus modis dicitur.
- 69 Confessorem non idoneum eligens quod damnus sentiat.
- 70 Confessor bonus & doctus melius consolatur quam malus & indoctus.
- 71 Confessor qualis esse debeat.
- 72 Confessionem quare libentem esse oporteat.
- 73 Confessio dicitur libens, & si metu poenae canonicae fiat.
- 74 Verecundia qualis & quanta esse debeat in confessione.
- 75 Confessio debet fieri & exprimi uoce propria confitentis.
- 76 Confessio facta chirographo, & uoce aliena est inutilis.
- 77 Potest tamen recitari ex scripto.
- 78 Confessio fieri potest ex scripto ab eo, qui loqui nescit, vel non potest.
- 79 Nec absens confiteri potest per literas.
- 80 Confessio facta respondendo ad interrogationem sacerdotis ualet.
- 81 Confessio fieri non debet socio criminis.
- 82 Facta tamen consequi potest absolutionem, & quare.
- 83 Episcopus non absoluit simoniacum, cuius ipse participans fuit, & quare.
- 84 Modus inducendi poenitentes ad confitendum peccata, quae erubescunt fateri, vel quae non sunt recordati.
- 85 Integra ut fieri possit confessio, quid permittendum.
- 86 Excusio diligens peccatorum non est carnificina.
- 87 Peccata etiam contra ultima praecipua decalogi sunt consistenda, etiam occultissima.
- 88 Circumstantiae peccati sunt consistendae.
- 89 Canon concilij Tridentini circa integritatem confessionis.
- 90 Venialia peccata non sunt necessariè consistenda.
- 91 Venialia peccata quibus modis remittuntur.
- 92 Venialium peccatorum confessio utilis est.
- 93 Confessio integra esse potest etiam sine confessione uenialium.
- 94 Circumstantiae peccati quomodo perpendendae, & unde sumendae sint.

95 Cir-

- 65 Circumstantiæ à persona.
 96 Circumstantiæ à re.
 97 Circumstantiæ à loco & tempore.
 98 Circumstantiæ à causa.
 99 Circumstantiæ modi cum modestia enarranda sunt.
 100 Frequentatio non dicitur proprie circumstantia sed peccatum.
 101 Numerus vicium exprimendus eo modo, quo potest exprimi.
 102 Circumstantias non dicens nullum fructum percipit ex confessione, sed peccatum committit.
 103 Confessio non est iteranda, & si post examinationem conscientia aliquod crimen oblitus sit.
 104 Confessus peccata illis omiſſis, quæ sunt reservata Sum. Pont. vel Episcopo an dicatur fecisse confessionem integram.
 105 An teneatur fateri omnia delicta illi, cui fateri debet casus reservatos.
 106 Que forma servetur ab his, qui peccata sibi reservaverunt, quando aditi sunt pro solutione.
 107 Secreta confessio in quibus, & quomodo esse debeat.
 108 Quare ordinatum sit, ut secreta sit confessio, & quo invè.
 109 Confessione præsens nemo esse debet præter confitentem, & confessarium.
 110 Sacerdos non debet plures simul eodem tempore audire in confessione etiam per ludibrium.
 111 Plures confessarii intervenire possunt eodem tempore si penitens velit.
 112 Absolutio tamen danda est ab uno solo.
 113 Pœna eius, qui confessionem revelavit.
 114 Exempla aliquot, quibus aliquis dicitur prodere confessionem.
 115 Confessionis sigillum aperiri non debet etiam mortuo confitente.
 116 Etiam laici, & femine, & qui illicitè confessionem audierunt, proflare non debent. (debent.)
 117 Etiam peccata venialia enuntiari non debent.
 118 Neque circumstantiæ peccati solè enuntiari debent.
 119 Sacerdos non debet manifestare peccatum alienum, etiam quod aliis non possit suum plenè confiteri sine prodicione alieni.
 120 Vno casu tantùm manifestari possunt aliena peccata.
 121 Confitente licentiam dante potest eius peccatum à confessore manifestari duntaxat
- modò sine scandalo.
 122 Causa vitandi scandali non est sufficiens detegendæ confessioni sola.
 123 Neque etiam quod penitens absolutus non fuerit.
 124 Papa non potest cogere, vel licentiã dare confessionem detegendi.
 125 Dicens, se nolle alicui nocere dare in electione, quia dignus non sit, non dicitur detegere confessionem licet sibi sit confessus.
 126 Neque etiam, si expressè resistat ei.
 127 Nec, qui id dicit, quod etiam aliunde intellexit, quàm ex confessione.
 128 Nec is, cui aliquid delictum est secretò sine absolutionis sacramento, licet sub confessionis titulo.
 129 Revelans aliquid sacerdoti sub sigillo confessionis, ut anima sua consulat, quamvis non petat absolutionem, tamen debet tenere secretum.
 130 Delictum patrandum in confessione detestum, an debeat, vel possit detegi.
 131 Animum habens patrandi delictum nõ dicitur penitens, nec poenitentia sacramentum exercere. (casu)
 132 Sacerdos cautus quid agere debeat hoc crimen proditoris contra patriam intellexit in confessione, an regi possit.
 134 Delictum patrandum contra se ipsum an sacerdos revelare possit, ubi aliàs evitari nequeat.
 135 Matrimonij impedimentum in confessione intellectum an revelari possit.
 136 Quid in matrimonio contracto.
 137 Abbas an possit monachum ab officio removere, quem didicit ex confessione indignum.
 138 Confessor meus an debeat in confessione me interrogare super peccato, quod ex alterius confessione intellexit.
 139 Confessor non debet vitare excommunicationem, de cuius excommunicatione intellexit per confessionem ipsiusmet excommunicati.
 140 Pollutio ecclesie secreta intellecta in confessione an detegi debeat Episcopo ut reconcilietur.
 141 Quæ in peccatum non cadunt, nec circumstantiam peccati, possunt enuntiari, licet in confessione intellecta sint.
 142 Peccatum si reperitur reulatum, an presumatur reulatum à confessore.
 143 Poenitens non debet alicui revelare peccatum, quod confessus fuit, nec poenitentiam

- tiam sibi impositam in confessione.
 144 Lachrimabilis quomodo esse confessio debeat.
 145 Confessio ficta non est lachrimabilis.
 146 Confessio ficta quandoque habet aliquid attritionis, quandoque nihil.
 147 Acceleratio confessionis est de consilio non de præcepto.
 148 Casus aliqui accelerationem confessionis requirentes recensentur.
 149 Penitentia discretæ imposita à confessore acceptari, & impleri debet.
 150 Et præceptum tendens ad evitacionem peccati in futurum.
 151 Oblitus implere tale præceptum tendens ad evitacionem peccati, non tamen tenetur confessionem iterare.
 153 Confessor debet penitentiam commutare ei, qui non sperat se posse implere.
 153 Ipso autem confessore deficiente alius confessor etiam inferior commutare potest.
 154 Nisi prior confessor sibi reservaverit commutationem.
 155 Vel nisi crimen esset tale, à quo non posset secunduſ confessor absolvere.
 156 Penitentiam publicam nemo commutare potest, nisi se participata cum prior confessore.
 157 Penitentiam confessoris potest quis revocare, si malit expectare pœnã divinã.
 158 Cationes poenitentiales hodie non servantur.
 159 Canonès poenitentiales non spectant ad forum interius.
 160 Omnes doli capaces tenentur confiteri de iure divino semel in anno.
 161 Aetas ad confitendum non est certo annorum numero definita.
 162 Sacerdos solus exhibet sacramentum poenitentia.
 163 Quando hæc potestas data sit sacerdotibus.
 164 Tridentini Concilij canon de potestate sacramenti poenitentia.
 165 Absolutio sacerdotis non est nudum ministerium.
 166 Sacerdos quilibet potestatem absolventi in habitu non in actu.
 167 Inyſtitutio absolventi quandoque est ordinaria, quandoque delegata.
 168 Inyſtitutionem ordinariam qui habeat in poenitentibus.
 169 Familiars S. Pontificis confiteri debet summo poenitentiaro.
 170 Episcoporum & aliorum superiorum qui sint iudices ordinarij.
- 171 Episcopi alijque prelati etiam inferiores exempti possunt sibi eligere confessorem.
 172 Cardinales legati possunt sibi eligere confessorem.
 173 Cardinalis quilibet impetrare potest licentiam eligendi sibi confessorem.
 174 Papa est ordinarius confessor Cardinalium.
 175 Alij non possunt sibi eligere confessorem etiam extante consuetudine.
 176 Episcopus concedens facultatem eligendi confessorem non videtur etiam dare facultatem solvendi casus sibi reservados.
 177 Facultas eligendi confessorem alicui concessa à Sum. Pontifice quatenus intelligatur.
 178 Confessor ab aliquo electus ex potestate ordinaria quam potestatem habeat.
 179 Prelatorum inferiorum, & clericorum qui sint confessores ordinarij.
 180 Peregrinorum, & vagantium confessor quis sit.
 181 Peregrini & vagabundi possunt absolvi etiã à reservatis in casu necessitatis.
 182 Item ubi habuerunt licentiam peregrinandi.
 183 Peregrinationes sine licentia Episcopi cui confiteri debeant.
 184 Peregrini cur debeant petere benedictionem ab episcopo vel parocha antequàm discedant.
 185 Habitantes extra patriam sine animo ibi morandi cui debeant confiteri scilicet Mercatores scolares & famuli.
 186 Duas euales habitationes habens in diversis locis ubi fateri debeat.
 187 Principum secularium confessores qui sint.
 188 Episcopus urbis, in qua Rex regit solet, est confessor Regis.
 189 Imperatoris & Imperatricis confessores sunt eorum Capellani ex consuetudine vel privilegio.
 190 Penitentiaris ecclesie cathedralis positus ex decreto Concilij habet ordinariam iurisdictionem.
 191 Fratres predicatorum & minores habent potestatem ordinariam in confitendo.
 192 Forma data fratribus predicatoribus, et minoribus in audiendo confessiones ut admittantur. (presertim andi.)
 193 Electio eorum à quibus, fiat, & à quibus, sint.
 194 Forma prædicta non est necessaria.
 195 Presertim personaliter debent episcopo poenitenti

- 196 *Episcopus est extra suam diocesim existens potest dare licentiam religiosis audiendi confessiones.*
- 197 *Voluntaria Iurisdictionis est facultas dandi licentiam audiendi confessiones.*
- 198 *Episcopo ter requisito non dante licentiam audiendi confessiones religiosis iuxta formam petentibus censetur data ipso iure.*
- 199 *Religiosi accepta potestate audiendi confessiones ubi eam exercere debeant contra quos possint.*
- 200 *An possint absolueré casus episcopo reseruatos.*
- 201 *Religiosi assecuti licentiam audiendi confessiones prædicta forma non seruata non possunt absolueré, à casibus reseruatis episcopo quocumq; modo nisi aliud episcopus expresserit.*
- 202 *Confiteri potest religiosis, ut supra, assecuti licentiam non tenentur petere licentiam a suo parochiano, nec ipsi religiosis.*
- 203 *Constitutio Trident. circa religiosos deputandos confessionibus audiendis.*
- 204 *Delegatam Iurisdictionem in penitentibus qui habeant.*
- 205 *Laicus, an quandoque confessiones audire, & soluere possit.*
- 206 *Laicus soluere potest à peccatis uenialibus.*
- 207 *Parochus an debeat dare licentiam subdito confitendi alteri.*
- 208 *Nec querere debet, quò accedere velit.*
- 209 *Desiderium cognoscendi oues proprias non est sufficiens causa donegandi licentiam accedendi ad alios pro confessione.*
- 210 *Licentia tacita sufficit accedendi ad confitendum extra parochiam, ubi est consuetudo.*
- 211 *Parochus numquam rejicere debet subditum sibi uolentem confiteri.*
- 212 *Parochus nolens audire confessionem subditi sui censetur dare licentiam, ut possit alteri confiteri.*
- 213 *Satisfactio est pars tertia penitentiae.*
- 214 *Sacerdos confessarius arbitrari debet satisfactiois modum.*
- 215 *Satis facere, seu satisfactio quid sit.*
- 216 *Peccati dua sequelæ, scilicet pena & culpa.*
- 217 *Satisfactio cur non tollitur penitentia*

a. c. secunda.
de peniten. di.
ii.

- sicut tollitur baptismo.*
- 218 *Satisfactio qualis & quomodo imponenda.*
- 219 *Penitentia publica quando imponenda.*
- 220 *Parochus potest soluere omnia crimina non reseruata.*
- 221 *In articulo mortis lata potestas sacerdotis confessarij.*
- 222 *Confessor potest dare indulgentias in articulo mortis.*
- 223 *Satis facere quis potest pro alio.*
- 224 *Penitentiarum constitutus in Cathedrali.*
- 225 *Effectus penitentiae sacramenti.*
- 226 *Absolutionis forma.*

PARVM eset, in verbo, & aqua per baptismum regeneratum esse hominem, & confirmationis sacramento auctu, & roboratum, nisi etiam cura adhiberetur, quantum potest, maxima ut illis sacramentis quaesita gratia in custodiretur, ac perpetuo maneret, aut saltem ut amissa recuperaretur, tanta est enim nostra imbecillitas, & tam prona in peccatum natura (quod unusquisq; in seipso facile experitur) ut nulla re magis indigemus, quam firmamento aliquo, ueluti baculo, quo innixi casum uitemus, uel adiumento prompto, quo post lapsum, ubi is conringat, subleuemur, & sustentemur, horum autem alterum illa ipsa nobis praestant supra à nobis tractata baptismi, & confirmationis sacramenta, ut ostendimus, nisi ipsi nobis deesse, aut obesse uoluerimus; alterum uero penitentiae saluberrimo sacramento assequimur, quod remedium propterea optimi sanctissimiq; patres post secundam tabulam in naufragio accommodatissima uoce appellare consueuerunt, a nam quemadmodum passis naufragium contracta, qua uehebantur, nauis, una tabula apprehensa, cui tenaciter insistant, atq; haereant, salus reliqua, & una esse potest, ne profundo mergantur, sic Dei gratia, qua in patriam ferebamur, ob magnam peccatorum nostrorum vim in nobis quassata, solum unumq; penitentiae refugium superest, quo lenari possumus gratia in pristinum restaurata.

2. Hic post sacros. Synodus Trident. Sess. decima quarta sanxit, ut, si quis dixerit,

rit, in Catholica ecclesia penitentiam non esse uerè, & propriè sacramentum, pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis à CHRISTO Domino nostro institutum, uel qui sacramenta confundens, ipsum baptismum penitentiae sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sint, atque ideo penitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari, anathema sit. Hæc igitur penitentia est uirtus quidem, sed & sacramentum, nam & alia est penitentia, quæ est uirtus tantum, non etiam sacramentum, hæc sic distinxit Scotus, nempe, est absolutio hominis penitentis facta certis uerbis cum debita intentione prolatis à sacerdote iurisdictionem habente ex institutione diuina efficaciter significantibus absolutionem animæ à peccato. Hanc & nos sic audebimus, describere, uidelicet.

Penitentia est sacramentum, propter maximum ex delictis à nobis commissis dolorem, eorumque sacerdoti nostro ritè factam confessionem, & propositum, nulla deinceps peccata committendi cum pena ob ea iniunctæ implemento, & proximi satisfactione mediante absolutione sacerdotis nos Deo reconcilians, postquam patet, non de illa penitentia nos loqui, cum aliquid nobis displicet, quod antea placuerat, nulla habita ratione huius cogitationis bonumna, an malum fuerit, quæ penitentiae species, uel pessimis quibusque hominibus conuenire potest, nec de illa penitentia pariter, cum quis de scelere admissio, quod antea placuerat, dolorem non Dei, sed sui ipsius causa concipit, sed de illa, quæ & uirtus est, & sacramentum, quamuis enim is quoque uirtute non penitus careat, qui etiam sui causa ipsius peccata præterita deslet, ac detestatur, ea tamen uera demum uirtus est, cum ea nos cura præcipue angit, quia Deum offendimus.

Ex prædicta etiam nostra definitione colligi uides, penitentiam tres esse partes, uidelicet, contritionem, id est, dolorem illum inimum, quo alligimur, & cruciamur, dum ad men-

tem reuocamus, quam improbi, & imprudentes fuerimus, qui non metuimus DEVM ipsum tot bonorum ita largum datorem offendere. Item confessionem, qua sacerdoti peccata nostra nudamus, ut eorum solutionem media satisfactione assequamur unde & tertia pars sequitur satisfactio, quæ tam Deo, quam proximo à nobis læso præstatur.

6 Et hæc quidem tres partes simul etiam quasi penitentiae materia dici possunt, quapropter & Sacrosancta Synodus Tridentina in eadem Sessione, Canone quarto huius tituli sanxit, ut, si quis negauerit, ad integrum, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in penitente, quasi materiam sacramenti penitentiae, uidelicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres penitentiae partes dicuntur, aut dixerit, duas tantum esse penitentiae partes, terrores, scilicet, inculcos conscientiae agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, uel absolutionem, qua credit, sibi per CHRISTVM remissa peccata, anathema sit, hie uero tres actus, (ut Catechismus declarat) non idcirco quasi materia à sancta Synodo appellantur, quod ueræ materiae rationem non habeant, sed, quia eius generis materia non sint, quæ extrinsecus adhibeatur, ut aqua in Baptismo, & Chrisma in confirmatione, quatenus autem in penitente ad integritatem sacramenti, & plenam, ac perfectam peccatorum remissionem, ex DEI Institutione requiruntur, hæc ratione partes penitentiae dicuntur.

Item admonet idem Catechismus, quod ab alijs dictum est, peccata ipsa huius sacramenti materiam esse, nihil diuersum continere, nam quemadmodum ignis materiam ligna esse dicimus, quæ uero igni consumuntur, ita peccata, quæ penitentia delentur, rectè huius sacramenti materia uocari possunt.

De singulis igitur agendum est in præsentia. post Contritio (ut ab ea incipiamus uti illa, quæ præcedere debet) est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccan-

di de cætero, vt ipsa quoque sancta Synodus capite quarto Sessionis decime quartæ, & idem catechismus memorant, nomenque hoc accepit, quia corda nostra franguntur, & pœnitentia conteruntur, vt duritiem illam peccatorum amittant, quemadmodum res corporeæ, si cõsula fuerint, duritiem pristinam non retinent, quæ vox illius tantum doloris propria est, qui ex amissa Dei gratia percipitur, neque enim vllus alius dolor, vel ex parentum, & filiorum obitu, vel cuiusvis alterius calamitatis hoc nomine appellatur, interdum autem & compunctio, & scissio cordis in sacris literis vocatur, † quæ contritio quidem vbi imperfecta est, attritio appellari solet, † nec tamen ipsa quoque attritio sine officacia est, nam, & si, vel ex turpitudinis in peccato existentis consideratione, vel ex gehenna, & pœnarum metu, vt plurimum concipiatur, si tamẽ voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, donum Dei censetur, & spiritus sancti impulsus nõ adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quod pœnitens adiutus viam sibi ad iulitiam parat, & quamuis sine sacramento pœnitentiæ per se ad iustificacionem perducere peccatorem nequeat, eum tamen ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit, vnde ex attritio quis contritus saepe efficitur. † Vera autem contritio, & propria non dicitur, nisi quis mortem, & pœnam quamuis subire, vel tenuissimam huius seculi potius, quam peccatum lætale admittere velit, quæ nõ minus alicui inesse potest, licet nec largis fletibus, nec suspirijs alto ex pectore ductis foras erumpentibus doloris intimum non declaret, modò re ipsa tacitus intra se doleat, & quem sentit propter delicta admilla, angorem sub corde premar. † Hæc cõtritio perfecta si ad sit, potest etiam ante confessionem reo talem à Deo gratiam impetrare, qua peccata ei omnia condonentur, quod tñ non sine sacramento confessionis voto perficitur, quare non tam contritioni ipsi, quam sacramenti voto, in quo illa includitur, hoc opus adscribetur, vt ait Synodus Tridentin. Sessione deci-

ma quarta, cap. quarto, de contritione, † non tamen necessaria est, vt quis hac contritione compungatur, singulorũ peccatorum enumeratio, modò hic animus sit peccatori, omnium, quotquot commiserit vniquam, peccatorum, ex animo vero pœnitere, nec † talis contritio remittendis venialibus peccatis necessaria est, vbi certum sit, ea esse venialia, nam, si dubitari posset, ne digna morte essent, æquẽ de his dolere, & compungi oporteret, ac cõpunctio in certis lætalibus desideratur. A Sed Catechismus docet, maxime hortandos, & monendos esse fideles, vt ad singula mortalia crimina pœnium contritionis dolorem adhibere studeant, quamuis horretur simul, nõ desperandum esse peccatori, simul atque ille se collegerit, & vniuersẽ peccata sua detestatus, quæ deinde alio tẽpore, si facultas erit, singula in memoriam reducere, ac detestari in animo habeat, ad dominum se conuerterit, quin Deus paterna charitate eum cõplexurus sit. Contritionis igitur beneficio, & munere adiutus peccator confessionem, alterã pœnitentiæ partem celebrabit, † quæ quidem confessio est peccatorum accusatio ad sacramenti genus pertinẽs, eò suscepta, vt veniam virtute clauis impetremus, a seu, per quam moribus latẽs spe veniæ aperitur, seu peccatorum detestatio. c. Ea; † duplex est, specialis, læc generalis, specialis illa est, qua singula peccata enumeramus, de qua mox agemus, † generalis est, quam initio præmittimus ante specialem peccatorum enumerationem, vel qua post singulorum peccatorum, expressionem, quæ menti succurrerunt, cæterorũ omnium, quæ recordati non sumus, generaliter veniam precamur, † quæ quidem confessio obliuorum veniam nobis impetrare põt, tamen si de his contriti non sumus (quandoquidẽ † vix cõtritio vera de obliu. d. esse potest) modò sumus attriti, † cum, vt diximus sup. ex attritis fieri contritos posse verum sit, † quæ tamen obliuorũ criminum generalis facta confessio tanti non erit, quanti specialis confessio, cū nec tantum meriti, nec tantum veniæ asequatur. a

Confessio

Confessio autem specialis, de qua nobis 23 susceptus est sermo, † sit singulorum criminum exacta & diligenti enumeracione, ea; † vt fructuosa sit, ac ritẽ, & rectẽ vt facta dicatur, multis cautioib. indiget, quas sexdecim beatus quidẽ 24 Thomas collegit, A quibusdam vestibus, quamuis nõ admodum numero metrorum seruato, complexus ceterique omnes, quotquot ferẽ de hac materia scripserunt, eidem vestigijs insisterunt, quos versus, licet à sexcentis iam authoribus recitati sint, non tamen quoque non pœnitentibus, eos hic inseruisse, vt fastidium alios libros aduendi, quantum possumus, lectoribus auferamus. hi sunt infra scripti, vt 25 † Sit simplex, humilis, confessio, pura, si delis, Atque frequens, nuda, discreta, liberis, vercupida (rata Integra, secreta, lachrimabilis, acoelestis, & accusans, & sit parere parata. 26 Simplex † quidem esse debet, hoc est, nõ duplex, nullam rem extraneam, neq; obcuritatem, & verborum inuoluerũ vel generalitatem inmixtam habens, sed talis, vt sacerdos discernere possit, an venia, an morte dignum sit peccatum. † Humilis verò non minus intimo ex corde esse debet, quam foris a cõtibus apparentibus sese talem sacerdoti ostendens, quorum prius prestabit, si quantis peccatorum miserijs, & quanta infirmitate iaceat, ac decumbat, ad mentem reuocari, alterum signis exterioribus, scilicet, genua flexẽdo, armorum genus omne pcul abijciendo, caput nudatum gestando, nullam in veltibus pompam, vel fastum ostentando, & omnem denique elationis speciem exuendo, non in vestibus, & ornamentis, cultu; corporis tantum, sed etiam in verbis, & gestibus, p sunt enim hæc non parum submissi animi exteris actibus collecta indicia, quamuis vsquequaq; necessaria omni nõ dici non possint. † Pura erit confessio, si nihil impertinens, nihil quod alium tangat, vel ladat, secum adduxerit, rectaq; intentione fiat. † Fidelis vt sit, veritas imprius colenda erit, mendacijs omnibus reiectis. † Frequens autem si fuerit confessio, i. si peccata fatenti quis crebro assuescat, multoq; ma-

gis, simulatq; in illud prolapsus fuit, optime quidem is, secũ ager, animaq; salutem hoc pacto bene consulat, aut saltem eius generis peccatum, quod nunquam hactenus admisit, quando repetita iam toties peccata non ita promptẽ fateri velit, quamuis præcepto Cõcilij is non parere non videatur, qui, vel semel, i. in paschate resurrectionis passus fuerit. b † Nudam esse oportet confessionem. i. nullo velo operatam, sed apertam potius, vt facild peccatũ intelligi à sacerdote possit, eius; species, & grauitas honestis tamẽ, sobrijsque verbis declarata. † Discreta erit, q̄ debitis cum circumstantijs facta fuerit, & grauius peccatum sic fallafuerit, q̄ à leuiori facild secermi possit. Lu bens † autem confessio vndequaq; ve reor, q̄ non satis frequenter fiat, cum & is non libens penitus confiteri videatur, qui semel in anno tantum, idq; ne extra ecclesiam eijciatur, aut alio timore hoc sacramentum exerceat, nedũ is, qui absolute compellitur. † Verecũdia quoq; perfulum esse oportet, dum peccatum suum quis fatetur, ne vel letari, vel in peccato gloriari videatur, quæ tamen verecũdia tanta esse non debet, quæ veluti os pœnitenti obstruat, nec sinat, cum peccata grauiora aperire, quocirca, & si verecũda vt sit, desideretur, † fortis tamẽ simul etiam esse debet, ne timeat, aut erubescat loqui id, quod facere, & admittere non timuit, fortitudo igitur in lingua, verecũdia esse debet in pectore, gestu etiã ipso, & corporis compositione aliqua tenus demonstrata. † Integra non erit, nisi omnia peccata cum circumstantijs passus fueris mortem affectentia, quæ fueris recordatus, nec erit secreta, si alius exaudierit, vel cũ suis aliena quoque peccata prodideris, vel sacerdos, aut pœnitenti alij manifestarit, † nec lachrimabilis sipe contritione, vel attritione saltem, † neq; accelerata, nisi quã primũ lapsus fueris, statim resurgere à lapsu confessionis baculo attractus coneris, quod licet necessarium omnino ad salutem non sit, saluberrimum tamen id fore, nullus prorsus dubitat, † accusationem autem præsertim eget confessio, cum dixerimus, confessionem esse peccatorũ accusacio

a S. Tho. in 3. par. q. 87. art. pri. Nauar. in Summa. c. i. de pri. par. pœni. nu. 2 5. & seq.

b Catechif. in hoc tit.

c Augu. Grego. Sil. Catech.

d Antonin. in Sum. par. 3. ii. 14. cap. 18. in prin. Nauar. ca. i. nu. 34. de prima par. pœnit. Catechif. hoc tit.

e Sil. ver. conf. i. ad si. prin cipij.

a S. Thom. in 4. disti. 17. q. 3. ar. 3. & q. 4. Auto. i. 3. par. tit. 14. c. i. & 2. Sil. & alij in Sum. de pœni. Nauar. in ca. fratres. de pœni. disti. in. 5. & in Sum. c. ij. de pri. par. pœni.

b ca. omnis pœnitentis, sexus. de pœni.

nem, seipsum igitur, se inquam, non carnem, non mundum, aut Diabolum inculcare debet, quasi nihil ipse admiserit, exemplo primi parentis, qui totam culpam a se in mulierem conijcere, & detorquere conabatur, cum a Deo vocatus esset, potius igitur dicat, cum Davide: Ego sum, qui peccavi, & Ego inique egi, hinc ex institutione antiqua ecclesie solemus in exordio specialis confessionis culpam nostram ipsorum propriam bis & ter inculcare, dum generaliter peccata omnia fatemur, eorumque veniam a Deo precamur, & poscimus: postremo frustra haec omnia fierent, nisi paratus esset reus, quicquid ei confessarius sacerdos prudens ob peccata iniunxerit, facere, & implere, quod factis factio appellatur, quae est tertia (ut diximus supra) sacramenti penitentiae pars.

Et has quidem in confessione desideratas qualitates licet summis labris tegerimus, non pigebit tamen rursus eas, aut earum aliquas, ac ferè omnes paulò subtilius, & copiosius declarandas praemanibus sumptisse.

41 Quod enim in primis simplicitas confessionis quaritur, extraneaque omnia, ut summoqueantur, & nihil tamen ob erit, quin, si aliquid narrari opus sit, quò peccatum melius intelligatur, fieri id liceat, modò, quibusvis modis poterit, verbis explicetur, superfluis amputatis, & nec tamen sacerdos confessarius inhumanum se exhibere penitenti debet his audiendis, quamvis longius a proposito esse videantur, quae, vel consilio, vel consolatione egeant, etiam ipso in actu confessionis, ut, quò illis adiumento ipse esse poterit, seu re seu consilio, seu consolando boni patris officium explendo, sua ex parte non desit.

43 Humilis in confitendo is dici non poterit, qui vel agere fert, sacerdotem confessarium alteri prius, quam sibi aures praebuisse, & nec, qui sacerdotem confessarium dominum suam factus causa accersit, cum ipse ad eum accedere possit, nisi tanto in dignitatis fastigio emineat, quò dignitatis ratio id exposceret, vel saltem condonare, & pati videretur, ut in episcopis, aliisque viris ecclesiasticis episcopo superioribus, & Regibus,

44 alijsque magnis principibus secularibus. Pura non est confessio ad alium finem, & ad peccatorum veniam impetrandam facta, ad quem finem instituta est, sed forte, ut ne in populo notetur, & vel, ut praelato suo, aut domino placens aliquid ab eo beneficium hac simulatio ne assequatur, aut magis, si malo proposito hoc egerit, ideoque, si huiusmodi in confessione absolutionem petierit, nulla erit confessio, & ipse crimen morte aeterna dignum admittet, propter iniuriam, quam sacramento facit, eius finem pervertendo, cum finis ipsius debeat esse spes veniae, ut Silvester censuit, cui tamen Navarra a non consentit, nisi homo ille, dum sacramentum hoc celebrat, pluris vanam gloriam, & humanam existimationem ex eo resultantem faciat, quam sacramentum ipsum, quòd si, ut populum fallat, eique ut persuadeat, sacramentum se confessionis exercere, nec tamen absolutionem petat, is quoque mortem sibi parit, non eo, quòd confessus fuerit, sed quòd noluit penitere, & absolutionem consequi. & Purae quoque exigitur ex hoc confessio, si conditio rei iungatur, nec (quod multo imperiti faciunt) petatur venia, & solutio delicti, si illud commisit, cum nihil certi ponat, vel statuatur conditio.

45 Fidelem confessionem fecisse non dicitur, non is tantum, qui illas circumstantias praeterit, quae delicti gravitatem augent, vel qui extenuare peccatum in confessione studet, & verum & is, qui certum aliquod scelus se admisisse ait, quod tamen re vera nullum admisit, graue enim hoc crimen est, se ipsum iniuste accusare, & grauius forte, quam, si alterius in damnum accusationem fallam diceret, quantum vnusquisque sibi ipsi carior, quam alter esse debet. & Si quis tamen menculosus, & conscientiae suae puritatis studens, omnium se mortalium pessimum peccatorem nullo certo delicto expresso, sed generaliter sacerdoti confessario dixerit, & vel crimen veniale, de quo ambigebat, vtrum ex grauioribus esset, tutiorem partem eligens, vti laetale exposuerit, non creditur demereri, sed mereri potius.

An

50 An vero fidelem confessionem is fecisse dicatur, qui postea grati alicui, saturo, & spectatae vitae sacerdoti leuia omnia peccata fatetur grauioribus. omisit, ut illi, & alijs eius amicis in bona existimatione haberetur, cum prius alij facilius venia sacerdoti itegre peccata omnia factus fuisset, non leuis est quaestio, quae Siluestro, & Nauarro disidij causam dedit, a si quidem Silue. hoc peccatum venia dignum non censet, contra vero Nauarr. veniam posse mereri ait, nisi ad malum finem haec simulatio facta sit, & optare autem bonam in opinione esse, & haberi, malum non putat, neque hypochrisim, imò & quandoque bonum, & necessarium hoc esse, atque ex hoc mereri posse Nauarr. existimat, quod verum credo, nec aliter loqui Siluest. voluisse opinor, vbi .n. Siluester peccatum mortale hanc speciem statuit, de illo factum fingit, qui amico, & familiari suo enormis indulgentiae causa, quam in eo sapiens expertus est, delicta sua fateri conseruit, quae res nullam contritionis, magnam aut hypochrisim significationem praebet.

51 Frequens vbi sit confessio, magnum proculdubio adiumentum penitentiae apponit, & quis Concilium Lateranen. necessitatem confitendi semel tantum in anno imponat, v imò & nonnumquam praecipit, vbi frequenter, & frequentatio autem sacramenti huius potest pluribus modis dici, & vel, quia illud idem peccatum in specie, & numero, quod alijs confessus fuit, licet amplius non iterauerit, posteaquam absolutionem consequutus fuit, iterum tamen, atque iterum huic, & huic sacerdoti sacramentum hoc exercendo confiteri cum iuuat, quò magis forte conteratur, maioremque gratiam lucretur ratione opprobrij, & pudoris, quem facilius confitendo suscipit, & quod factum certe, si conscientia tranquilla. i. ne credat, priorem confessionem infructuosam esse, & eo, quem diximus, modo fiat, merito non caret largiori, c quantum. n. quis pluribus confitetur in spe veniae criminis sui turpitudinem (ut ait August. in libro De Pœnitentia) tantò facilius remissionis gratiam assequitur,

56 & cum oēs eos, quibus confessus fuit, sacerdotes sibi apud Deum patronos, &

57 oratores lucretur, & haec iterata confessione, propterea illud etiam lucri percipere potest, ut propter magnam contritionem, quam habet, non solum culpa, sed & poena omnis purgatorij temporaria, vel tollatur, vel minuatur, v nulla tamen cogit, ea confiteri, vel diuina lex, vel canonica, nec fieri lex vlla potest, quae ad hoc obliget.

58 Altero modo contingere potest frequentatio, quia forte ad vomitum quis, ut canis rediens, quae olim admisit peccata, & quorum semel in penitentiae sacramento solutionem habuit, rursus pluries patrarit, qui certe nihil melius faciet, quàm ea quamprimum confitendo, quoties ea admiserit, & si pluries in mese, vel etiam die, nedum anno recidua uerit, sic. n. fiet, ut rubore tandem confusus ea euitare discat, & assuescat, praesertim, si eidem semper sacerdoti ea fateatur, & quapropter necessarium est, ut ea exprimat nominatim, licet confessarius sacerdos, ad quem accedere solitus est, eorum notitiam habere possit, & si quis eidem ipsi ordinario, & confueto sacerdoti, qui meminit peccata sua, aut saltem penitentiam recordatur, in confessione aliquod graue peccatum ob verecundiam aperire noluerit, potest illud solum fateri eidem praemissa generali confessione, nec minus dicitur integram confessionem, ex hoc plenam, legitimaque; fecisse nec tenetur peccata singillatim omnia fateri Si vero alij sacerdoti fateatur, omnia erunt necessario nominatim exprimenda, & quoties ad ea redierit, fatendum.

61 Tertio modo frequentatio confessionis contingere potest, cum nouis peccatis lauciu se quis sentit, quia in specie contingit dubitari, & is teneatur ex praecipuo ea quamprimum fateri, an possit vlt; ad quadragesimam differre, qua de re in qualitate accelerationis tractari solet. At, certe Catechismo ad monemur, & nullam rem fidelibus a cledò curae esse debere, quam, ut frequentanti peccatorum confessione animam studeant expiare, & namque vbi aliquis mortifero scelere urgetur, nihil ei magis salutare esse potest, ob multa, quae impendent, vitae pericula, quae statim peccata sua confiteri, nam, ut

Sf 3 sibi

a Nauar. vbi supr. & Sil. q. 6. in si. & idem Nauar. de pe. quinque. ca. 29. ver. septimo, qui confitetur. nu. 40.

b c. omnis vtri usque. de peni. & remi.

c c. quem penitet. de peni. dist. i. vbi glo. in ver. facili.

d Abb. in ca. nisi. s. de adul. de iud. Nauar. in d. c. quae penitet. & in d. c. 21. s. d. qua. praecipit. confit. semel in anno.

e S. Th. quod. i. q. 12. Palud. in 4. dist. 17. q. 15. Nauar. in s. c. quo mo. iter. sit confess. nu. 1. et c. fratres. nu. 30 de peni. & c. si. nu. 3. de peni. Adrian. de conf. q. 5. eo. 3.

f S. Tho. in 4. dist. 22. Silue. ver. confiss. i. q. 3. Ant. par. 3. tit. 14. c. 19 §. 4. Nauar. c. 8. quib. in casibus iter. sit confess. ad si. n. 16.

sibi quisque diuturnum vitæ spatium polliceri queat, turpe est, cum in eludis corporum, aut vestium fordibus, tam diligentes simus, non eadem saltem diligentia curare, ne animæ splendor turpissimis peccati maculis oblescat, & multò magis, quoties mortis periculum imminet, quod bellum ingressuris, vel periculosam navigationem, vel in loco ab Epidemia devastato existentibus, vel mulieribus partui proximis contingere solet. Item ubi re aggrediamur, quam impurum hominem tractare nefas sit, puta administrare, vel percipere sacramenta, vel, cum nos conscientia stimulat, ne aliqd peccatum in confessione omiserimus obliuione.

- 65 Nudā autem esse oportere, & quasi veste detracta confessionem, quid sit, eleganter Catechismus declarat, coniungens tamen hanc qualitatem cum simplicitate, talisenim esse dicitur, si aperta fuerit, non artificiosè composita, ut à nonnullis fit, qui potius vitæ suæ rationem exponere, q̄ peccata confiteri videntur, at eam confessionem esse oportet, quæ nos tales sacerdoti aperiat quales nos ipsos nouimus, certaq; p̄ certis, ac dubia pro dubijs demòstret, q̄ si, vel peccata non recensentur, vel alieni à re, quam tractamus, sermones inferuntur, perpicuum est (inquit catechismus) confessionem hac virtute carere. Verùm fad hanc qualitatem pertinere aliqui putant, circumstantias, quas peccatorum enarrare est necesse, sed eas Ego integritati potius tribuendas putarem, cum plenè & integrè exposuisse rem non videatur, qui circumstantias omittit, † quandoquidem & circumstantias partes facti, & negocij esse constat, his enim factum vnum ab alio distinguitur, ac separatur.
- 66 Discretam f confessionem alij in eligendo sacerdote, cui crimina aperienda sint, alij in discernendis reatibus mortiferis à leuioribus, consistere volunt, alij in modestia criminibus nudandis sacerdoti, ne vel hoc modo effutiant, ut factum, & superbiam hoc quoq; in actu ostendant, vel tam procacibus, & impudicis verbis proferant, ut nulla videantur peccatorum pœnitentia cōtristari, & dolere, & verbis illis ne pos-

a Nauarr. in c. 21. num. 49. de pœce. eccl.

b d. ca. omnis vtriusque.

sit ipsius sacerdotis animus quasi titillado prouocari, dum carnis fortè libidinè reus fatetur, & quasi actam rem verbis ipsis iterum agit.

† In eligendo igitur sacerdote, si quis minus diligentia adhibuerit, q̄ deberet, nec idoneum vndequa; virū que fieri, cum posset, hoc damni sentiet, q̄, si consilio eius errorem aliquem admiserit, nulla exculatio eius accipiet, cum idoneum hominem adire debuisset, à quo, si malum consilium accepisset, excusari posset, † deinde satis notum est, aliter cum viro docto, & iusto agi, q̄ cum imperito, & malo, cum ille & consulere, & solari, & motus sedare optet, ac sciat, quod alter præstare nescit, nec curat, p̄pterea & catechismus increpat, magna; contentione admonet, † cuius maximo studio curadum esset, vt eum sibi sacerdotem deligat, quem vitæ integritas, doctrina, prudens iudicium cōmendat, qui, & quantum in officio, cui præest, ponderis, & momenti sit, & quæ cuique sceleri pœna conueniat, & qui vel soluendi, vel ligandi sint, optimè nouerit, quæ, vt sacerdos præstare possit, non vulgaris scientiæ esse debet, vt peccata inuestigare, & ex varijs peccatorum generibus quæ grauiora, quæ leuiora sint, pro cuiusvis hominis ordine, & genere iudicare possit.

Lubentem, † id est, vltro & sponte factam cōfessionem præcipue esse oportet, cum. n. sine contritione, & intima cordis pœnitentia hoc sacramentum inefficax sit, cui dubium, non pœnitentiam illam ex intimo cordis affectu, qui non propria, meraq; ipsius voluntate ductus ad hoc sacramentum accessit, sed tractus potius, & quasi vi illata, impullus hinc, si quis metu verberum, vel offensæ patris, aut Domini tantum peccata fateatur, alioqui ea nequaquam confessurus, non rectè is dicitur, sacramentum hoc A exercuisse, † non tamè minus ei profuturum opinor, qui nō alio metu adductus, q̄ pœnæ Concilij Lateranensis, ne videlicet ab ecclesiæ ingressu viuens arceatur, & moriens christiana sepultura careat, sacramentum exercuerit, quorsum, n. hac pœna

b imposita concilium Lateranens. b ad confitendum nos adducere enteretur, si

si acceptum hoc modò sacramentum fructus nihil nobis deinde afferret?

Sed illa tamen confessio, lubenti animo facta mihi omnino videri non potest, ubi plures, vel tanti bonam apud homines exultationem, quam sacramentum ipsum faciat, vt Nauarrus quoque ait cap. vigesimo primo, nu. 40. de quinque præceptis ecclesiæ.

74 Verecundia; verò, & rubore ingenuo quamuis suffusum esse deceat reum, ubi ad sacerdotem nudaturus crimina sua accedit, in qua verecundia salus sepe esse potest, qua verecundia etiam vitandum est, in explicandis rebus modestè, vt ne superfluis nimiam, scilicet verbis agatur, sed his tantum, quibus peccata naturam explicari oportet, non tamen tanta esse debet, quæ labijs sic obicem ponat, ne solui possint patefaciendis erroribus, vt supra diximus, at tanta quidem cura adhibetur, ne sine hac verecundia peccator hoc sacramentum exerceat, † vt propterea voce, & lingua propria manifestare suos errores sacerdoti debeat, si possit, nec satisfacturus credatur, & † si chirografo proprio exaratos sacerdoti legendos errores tradiderit, vel organo, & medio alterius personæ ea exponat, † non tamen improbandus est, qui memoriæ suæ non hñdens, ne quod peccatum in confessione eum prætereat, scripto proprio omnia complectitur, quæ deinde propria voce ex illo scripto sacerdoti recitat, a imò potius laudandus est, † neque eum reiiciendum puto, qui cedula criminum legendam propterea sacerdoti offert, quia ipse fari non potest, aut nescit ea lingua proferre, quæ

75 sacerdos confessorius a vitur, † abientem verò per literas, aut per nuntium peccata confiteri non licet, quia occulta, & secreta esse hoc pacto confessio non potest, quod præter Theologos, & summissas Iuris Canonici Catechismus quoque edocet, quatenus tradiderunt Richardus, Hadrianus, Caietanus, Scotus, Didacus Coarru-

76 uias, nec murum teneri, si nolit, delicta sua scripturæ etiam manu propria factæ, licet scribendi sit doctus, mandare, & sacerdoti legendas offerre; sed teneri quidem signis, & nutibus, &

77 quibus potest, clarioribus significationibus delicta sua aperire. c

78 Item, licet rectus consistendi modus, ac pudori injiciendo magis aptus sit, quòd reus vltro & sponte sua etiam à sacerdote non de singulis rogatus crimina sacerdoti aperiat, si quis tamen seu pudore detentus, seu, quia criminibus suis colligendis, & ordine enarrandis, (quod multis contingit) aptus non est, malit, sacerdotem à se percunctari, & ipse ad singula respondere, non perperam dicitur, sacramentum exercuisse, nisi adeo pertinax esset, vt sibi proposuisset, potius non confiteri, quam sponte & non rogatus fateri. d

79 Et hac quidem ratione, quia, scilicet, pudor & verecundia in confitente desiderantur, sequitur, † ne debeat quis peccatum ei fateri, qui particeps, confors, & socius peccati fuit, nulla enim verecundia eum teneret, imò audacia esset potius, temeritas, & petulantia ei peccatum dicere, cum quo socius in peccato fuit, quare malè ageret sacerdos, si criminis socium audiret, † si tamen eum audierit, ac soluerit, non vana erit absolutio, † quia necessarium est hoc sacramentum, † quamuis episcopi dispensatio erga simoniacum, cuius Simonia & ipse episcopus confors fuit, nullius sit momenti, quia nō est necessitatis. f

80 Sed quia & interdum (vt diximus) contingit, aliquem non modò sine verecundia & pudore ad hoc sacramenti non accedere, sed etiam tanta eum verecundia seu potius verecordia corripi, vt pudeat peccata fateri, & propterea vel omnino à sacramento abstinere, vel saltem, quæ grauiora, & dictu nefanda iudicet, silentio prætereat, & præsertim enenire solet, quod mulieres aliquis sceleris in priori confessione oblitæ, iterum ad sacerdotem non audeant redire, quòd vereantur, ne vel in suspicionè magnæ improbitatis populo veniant, vel singularis religionis laudem quarere existimentur, † monet Catechismus, quòd posteriori huic malo remedium adhibeatur, populorum publicè, tum priuatim esse docendum, neminem tanta memoria esse, qui omnia sua facta, dicta, & cogitata me-

81

82

83

84

inferiores prælati episcopis non excepti, sed episcopo immediatè subiecti proprium Episcopum pœnitentiariū habent, vel eius Vicarium, cui fateri tenentur, videlicet, Abbates, Præpositi, Decani, & Archipresbyteri rurales, alij clerici, qui non sunt prælati, suis prælati, vel decanis, vel parochis fateri debent, non autem sibi inuicem, nisi prælati accedente licentia tacita, vel expressa, & quæ omnia Cardinalis Hostiensis quidem sic prosecutus est, Siluester autem, & Angelus, & alij repetierunt. g

Eorum autem, qui peregrinantur, prius sacerdos dicitur is, sub cuius cura existunt, tunc cum pœnitentiæ sacramentum exercere volunt, quamdiu ibi morantur, quamuis non longam moram ibi contraxerint, unde & in hoc numero cœsentur mercatores, dum sunt in peregrinatione, ut mercetur, & stipendiarij, qui ad buccinæ clangorem, vel tympani strepitum mutare hospitium, & quocumquē ius si fuerint, proficisci è vestigio tenentur, h nec puto, hic requiri, ut maiore anni parte saltem eo in loco morā traxerint, vel saltem in Paschate resurrectionis, quod hoc negotium pœnitentiæ exercendæ concernit, quamuis Angelus Clauusinus crediderit, non aliàs posse huiusmodi homines hunc sacerdotem proprium habere, quàm, si vel maiori parte anni, vel saltem in paschate apud eum habitauerint, qd' fortè Angeli pronuntiatum posset cōcedi, † si illi peccato aliquo irretiti essent, quod ordinarij ipsorum sacerdotes sibi reseruasset, necessitate urgente autem, scilicet in mortis articulo, possent etiam à reseruatis absolui, † & vbi ab Episcopo licentiam peregrinandi assecuti essent, viderentur simul et, alijs consentienti licentiam, & soluendi casus reseruatos habuisse, ut quidam putauerunt, † Qui verò iter sine licentia susceperunt, non possunt, dum in itinere sunt, alij, quàm cathedralis ecclesiæ curatori peccata fateri, idq; tempore paschatis, & necessitate impellente, moram autem non patiente periculo etiam parochus sacerdos loci ipsius in quo peregrinus æger iacet, absolue-

179

180

h

181

182

183

re

re eum, & sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum propinare a posse, † rectè igitur, & consultè faciunt, qui peregrinationem votiua suscepturi sunt, priusquam pedem extra limen vrbs efferat, ad episcopum, vel sacerdotem suum, aut etiam ad vtrumque accedunt, veniam, & benedictionis munus ab eis petunt. i

184 Illi autem, qui non ita incertarum sedium sunt, quamuis domo absint, sed habitationem tamen aliquam habent extra proprios lares, cuiusmodi sunt Mercatores, Scolares, & famuli, cæteri que mercenarij, si à proprio domicilio sic absint, ne possint commodè in paschate, vel necessitate urgente illuc ire, possunt huic sacerdoti, sub quo morantur, peccata fateri, & ab eo solui, quamuis tutius credantur, se gesturi, si à proprio sacerdote licentiam obtinuerint, in sin commodè ad ecclesiā sui domicilij ire possint, in ea potius hoc sacramentum exercere debent. c

186 Qui verò duobus in locis aequè paratum domicilium habet, & modò hic, modò ibi habitare consueuerunt, puta alterum æstate, alterum hieme locum incolentes, possunt vtrouique sacramentum, vbi reperi fuerint, pœnitentiæ actitare, verum, si alterum ex his longè frequentius quis colat, alterum autem (puta) rus & villam quibusdam diutaxat paucis anni diebus habitare, animi aut negotiorum etiam gratia, puta in aliqua ætate, vel autumni parte consueuerit, & si fortè ibi inueniatur paschatis tempore, non tamen ei licebit, loci illius sacerdoti peccata fateri, sed proprium & consuetum vrbsani domicilij sacerdotem adire debet. d

187 Principum autem secularium Iudices proprii erunt audiendis, & soluentis eorum delictis, episcopi illi, quorum in vrbe sedes regni locata erit, id est, in qua rex vrbe inungi, & consecrari solet, quamuis alibi moram frequentius trahere soleat, † sed Imperator, & Imperatrix, pluresque etiam Reges proprijs capellanis confiteri solent, alij quidem eorum ex consuetudine, alij verò ex priuilegio à sede Apostolica eis concessa, & alij pariter principes Regibus inferiores primam

& principem ditionis suæ vrbe in domicilio suum habere, & episcopo illius fateri debent, vel, si nulla suarum vrbiū alijs præmineat, poterit à quouis eorum Episcopo ad sacramentum accipi, vel manumitti, ut alijs confiteatur, at si nullam quidem in ciuitatè dominium quis habeat, sed in castra, vel oppida plurium diœcesium, illius episcopi licentiam habere curabit, cuius in diœcesi præcipuum domicilium, vel magis frequentem stationem habebit. Plurium verò oppidorum eiusdem diœcesis dominus hunc ordinarium sacerdotem parochum habet, cuius in oppido frequentius, firmiusque domicilium habet, vel, si plures ibi sacerdotes parochi existant, principales eorum agnoscat, præter episcopum. Magistratibus autem fungentes, & legationibus apud Principes viri seculares, quibus in vrbus vel oppidis, & locis domicilium suum elegerint, eorum pariter locorum sacerdoti parochi subiecti erunt, vel ei, ad cuius locum diuersari eos contigerit, vbi nullam certam stationem posuerint, sed tantum prouinciam circuit; & lustrare soliti sunt, ut ex Petro Paludato, & Hostiensis non malè Siluester edocuit. e

Et hi quidem omnes iurisdictionem ordinariam habent, & omnes alij præterea, (ut ait Petrus Paludatus à Siluestro citatus) quicumque ad curam animarum electione præcedente, admisi fuerint, aut qui officium aliquod exercent, animarum curam inuicem habens, & quibus curatoris animarum vicis agere lege, vel consuetudine competit, Pœnitentiarij quoque Episcopi decreto in Cathedrali ecclesia constitutus potest interdum ordinarius dici, si huiusmodi munus præbendæ, quam ipse habet, inuicem, annexumque fuerit, ut ait præcitatatus Siluester, f hinc, cum sacris Tridentinis constitutionibus cautum sit, Sessio nis vigesimæ quartæ capite nono, ut in omnibus Cathedralibus ecclesijs, vbi commodè id fieri possit, pœnitentiarius aliquis cum vrone præbendæ ab episcopo instituat, qui magister sit, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia, vel iure canonico, & annorum qua-

a Hostiens. in sum. de pœnit. ver. confessor. l. q. i. i.

b Innoc. in d. c. omnis. gl. in clem. dudum. de sepult. Siluest. vbi sup. q. x. ad fin.

c Siluest. vbi supra.

d Hostien. in sum. de pœnit. ver. confessor. l. q. i. i.

e Siluest. vbi supra.

f Siluest. vbi sup. q. 4.

Ang. verfi. confeflio. 3. nu. 16. Silueft. 10 ver. 2. q. 3.

b no. in l. i. ff. de off. eius.

Ang. verfi. confeflio. 3. nu. 28. ad fl.

d Sil. ver. cõfessor. 2. q. 4.

e Silueft. ver. confeflor. ij. q. ij. Ang. verfi. confeflio. 3. no. 17. Pau. leax. d. cle. dudum.

f Ang. ver. cõfessio. 3. q. 21.

quadraginta, vel qui aliàs aptior pro loci qualitate reperitur, qui, dum cõfessiones in ecclesia audiet, interim præfens in choro cenfeatur; hanc ego pœnitentiarium crediderim ordinariam iurisdictionem habere, ideoq; & alteri delegare, & committere aliquã ex caulis ad te delatis posse, non secus atque cœteri sacerdotes ordinarij omnes possunt causas meri imperij habentes, vt ait idem Silueft. ex eodẽ Paludat. hinc & in aliena diœcesi more omnium ordinarij audire, & soluere subditos suos possunt, quia in voluntaria iurisdictione territorium nullius lædi cenfeatur. A Religijs t̃ autem illi quibus tam lata potestas, vel singulis, vel eorum ordinum confeflorijs quibuscumq; sacerdotibus cõcedi priuilegijs Pontificijs consuevit, confessiones quorumcumque ad se vnde quaque accedentium audiendi, & à quibuscumque delictis, & excommunicationibus soluendi, si quidem hanc potestatem cõmuni iure, idest, constitutione inserta inter alias communes habent, non possunt non ordinariam potestatem habere, quapropter, cum in concilio Viennẽsi constitutione Clementis Quinti incipiente, dudum, de sepulchris statutum fuerit, vt ordinis prædicatorum, & minorum religiosi, qui electi ad hoc fuerint, in suis ciuitaribus, & diœcesi, cõfessiones subditorum suorum confiteri sibi uolentium audire liberè valeant, & confitentibus pœnitentias salutaris imponere, & absolutionis beneficium impendere, ordinariã potestatem proculdubio habere existimãdi sunt, & seu ab ipsis prælatis admisi fuerint, seu in eorum contumaciam à iure ipso accepti; quare post licentiam à iure, vel ab homine datam, reuocari non possunt per ordinarium, nec morte ipsius ordinarij potestas eorum cessat, non tamen curatores animarum dici possunt, sed veluti cooperatores potius appellari solent, quapropter congruit, ne quem soluant, vbi vident, expedire, cum ad Episcopum soluendum mittere, vt coauditores dici possint, data autem ipsis minoribus & prædicatoribus ab episcopo audienti confessiones potestas, etiam ipso

episcopo defuncto, quamdiu ecclesia illa vacat, adhuc durat, at si ad beplacitum episcopati sit concessa, morte ipsius concedenti vtique cessare eam certum est, & qui tamen à forma illa constitutione præscripta discedere non debent, & cuius formæ tres duntaxat sunt gradus, primus, quod in prædicatoribus magister, priores, prouinciales, aut eorum Vicarij, in minoribus autem ordinibus generalis eorum minister, & prouinciales ministri, & custodes per se, vel fratres, quos idoneos iudicauerint, ad præsentiam prælatorum, id est, episcoporum, vel eorum, qui dicto in loco habent, quasi Episcopalem iurisdictionem (vt Bonifacius Vitalinus, & alij interpretantur, post Panormitanum, & Cardinalem) item & eorum, qui vices episcoporum, seu prælatorum gerunt de iure, vel cõsuetudine, & sede vacante Vicarij à capitulo constituti, & se conferant in singulis ciuitatibus, & diœcesibus, in quibus loca habent, & in ciuitatibus, & diœcesibus vicinis humiliter petituri, vt fratres, qui ad hoc electi fuerint, in eorum ciuitatibus, & diœcesibus, cõfessiones subditorum suorum confiteri sibi uolentium audire liberè valeant, & confitentibus pœnitentias salutaris imponere, & beneficium absolutionis impendere, de licentia, gratia, & beneplacito ipsorum prælatorum. ¶ Alter est gradus quod post actas partes prædictas, præfecti, magistri, prouinciales, vel ministri viros idoneos, vti probatos, discretos, modestos, ac peritos eligant; Tertius, quo electos prælatis ipsis stant, vel listi faciant, ut de ipsorum licentia, gratia, & beneplacito in eorum ciuitatibus, & diœcesibus confessiones audiant, & si tamen seruatus hic ordo non fuerit, sed electio facta, electusque præfecto præsentatus, nulla ab ipso præfecto ad eligendum impetrata licentia, non idcirco irritum erit, quod factum fuerit, quamuis illum ordinem seruari congruat: & prælati ipsi, cum ad eum, possint, ordinem hunc seruari iubere. ¶ Quod si (vt ad secundum gradum redeamus) non magistri, aut priores prouinciales, in prædicatoribus, nec generalis, aut prouincialis minister in

minoribus, sed Vicarij eorum, aut Custodes elegerint, hunc Prælato ad confessiones audiendas præsentandum, constitutioni prædictæ satisfactum nõ erit, quamuis possint primo gradui satisfacere, humiliter scilicet petendo ab Episcopo, vt concedere velit, talem electionem ad confessiones fieri, si tamen contingat, illos mortuos esse, quos diximus, solos, nõ etiam eorum Vicarios, potestatem eligendi habere, videlicet, magistros, priores, prouinciales, generales, aut prouinciales ministros, hæc vtique eligendorum confessionum potestas in eis residet, qui vices dictorum ministrorum, aut magistrorum prouincialium, vel generalium gerent, quamdiu officium illud vacuum erit. Itaque Vicarij maiorem defuncto eorum præfecto, quàm uiuente eo potestatem habebunt, & priores autem prædicatorum conuentuales, quos vocant, & Guardiani minorum non tantum eligere ad constituendum idoneos viros non possunt, sed neque ad prælatos licentiam eligendi vt petant, accedere, quamuis ad vtrumque officium obeundum delegari, & constitui à prædictis prouincialibus, aut generalibus magistris, vel ministris alijsque præfectis queant, cum illi præfecti ordinariam potestatem habeant. Et in ciuitatibus, & diœcesibus tantum non etiam per prouincias, hii religiosi ad confessiones audiendas delegari possunt. ¶ Observandumque t̃ monco in dicta constitutione, præsentandos esse prælato hos, qui electi fuerint, quare, si petente episcopo, vel personaliter ad se accedant, ipsi tamen accedere noluerint, ideoque nec consensum episcopi impetrarint, non licebit eis properare, vti ab episcopo reiectis, auctoritate Apostolica officium confessionum audiendi exercere, quandoquidẽ partes sunt episcopi, eos examini subijcere, & an idonei sint, excutere, quod sine eorum presentia fieri non potest, & quamuis Angelus Clauasius aliud male quidem (vt mihi videtur) consultus docuerit. ¶ Et, quãuis episcopus, cum aditur, intra ciuitatem, vel suam diœcesim non existat, nihilominus potest auctoritatem suã

impartiri, quia voluntarie non cõtentiosè iurisdictionis munus est, & quod si episcopus huius licentiæ gratia tertio aditus nihil responderit vquam, ita vt nec dedisse, nec denegasse licentiam videatur, perinde erit, ac si expressè denegasset, & censbitur licentiam ab ipso iure habuisse. ¶ Ipsi t̃ verò sacerdotes religiosi hanc licentiam assecuti, neque extra diœcesim eorum prælatorum, à quibus hæc licentiam habuerunt, neque in personis illis prælatis non subditas exercere hanc potestatem possunt, nisi aliud proprijs priuilegijs obtinuerint, in propria autẽ concedentis prælati diœcesis, quocumque loco etiam domib. laicorum priuatis, licet parochis reclamantibus, non prohibentur confessiones audire, sed neque in aliena diœcesi (vt aliqui opinantur) si domibus ipsorum Religiosorum vicinè, & valde opportunè sint, imò & quoscumque generaliter etiam exemptos, nec minus ecclesiasticos, quàm seculares absoluerè possunt, quos illi ipsi prælati in quorum diœcesi existunt, & à quibus licentiam habuerunt, ab soluere ordinaria potestate possent, & casuum quoque reseruatorum statuto, vel consuetudine episcopo nexus soluere, eos posse multi crediderunt, non tamen vt vota condonare, aut iuramenta relaxare, aut incertis personis ablata ad suos vsus vertere possint, nec illis se immiscere peccatis, quae iure communi episcopo reseruantur, cõcedendum putant, & neque vt soluere delictum possint, cui sententia excommunicationis annexa, & episcopo reseruata sit ipso iure per statutum. ¶ Quod si religiosi prædicta forma non seruata audiendi confessiones licentiã ab episcopo acceperint, non licebit eis crimina ab episcopo reseruata villo modo remittere, nisi expellerit episcopus, se concedere licentiam, perinde, ac si petita fuisset seruata penitus forma mentionis constitutionis prædictæ. ¶ Et hæc quidem ita competunt, & vt nec ipsi pœnitentes teneantur licentiam à suo paracho sacerdote impetrare, vel petere cõstituti prædictis Religiosis, nec ipsi pariter Religiosi aliã à prædicta licentiã ab aliquo petere, obligati sunt. Ad.

gl. Card. & Paul. in d. cle. dudum. Silueft. ver. cõfessor. 1. q. 1.

b Vital. in d. cle. dudum. §. ac deinde, nu. 2. & 3.

c Silueft. vbi sup. ver. priores autem.

d d. cle. dudum.

e gl. d. cle. dudum. Silueft. vbi sup. nu. 3.

f Ang. ver. cõfessio. 3. n. 13.

g Paul. Leax. in d. cle. dudum. Silueft. vbi supra. num. 4.

h Cl. Zenzel. Vita. in d. cle. dudum. §. si vero. num. 10.

i Silueft. nec. confesio. 1. q. 6.

k Sil. vbi supra. §. Ang. ver. confesio. tertio. num. 28.

l Ang. vbi supra.

m Angel. vbi supra. nu. 29.

n Silueft. vbi supra. quest. 4.

203 Addidit sacros. Synodus Tridentina Sessionis vigesima tertiae capite decimo quinto, ne quis etiam Regularis possit confessiones secularium, etiam sacerdotum audire, neque idoneus ad id reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis per examen, si illis videbitur, esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quae gratias detur, obtineat, privilegij, & consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus.

204 Delegatam est vero in poenitentialibus potestatem illi habent, quos sibi quis vel ex iure communi, vel speciali privilegio confessorius deligit. Item hi, quibus ab ordinariis mandatur, videlicet, ab episcopis, legatis, sacerdotibus parochis, alijsque ordinarijs. Urget autem necessitate, qui ad hoc ministerium accedit, ordinarius dicendus est, cum a lege hanc potestatem adipsam accipitur.

At, cum dixerimus, iudiciariam esse hanc potestatem, hinc consequens est, ut iudex hic sciat cognoscere, quicquid debet iudicare, iudicaria enim potestas hoc postulat, ut, quod debet iudicare, discernat, quapropter, si locus, & personarum, quas regit, conditio, mores, & qualitas hoc desiderant, peritia iuris canonici, & Theologiae in sacerdote requiritur, ubi fieri potest aut saltem scientia, quae pro loci qualitate inveniri potest. A. In uniuersum tamen mediocris scientia in confessorio sacerdote admittitur, talis saltem, ut de his dubitare sciat, quae non carent dubitatione, licet prompte nesciat definire. B.

Quisquis autem audiendae criminum confessioni assumatur, seu ex ordinaria, seu ex delegata potestate curam habere praecipuum debet, ne illis oculo conditionibus careat, quae ab Augustino designantur, & a D. Tho. his duobus in sacros. versibus clauduntur, v. 3. Confessor dideis, affabilis, atq; suavis, Prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus. C.

Sciendum est autem, quod, si opus, & usus venerit, ne alicuius sacerdotis aut etiam alterius personae ecclesiasticae copia haberi possit, et laicus quoque non inane, ubi mors imminet, ministerium

205

a d. c. i. §. caueat de poenit. dist. 6. ubi Nauarr.
 b Nauarr. vbi sup. nu. 31.
 c c. i. §. quib. cognitis. & poenit. dist. 6. §. 2. Thom. di. 17.
 d c. i. in prin. de poenit. dist. 6. c. quem poenitet. cod. rit. dist. 1.
 e Scot. in 4. dist. 17. q. 1. col. 10. Car. d. c. quem poenitet. Silue. ver. confessor. pri. Nauarr. d. c. i. vers. si deest sacerdos nu. 78. & 83.
 f c. i. §. laboret. de poenit. dist. sexta vbi Nauarr.
 g s. Thom. in opusculo contra impugn. religio. & in 4. dist. 17.
 h in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. Naua. in sum. c. 25. §. 1. q. nu. 137. & in ca. placuit nuna. 119. & 151.

in hoc praestabit, ut peccata etiam laetalia, nedum venialia audiat, non quidem, ut more sacerdotis laicus ipse absoluere possit, hoc enim fas ei non est, sed, ut tantum auscultet, quo facto is, qui falsus peccata sua fuerit, hoc desiderio suo consequetur ut Summo sacerdote CHRISTO peccatorum suorum remissionem, & a censuris, si quibus innodatus erat, solutionem, ex quo iudicari potest, salubrem esse omnino, & fructuosam hoc tempore laico factam confessionem, quamuis necessariam esse non credatur, si tamen is, conualecat, aut illi, quae imminere, necessitati, eripiatur, qui laico fuerit confessus, debet dato iam tempore, & commodo rursum peccata sacerdoti suo rite fateri, & ab eo solutionem quaerere, et venialia autem peccata laico aperiri posse, & eorum dari solutionem creditum est, quid necum & sine confessione, ut supra diximus, sola oratione, vel episcopi benedictione, vel aquae aspersione benedictione, & alijs modis facile deleri possint?

Minime vero gentium quis credat, posse haereticum, schismaticum, excommunicatum, interdictum, vel notarium suspensum, ita, ut nulla tergiversatione dissimulari, vel celari queat, aliumve ab ecclesia praesentem, quantumlibet arcta necessitas urgeat, hoc sacramentum auctoritatem, aut potestatem vllam habere. F.

207 Illud quoque sciendum est, et recte & prudenter se gesturum sacerdotem parochum, si cupienti subdito suo ad alium sacerdotem poenitentiae causa accedere licentiam concesserit, modo id non deprehendat fraudis causa agi, & et quamuis Angelus Clauasius doceat, debere ipsum parochum prius exquirere, ad quem ille accessurus sit, nec aliis hanc ei potestatem facere, nisi melior se, magisque idoneus aut saltem aequè bonus sit, Siluester tamen hanc distinctionem rejicit, quia potest (inquit) is, qui simpliciter bonus est, alicuius tamen ratione minus aptus esse, imò, delinquere a iure grauius sacerdotem, qui a suo parochiano sollicitè licentiam rogatus, ei negauit alteri idoneo consentendi, ut ait Sanctus Thom. n. Nec magis consentiri idem Siluest.

209

Siluester, ut iusta causa habeatur denegandae licentiae, quia proprius sacerdos satagat omnium suorum mores, & morbos discernere, ne morbos alias contagione laedant, quia (inquit Siluest.) metuendum est, ne is, qui licentiam habere non potuit, aliò accedendi indignatus & thedio affectus sacramentum poenitentiae potius omittat, quam huic exoto homini necessario confiteri, nec debent mala committi, ut bona inde sequantur. et Traditum est tamen, quod, si mos populariù hic inoleuerit, proprio sacerdote posthabito, alij, quem elegerint, sacerdoti confitendi, quamuis consuetudo huiusmodi non valeat, sine proprii sacerdotis licentia, a satis fore, si tacita saltem sacerdotis licentia accedat, cum id scies a quo animo patitur, nec repugnat. B. Dicitur etiam, parochi licentiam peti non oportere, vbi cumque, vel parochi ipsius incertitia, vel malitia (ut quia haereticum confessionis aperuisset) in causa essent, ne parochianus ei confiteri vellet, alijs causis vero si mouerentur, tamen si aliqui iustus, petenda est tamen, licet impetratam esse non oporteat, licentia. C.

211 Econtrario autem quod non debet parochus sacerdos vquam subditum suum sibi peccata confiteri volentem, quando necessitas, & praecipuum ecclesiae eum subigat confiteri, a se ablegare, & sine hoc poenitentiae solatio dimittere quod si omnino eum audire noluerit, nec alium sua vice ei de derit, cui confiteri possit, licebit exinde ipsi poenitenti alium quaerere, cui fateatur, & a quo non minus solui poterit, quam a proprio sacerdote posset, et quia sacerdos parochus tacite licentiam ei dedisse videtur, alij confitendi, quem elegerit, dum ipse has partes abire detreclauit. D. Atqui non eo tempore tantum, quo propter ecclesiae praecipuum confiteri vnusquisque teneret, verum & quodocumque parochianus suus, ut fateatur peccata sua ad eum accesserit, debet parochus sacerdos eum audire, ut scripsit Adrianus, li. octauo, post quintam questionem, multisque rationibus probat Nauarrus, quorum sententiam sequor, licet Richardus & Siluester aliud docuerint. E.

212

Item inter ceteras, quae parochus sacerdoti obseruandae sunt, cautiones, haec quoque negligendae non sunt infrascriptae, nam, si quis excommunicatus ad eum accedat, sacramentum Eucharistiam ab eo accepturus solum se ab excommunicatione praedicans, non tenetur ei sacerdos fidem habere, nisi literas exhibeat sacerdoti, qui eum soluit, & de absolutione testimonium ferentes, & quod si ex suis subditis quisquam non quidem sit excommunicatus, sed ab alio tamen, non a proprio sacerdote, qui & ipse soluendi potestatem habebat, cuique se falsum peccata sua dicebat, absolutionem peccatorum se retulisse dicat, non est a perceptione sanctissimae Eucharistiae repellendus, quamuis literas non exhibeat sacerdoti illius, cui confessus fuit, & a quo solum poenitentiae spectant, credendum est ei, qui hoc sacramentum exerceat, quamquam in his credi non debeat, quae fori iudicialis sunt, & quapropter superflua est fortasse eorum diligentia, qui neminem omnino ex suis subditis ad sacram hanc communionem admittere volunt, nisi, qui literis authenticis probet se confessum, & solutum fuisse, quae diligentia est eludi vitarique potest, si quis nullo Dei timore ornatus sit, cum is, de quo suspitio est, ne sine poenitentiae Sacramento ad sacram Eucharistiam accedat, non possit pariter suspitione vacare, ne oia peccata confessus fuerit, cur enim credamus, eum, qui non exhorrescit sine reatu sui suorum absolutionem tremendum Eucharistiae sacramentum accipere, formidaturum postea, imperfectam confessionem facere, quod absolutionem reportare possit, cui fraudi nullo pacto quavis prudentia humana occurrere potest, quare frustra totus praedictus labor susceptus videtur, nisi is homo talis sit, de quo verisimilis suspitio extet, ne per mendacium, Eucharistiam surripiat, vel nisi in manifestis peccatis voluerit, quae in conspectu omnium non sine graui scandalo appareant, ut potest verò alioqui iniquus peccator huic cautioni fraudem facere, testando, se se habere testimonialem amississe, quam a sacerdote confessorio acceperat, & quod tamen

213

a c. si episcopus. de poenit. in sexto.
 b Ab. c. conuenerunt. de officio ordin. Angel. ver. confessorio. 3. num. 31. Siluest. versio. confessor. 1. n. 15.
 c Nauarr. ca. placuit in glo. 3. de consecr. dist. 5.
 d Siluest. vbi sup. nu. 18.
 e Nauarr. in c. placuit. de poenit. dist. 6. nu. 152. Richard. in 4. dist. 18. art. 2. quesi. 3. Siluest. ver. confessor. 1. q. 18.
 f s. Thom. in quolib. silues. ver. confessor. 1. q. 17.
 g Siluest. vbi sup. ex tractat. inter cunctas. §. si super confessione. de privileg.
 h Angel. ver. confessorio. 3. nu. 32. Siluest. ubi sup. Nauarr. in c. sacerdos. nu. 86. s. Thom. in quolib. pri. art. 2.
 i Nauarr. vbi sup.

tamen in publico peccatore non credo procedere.

- 213 Tertius est poenitentiae, supremaque pars satisfactio, cuius tamen non ipse reus, qui peccata fatetur, iudex arbiter que esse debet, sed sacerdos ille, cui fatetur, hac enim etiam causa peccator sacerdoti ostendere se leproforum exemplo debet, ipsique se subiiciens moderamen, & iudicium illius cum censura expectare, & illi (ut dictum est) pronus, libensque parere, & obtemperare, nam, & si verum sit, posse vnumquemque & sponte sua pro peccatis a se patris poenitentiam suscipere, que fructu caritatis non sit, non tamen ea contentum oportet patris confessarii trutinam vitare, deinde satisfactio a sacerdote indicta, & a poenitente accepta, longe fructuosior est illa, quam sibi quisque vltro assumit, quia a sacramento calore fouetur.
- 215 Satisfacere autem est, debitum Deo honorem impendere, seu, est causas peccatorum excindere, & eorum suggestioni aditum non indulgere, seu, satisfactio, est purgatio, qua eluitur quicquid fordidum propter peccati maculam in anima resedit, atque a poenis tempore definitis, quibus tenebamur, absolui mur, duo enim sunt, quae peccatum consequuntur, nempe macula & poena, & quamuis semper culpa dimissa, simul etiam mortis aeternae supplicium apud inferos constitutum condonetur, non tamen semper peccatorum reliquiae, & poena casto tempore definita remittitur, quae peccatis debentur, quod illustribus exemplis Catechismus idem probat, sed quamuis .n. baptismi beneficio poena omnis condonetur, non tamen & beneficio poenitentiae idem consequimur, quia (ut distertè constitutione Tridentina, & catholico differitur) Diuinae Iustitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint, aliter vero, qui semel a peccati, & demonis seruitute liberati, & accepto spiritus sancti dono scientes Deum templum violare, & spiritum sanctum contristere non formidauerint, & diuinam clementiam decet, ne ita nobis absque vlla satisfactione peccata dimittantur, ut,

a Nauarr. in sum. c. 3. part. 3. prin.

b Catechism. in tit. que ratio in orando requiritur. in fin.

c reg. peccatum.

d ca. cum. no. iurata. vbi Felyn. de sent. excom. no. pen.

occasione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurij, & contumeliosi spiritui sancto in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die irae.

218 Confessarii igitur sacerdotis post auscultata poenitentis delicta haec partes erunt, illum absolueret, satisfactionem erga Deum iniungendo, quam orationibus, ieiunijs, & elemosinis, & alijs poenis seu corporis afflictionibus seu misericordiae operibus, seu spiritualibus implet, nam & vigiliae, & peregrinationes, aliaque corporis afflictionae, ieiunium concernunt, opera corporalia misericordiae elemosinam; spiritualia orationes dicuntur, a auaritia enim peccatum congruis elemosinis, incontinentiae crimen ieiunijs, linguae orationibus expiatur, oratione enim Deum placamus, elemosina proximo satisfacimus, nos vero ipsos ieiunio castigamus, si quicquid aduersus Deum, & proximum, & aduersus nos ipsos peccauimus predictis modis mulctatur, & castigatur, quamuis & quilibet horum suppliciorum species, quodlibet genus delicti expiare possit, a Inprimis tamen, proximo ut satisfiat, qua in parte laesus fuerit, curare debet, exultationem & famam ante omnia bonam ei ademptram, vel corruptam, & rem restituendo, quia dictum est, nemini peccatum remitti, c qui male ablata non restituerit, c & nimium differre illam sine reatu exiti non potest.

Neque male ager Confessarius sacerdos, & si, quae confessus quis hoc sacramento fuerit, aliena habere, ut dominis eorum restituat, vigente necessitate ipse sibi commendata acceperit.

219 Poenitentia autem publica a sacerdotibus confessarijs numquam, ne peccator detegat, in foro autem exteriori admodum parca, nec nisi ex peccato publico imponenda est, quamuis & eam quandoque iniungi expediat; & semel imposita reuocari ab alio sacerdote nequit, vel mutari, quae poenitentiae species ideo inuenta est, ut ceteri, quibus peccatum notum esset, simul etiam supplicij propter illud in dicti certiores fiant, & hoc moniti peccatum diligentius vitent, sed & nonnumquam etiam in occultis criminibus

que grauiora essent, fieri solitum erat, ut Catechismus docet. Quamuis enim Apostolus inquit, publice peccantes palam esse corripiendos, non eo tamen sit, quin & quandoque argui publice etiam eos conueniat, quorum peccatum publicum non sit: Concedit tamen sacros. Synodus Tridentina cap. 8. Sessionis 24. auctoritatem Episcopo, publice hoc poenitentiae genus in aliud secretum commutandi, ubi ita iudicet expedire, quam Constitutione auct. Nauarrus in manuali cap. 8. in titulo de sigillo confessionis, versiculo undecimo, minime de confessarijs intelligi posse, ne sic per huiusmodi publicam poenitentiam frangat sigillum confessionis.

220 Nulla autem delicti, quantumlibet grauissimi species dari potest, quam non sacerdos quilibet parochus auctoritate ordinaria condonare possit, nisi ipsius remittendi potestatem Pontifex Maximus, vel Episcopus sibi ipsis seruauerint, alij adimendo: Cum tamen Sum. Pontifex, vel Episcopus aliquem sibi casum excipit soluendum, non de crimine ipso tollendo, sed de auferenda excommunicatione exaudi debet, quod latius in Titulo de Episcopo, de clarauimus.

221 In articulo autem mortis imminenti nullus vniquam casus exceptus ceteris, qui solui non possit, & articulus mortis dicitur, cum quis ita graniter decumbit, ut medicorum, aliorumque prudentium iudicio tam breui seclaturo moriturus, ut eo tempore adire paratus pro absolutione verisimiliter a non possit, quin etiam scripsit Ioan. Andrea, cuiusque confessarij sacerdoti licere in foro poenitentialem etiam indulgentias (ut vocant) nequum ad xl. dies more episcoporum, sed & centum, & plarium etiam concedere, si opus esse arbitratus fuerit.

222 Potest etiam quis pro altero hanc poenitentiae extremam partem, quae est satisfactio, subire (quamuis duas priores pro se quisque non pro alio prestare debeat) quod Symboli Apostolorum verbis illis significatur, (sanctorum communionem) illis satisfactorijs operibus, exceptis, quae veluti medicinae, & curationes quaedam poenitenti ad sanan-

dos prauos animi affectus praescribuntur, cuius quidem fructus; & vtilitatis participes non fieri illos, qui non se, verum alieno ministerio satisfaciunt satis perspicuum est, ut idem Catechismus dilucide exponit.

224 Potest Episcopus (ut alijs monuimus) ex causa tamen, aliquorum criminum soluendorum, sibi ius & potestatem seruare, sed, ne ipsum Episcopum absolutionis gratia adire semper sit necessesse, constituit eadem sacros. Synodus in dicto capite octauo, ut in omnibus Cathedralibus ecclesijs, ubi id fieri commode possit, poenitentiarius aliquis cum vniuersa praebende ab Episcopo instituitur, qui magister sit, vel Doctor, aut licentiatas in Theologia, vel iure canonico, & annorum quadraginta, seu alia, qui aptior pro loci qualitate inueniatur, qui, dum confessiones in ecclesia auget, interim praesens in choro censetur.

225 Sacramenti huiusmodi quanta vis, & virtus sit, ex his, quae initio huius tractatus libata sunt, percipi aliqua ex parte potest, cum dixerimus, esse tabulam rescindam in naufragio, cuius auxilio seruari quis in naufragio potest, & humida vestimenta in templo omnipotenti Deo suspendere, & per eam Deo, quem peccatis nostris offendimus in gratiam redire; liberat enim a culpa, seu a morte ob peccatum nobis imminente, unde & Dei gratia (ut diximus) peccato amissam restituit, retentamque adauget, & poenam inferni aeternae poena ignis purgatorij, vel huius seculari temporaria commutat, & ipsam quoque temporariam poenam tollere, vel minueret potest, laetam salutis aeternae spem condonans, dum impedimentis omnibus semotis liberat, ad paradisi iam nuam accessum parat, acta prius tamque satisfactione, quam supra diximus.

226 Absolutionis forma, & ordo, seu ritus hic est, ut confessarius sacerdos, prius poenitentem ab excommunicatione, si qua innotatus sit, cuius ipso potestatem auferenda habeat, ante omnia absoluat, cogendo eum, ut iuret, praecipis ecclesiae parere, atque ut parti laesae satisfaciatur, ubi notoria sit laesio, cum expensis, vel pignora, aut cautionem de satisfaciendo praestet, ubi sa-

a Nauarr. in sum. c. 26. §. ij. tit. quemadmodum. conf. ger. se deb. in prin.

b Io. Andr. in sex. lvan. Panijus in frac. de episc. q. 4. par. pri. in si. nu. 7.

tisfacere non possit, vel iuret, satisfacturum se quam primum, si pignora, vel cautionem date nequeat. Sin pote statem absolventi ab excommunicatione non habeat, nullo pacto a peccatis absolvere debet, nisi ille prius fuerit absolutus ab excommunicatione ab eo, cui illa potestas sit, vel potestatem ad se legitimum attulerit, qua solvere eum possit, quo peracto, vel, si nulla deinceps sit excommunicatione, tali tamen peccato irretitus sit, quod ipse confessatus remittere non possit, a reliquis solvere, quorum ipse potestatem habeat, grauioribus ad presulem maiorem ablegatis, nisi ab illo, hanc auctoritatem nactus sit. In absolutione autem ne dicat, quod eum absoluit ab his, quorum contritionem habet, peccata enim plena sunt, verba, quando quidem, & illa de quibus tantum attritus est, in absolutione veniunt.

Illa autem verba, videlicet, Passio Domini nostri Iesu Christi, & cetera, necessaria, quidem non sunt, non tamen frustra adijciuntur, a quemadmodum & illa non frustra adijciuntur, licet minime necessaria, videlicet, Misereatur tui & cetera, illa Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & c. Sic, & manum capiti imponere, in absolutione incallum laborat sacerdos. Forma igitur absolutionis haec ipsa est, Ego te absoluo. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: neque tamen eam formam inutilem putat Nauarrus, videlicet, Absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quae mihi confessus, quaeque oblitus es, cum omnibus circumstantijs, quia (inquit) sic confessarij simpliciores admonentur, non solum vt a peccatis sibi nudatis absoluant, sed etiam ab his, quae non reticuisset, modo sibi ad memoriam redijissent, cum suis circumstantijs, quia receptam ait sententiam, posse aliquem a peccatis oblitum sol

b. m. b



a Nauar. cap. 26. ii. quomo. conf. se ger. de bi. post Summi stas.

b Nauar. c. i. in prin. nu. 3 t & seq. de pœnit. dist. 6.

DE SACRAMENTO

Eucharistiae. Tit. V.

EPITOME.

PRÆMISSIS nonnullis, quibus hic titulus cum superiore coniungitur, traditur vocis huius, Eucharistia significatio, & plura alia ipsius nomina, eorum omnium ratione reddita. Inde ex qua materia fiat panis consecrandus, cur ex azimo, plures granorum species discentur, ex quibus dubitari poterat, an confici sacramentum posset, dehinc de consecratione vini, quale vinum esse debebat, cur aqua immisceatur, & cur modica. Quis insuper hoc sacramentum, quis eius sit vtilis, qui honor habendus illi. A quibus conficiatur, vel ministraretur, quotupliciter sumi dicatur. Qua forma sacramentum panis, & qua forma sacramentum vini fiat: & singula verba perpenduntur, & declarantur, plures inde emergentes questiones deciduntur. Post hæc differunt, quinam sacramentum hoc sumere teneantur, & sub qua poena, & ecœtia, quibus dari non debeat, quid de parulis, amentibus dilucida interualla habentibus, peccatoribus notorijs, vel occultis excommunicatis, histridionibus, magis, pugnantibus in duello, damnatis ad mortem, Demoniacis, infidelibus, Catechuminis, pollutis proxima nocte, fluxum patientibus, somnio hesternio turbatis, non ieiunis, an possit inquam panis non consecratus dari, pro consecratio, & tandem aliqua huius sacramenti mira edocentur. potestatem eius effectus, & vtilitates.

SVMMA RERYM.

- 1 Eucharistia purum innocentemq; hominem seruat.
- 2 Sacramentum Eucharistia ceteris sacramentis præstantius, & qua in re.
- 3 Baptismus quare alijs sacramentis antecedit.
- 4 Confirmatio & ordo cur alijs sacramentis sint digniora.
- 5 Eucharistia vocis significatio.
- 6 Eucharistia cur bona gratia dicatur.

7 Cur

- 7 Cur dicatur gratiarum actio.
- 8 Cur appelletur communio.
- 9 Pacis, & charitatis sacramentum cur dicatur.
- 10 Viaticum unde dicatur.
- 11 Cœna Domini cur dicatur.
- 12 Eucharistia sacramentum ex qua materia fiat.
- 13 Cur ex azimo fiat.
- 14 Sacramentum consistit, licet farina non sit azima.
- 15 Conscientes sacramentum ex pane fermentato puniuntur præsertim latini.
- 16 Materie quantitas in conficiendo sacramento definita non est.
- 17 Triticum solum aptum est conficiendo panis Eucharistia, non alia grana.
- 18 Quid de siligine spelta ordeo farre oriza.
- 19 Pasta non debet sumi ad conficiendum hunc panem.
- 20 Neque ex pane corrupto.
- 21 Neq; ex tritico cui alterius generis plura grana admixta sint, quam tritici.
- 22 Aqua naturalis sola adhiberi potest, non alia.
- 23 Sanguinis sacramenti quae sit materia.
- 24 Aqua vino cur misceatur in conficiendo sacramento sanguinis.
- 25 Cur modica esse debeat aqua in hoc sacramento, & minor vino.
- 26 Sacramentum sanguinis valebit etiam sine immixtione aquae.
- 27 Sacerdos tamen peccat mortaliter si ex magna negligentia aquam omittat, secus si ex leue.
- 28 Aqua maior copia, quam vini sacramentum vitiat, ne confici possit.
- 29 Aqua infundenda est, eo temporis puncto, quo faciendâ est consecratio.
- 30 Vino deficiente ob locorum qualitatem quid faciendum.
- 31 Sacramentum Eucharistia non consistit in usu fidelium, sed in consecratione.
- 32 Vinum quale esse debeat huic sacramentum conficiendo.
- 33 Sacramentum hoc quis instituerit, & quando, & quibus verbis.
- 34 Canonis Concil. Trid. circa sacramentum Eucharistia.
- 35 Eucharistia est sacramentum etiam ante usum.
- 36 Corpus Christi est etiam sub specie vini, & sanguis sub specie panis, ubi sunt consecrata non tamen ex virtute, con-

- secrationis, sed connexionis, & concomitantia.
- 37 Sacramentum Eucharistia non solum est rei sacra signum, sed est res sacra.
- 38 Eucharistia sancta tres significationes
- 39 Latrig cultus sanctiss. Eucharistia sacramentum debitus.
- 40 Processiones Corporis Christi singulis annis faciendâ.
- 41 Sacramentum hoc seruandum in Ecclesijs.
- 42 Non tamen monasterijs monialium.
- 43 Sacerdotes soli conficiunt hoc sacramentum, & ministrant.
- 44 Diaconi tamen & inferiores quandoq; ministrant.
- 45 Sacerdotes dant Eucharistiam his tantum qui sunt ex sua parochia.
- 46 Religiosi dantes Eucharistiam sine licentia sacerdotis excommunicantur.
- 47 Excommunicati vel interditi, & alij similes an conficiant sacramentum.
- 48 Sacramenta conficiuntur autoritate Christi non merito ministrorum.
- 49 Plures sacerdotes an possint eandem hostiam simul consecrare.
- 50 Clerici inferiores, & laici possunt sumere sacramentum.
- 51 Sacerdotes conscientes debent etiam se communicare.
- 52 Laici Eucharistia sumere debent de manu sacerdotum.
- 53 Eucharistia sacramentum triplici modo sumi potest.
- 54 Peccatores sumunt sacramentaliter.
- 55 Desiderio accipitur spiritualiter.
- 56 Sacramentaliter, & spiritualiter sumunt iusti, ubi communicant.
- 57 Excommunicantur dicentes numquam sumi spiritualiter, & sacramentaliter simul.
- 58 Forma sacramenti panis.
- 59 Verba illa, Accipite, & Manducate, non sunt de forma consecrationis.
- 60 Coniunctio, enim, non est de substantia consecrationis vini.
- 61 Sacramentum conficitur, licet nemini administrandum sit.
- 62 Forma consecrandi vini.
- 63 Coniunctio, enim, non potest omitti sine peccato.
- 64 Verba addita sine inductione erroris non impediunt consecrationem
- 65 Pronominis, Ille, significatio in consecratione.

V u 2 66 Rg8

- 66 Res consecranda coram esse debet :
- 67 Pars hostiæ consecrari potest sine altera & quomodo.
- 68 Hostijs pluribus existentibus coram sacerdote consecrante, quàm ipse crederet, an sint omnes consecratae.
- 69 Verba consecrationis vini singula expendantur, & declarantur.
- 70 Hic est calix sanguinis, cur dicatur, nõ autem, hic est sanguis.
- 71 Novi testamenti verba cur posita in consecratione vini.
- 72 Aeterni verbum, cur positum.
- 73 Verba, pro vobis, & pro multis, cur posita in consecratione panis.
- 74 Quid predicta verba significent.
- 75 Prolatio verborum substantialium sufficit in consecratione.
- 76 Omnes Christiani doli capaces debent semel in anno sumere Eucharistiam.
- 77 Non communicantes se in Paschate arcentur ab ingressu ecclesie.
- 78 Non tamen excommunicantur.
- 79 Negantes nõ teneri omnes doli capaces ad communicandum, vt supra, excommunicantur.
- 80 Frequentius olim Eucharistiam sumere quis tenebatur.
- 81 Clerici inferiores sacerdotibus, & laici non communicant sub vtraque specie.
- 82 Corpus totum est sub alterutra specie.
- 83 Moribundi an teneantur sumere Eucharistiam.
- 84 Obligati ad celebrandum missam certis diebus tenentur etiam illis diebus sumere Eucharistiam.
- 85 Monachi, & moniales debent singulis mensibus sumere Eucharistiam.
- 86 Obligatus est quis ad communicandum certis diebus ex statuto suæ societatis.
- 87 Laici benefaciunt communicantes frequenter.
- 88 Frequentationis tamen norma dari non potest certa.
- 89 Natura qui impediatur sumere Eucharistiam.
- 90 Parvuli carentes usu rationis non debent sumere Eucharistiam.
- 91 Olim contrarium observatum quandoque fuit.
- 92 Aetatis meta certa dari non potest sumenda Eucharistia.
- 93 Amentes quandoque impediuntur natura, quandoque casu Eucharistia sumere.
- 94 Dilucida intervalia habentes possunt sumere

- mere Eucharistiam.
- 95 Habentes debilem rationem non possunt communicari.
- 96 Peccatores notorii non possunt coicari.
- 97 Quid si ageant penitentiam publicam vel priuatam.
- 98 Crimina publica non sunt redarguenda priuatè.
- 99 Eucharistia quandoque, deneganda est etiã peccatori occulto.
- 100 Peccatores non debent sumere Eucharistiam sine confessione.
- 101 Excommunicatis non est danda Eucharistia, neque, interditi, suspensis, & similibus.
- 102 Histriones non possunt sumere Eucharistiam, nec alij magi.
- 103 Nisi post derelictam artem, & actã penitentiam
- 104 Singularem certamine certantibus nõ datur Eucharistia
- 105 Damnatis ad mortem non denegatur Eucharistia.
- 106 Clemens. i. de penit. an extendatur ad sacramentum Eucharistia.
- 107 Damnati ad mortem an possint sumere Eucharistiam eadem die qua morituri sint.
- 108 Confugientes ad sacramentum Eucharistia an inde extrahi possint ad carcerem vel supplicium
- 109 Demoniaci an sint privadi Eucharistia.
- 110 Infideles, & Catholomeni Eucharistiam sumere non possunt.
- 111 Pollutionem nocturnam passi an communicari possint.
- 112 Virgens causa, quæ dicatur celebrandi missam.
- 113 Pollutio procedens sine aliquo peccato non impedit communionem.
- 114 Suspicio quilibet etiam levis peccati in pollutione debet quem monere, vt abstineat à communionem eadem die.
- 115 Coitus legitimus an impediatur sumptionem Eucharistia illa die.
- 116 Coitus cum vxore propter cupiditatem quatenus impediatur sumptionem Eucharistia.
- 117 Mulieres menstruatae, vel nõ purificatae à partu non prohibentur sumere Eucharistiam.
- 118 Fluxum sanguinis, vel seminis patientes an prohibeantur.
- 119 Somnium homicidij, alteriusve criminis an impediatur.
- 120 Eucharistiam sumere volens debet esse ieiunus.

121 Panis

- 121 Panis non consecratus nõ debet ex quaeris causa alicui dari tamquam consecratus.
- 122 Eucharistia sumpta non in corpus Christi conuertit.
- 123 Corpus Christi cum suis membris totum est in Eucharistia, licet etiam sit in celo.
- 124 Non tamen est in hostia, vt in loco.
- 125 Substantia panis conuertitur in substantiam non in magnitudinem corporis Christi.
- 126 Panis & vini substantia nulla remanet post consecrationem.
- 127 Transubstantiatio quæ dicatur.
- 128 Species remanet sine subiecto in Eucharistia.
- 129 Hostia putrescente vel resoluta non paritur corpus Christi.
- 130 Panis non tamen conuertitur in animã rationalem Christi.
- 131 Corpus Christi non augetur per multiplicationem hostiarum.
- 132 Corpus Christi est in qualibet minima parte hostia consecrate.
- 133 Fructus & vtilitates Eucharistia sumpta.
- 134 Eucharistia sacramentum fonti comparatur, alia vni.
- 135 Eucharistia vires animæ adauget.
- 136 Peccata venialia remittuntur Eucharistia.
- 137 Preseruat à peccatis.
- 138 Libidinem carnis cohibet per charitatem.
- 139 Peccata etiam mortalia, delet, quorum conscius est.
- 140 Prodest etiam alijs.
- 141 Hostia, quæ consecrantur, vt sumatur, extra missam non dicuntur sacrificiũ,

quo & Angeli fruuntur, & viuunt, educat, firmat, impinguat: hoc autem sacramentum cetera vitæ; sacramenta omnia dignitate sui antecellit, a quauis baptismi sacramentum vti Ianna & principium ad alia, confirmatio autem & ordo sacer conferentis auctoritate, & dignitate præstantia sint, quæ quidem vox Eucharistia graeca est, latinè autem, vel bona gratia, vel gratiarum actio reddi potest, bona quidè gratia merito appellatur, quia Christum Dominum, quæ vera gratia est, in se continet, & quia vitam æternam, quæ Dei gratia est, præsignificat, Gratiarum quoque actio non minus rectè dicitur, quia, cum hanc purissimam hostiam immolamus, immensas quotidie gratias pro viuente in nos beneficijs Deo agimus, atque in primis pro eius gratiæ tam excellenti bono, quam nobis hoc sacramentum tribuit, Communio quoque appellari, & quidem magis vtitato vocabulo etiam plebis folet, c quod non abhorret à verbis Pauli Apostoli in. j. epist. ad Cor. ca. x. v. c. 3. Calix benedictionis, cui benedicimus nonne coicatio sanguinis Chr. est & c. quia. hoc sacramentum Christus nos copulat, coniungit, conciliat, eius carnis, & deitatis participes efficit, & veluti vnum corpus coagmentat, vt Damascenus ait. Sed & pacis, & charitatis sacramentum nonnumquã dici solet, quia hoc sacramentum pacem, & charitatem maximè profitemur. Viaticum quoque dicitur, quia hoc spirituum cibo in vitæ huius peregrinatione sustentamur, & quia nobis viam ad æternam gloriam, & felicitatem munit.

Item cœna dominica, q̄ in illo nouissimo cœnæ salutari mysterio à Christo Dño sit instituta. d̄ Estq; hoc sacramentum ex parte quidem sub specie panis, & sub specie vini partim corpus, & sanguinem Domini significas, sed vnum tamen sacramentum in substantia. Efficitur sacramentum panis, & Corporis D. N. I. C. ex similit. pura farina tritici, non alia ex materia, & eaq; azimo, quia azimi panis cõsecratio in tegetati, & mentis munditiæ cõgruit, quam fideles ad hoc sacramentum afferre debent. Neque tamen ea azimi qualitas adeo necessaria existimanda est,

a c. nihil. vbi gl. & Doct. de consecr. dist. 2. c. multi; §. mysterium. i. q. i. vbi glo. ver. quid melius.

b d. c. multi; §. mysterium.

c Sum. Ange. ver. Eucharistia. in prin. sil. in d. loco.

d Catechism. sub hoc tit. c. hoc sacramentum de consecr. dist. 2.

e ca. in sacramento. de consecr. dist. 2. Sum. missa. & Catechis. sub hoc tit.

vt. si illa pani desit, sacramentum confici non possit, cum vtrumque panis genus verum, & propriam panis rationem, & nomen habeat, † quamquam

15

a Summist. & Catechism. vbi supra. c. l. i. teras. de celeb. miss.

nemini impunè, & sine peccato lætali priuata auctoritate, vel potius temeritate laudabilem ecclesie suæ ritum immutare, atque eo minus id facere latinis sacerdotibus permissum est, quibus præterea Pontifices Maximi præceperunt, vt ex azimo tantum sacra myste-

16

b Angel. ver. Eucharistia. q. 2. & seq.

ria conficerent. A Quamquam multa autem materia ad sacramentum conficiendum vti oporteat, distinctum non est, cum illorum etiã certus numerus defini-

17

c Siluest. ver. Eucharistia. q. 4.

ri nequeat, qui aut possint, aut debeant sacra mysteria percipere, vt Catechismus docet, † Ex alia verò, quam tritici, specie grani quisquis sacramentum hoc conficere voluerit, nihil omnino ager, neque enim conficiet corpus

18

CHRISTI. † Sed dubitatur, an siligo, orleum, & far, oriza, & spelta sub tritici vocabulo in hac materia contineantur, nam Diuo Thomæ quæstione septuagesima quarta visum fuit, siliginem quoque contineri, ea potissimum ratione, quia non semel ex semine tritici hæc quoque nascatur, & non paruum cum tritico similitudinem habeat, constetque, omnia genita eiusdem speciei semper esse cum eo, à quo generantur, quæ tamen ratio in siligine illa tantum concludit, quæ ex tritici semine producta est, quod ex qualitate telluris, in qua iactum est semen, prouenire potest, vel ex anni mala tēpeltate, non ergo in siligine illa pariter concludit, quam siliginis semen producit, quod, quia magis frequens est, naturæque magis consentaneum potius spectandum est, neque videtur, si lignem ex tritici semine ortam ejusdē esse speciei cum tritico, cū diuersum nomen sortiatur, & longè diuersum colorem, bonitatem, & saporem, vnde multi sequuntur Richardum, Angelum à Clauasio, & Rosellum, qui negant, ex huiusmodi grano confici sacramentum posse, licet Petrus de Palude, Albericus, & Siluester à Diuo Thomæ accesserint cui, & Ego libentius accedo. De farre autem, quod adcoreum quoque appellatur, & de hordeo, ac spelta confici posse aiunt, Petrus de Pa-

19

munioni se ingerendo, nam, quod ve-
niale

niale saltem committat, nemo ambi-
git, sed & hunc tamen Ioannes de Sa-
xo, Petrus Paludatus, & Angelus & Sil-
uester credunt, mortalem culpam nõ
incidere, sed Diuus Thomas aliud sen-
a sit, cui tutius est, adherere.
112 Sine contritione autem & confessione,
vbi nulla necessitas cogat, nõ posse no-
cturna pollutione sic foedatum, citi-
lotaleni culpam sacramentum hoc su-
b mere apud omnes in confesso est. n
b Si verò hanc pollutionem nulla causa
moriferi criminis, sed venialis tan-
tùm præcedat, sacramentumque ip-
sum virgente necessitate suscipiat, nul-
lum omnino crimen contrahit, sed
si necessitas nulla hoc suadet, venia-
li peccato se lo obstringat, conuulsio-
nem hanc sumendo eadem die sine cõ-
c 113 tritione, & confessione, e
Virgense autem dicitur causa, si sacer-
dos in sacrificio Missæ, quam ob solen-
nitatem diei omittere non debeat, se
communicaturus est, vel, vt sacramen-
d tum conficiat ægrotò exhibendum, nõ
vel magna populi multitudo missam
cupiat, quam aliunde habere nequit,
vel principis, aut prælati alicuius ma-
gni præcepto celebrare sit necesse, vel,
vt ei obsequatur, cui non obtemperare
sit indecorum, vel, si alio sacerdo-
te deficiente in sacrificio, vices ipsius
subire oporteat, vel, si laicus, qui Euy-
charistiam suscipiturus est, ita se præ-
paratum, & corde compunctum
sentit, vt possit, quantum humana im-
becillitas patitur, animum accipere,
cenam hanc sumendi, ac denique di-
dum est, totam hæc rem arbitrio pru-
dentis viri sacerdotis confessarij per-
mitteri, quia non singula prosequi, &
e exquirere scriptores possunt. n
114 At ¶ si certum sit, nullam expiatione
dignam culpam pollutioni causam de-
disse, non erit, quod metuat, ad com-
muniuim accedere, etiam eadem die,
veluti, si ex mera demonum illu-
sione, cui nullus accessit consensus,
nec præcessit cogitatio, id contigerit,
vel, cum ex natura debilitate, vel ca-
lidiitate, quam nec cibi, nec potus qua-
litas, aut quantitas auxit, vel ex le-
sione, aut auditu, citra oblectatio-
nem, aut concupiscentiam causata est.
114 ¶ Quod si vel leuis aliqua suspitio ad-

sit, ne culpa nostra, seu graui, seu veni-
niali id nobis acciderit, tutius erit, ab
hoc sacramento eadem die abstinere,
nisi contritione, & confessione deli-
f ctorum præmissa. ¶
115 Congressus autem coniugum legiti-
mus non voluptatis, sed prolis causa
initus, cum omni peccato prorsus va-
cet, etiam eo, cui alioqui venia facile
parata est, si de sumendo corporis, san-
guinisque Dominici mysterio agat, ni-
hil impedit, sed homo is suo iudicio
est relinquendus, neque enim rectè p-
hiberi potest, qui in igne positus ne-
g scit ardere; e At, ¶ si non prolis amor,
& desiderium, sed voluptatis ardor do-
116 minetur, quamuis delictum exitiale
non committat, consultius tamen fa-
cturus creditur, si ea die sequenti hæc
sacramenti religionem, & pium quen-
dam honorem præ se ferat, vt ad ipsũ
accedere non audeat, tametsi non ipse
coniugem ad reddendũ debitum tho-
ri prior vocasset, sed potius ab altero
propocatus, interpellatusq; consensif-
set; imò & consuluerunt olim sanctif-
simi patres, vt tri duo saltem ante com-
muniuim hoc à coniugis congressu ab-
stineat, ipsaque conuiuij die, quod ex
h Cõcilio Elibertano legere licet, n nec
sine peccato veniali petere debet ead-
i dem die potest. 1 Sin peccatum lecta-
le in coitu ipso cõiugali admissum sit,
id proculdubio ante expiandum est,
K quàm celestis hic cibus sumatur. x
117 Menstruata autem mulieres, vel quæ
nondum à partu sunt purificate, nec
villus, ¶ qui sanguinis fluxum, vel semi-
nis à natura patitur, neq; alia corporis
mala valitudine affecti possunt, p-
pterea à sacramento hoc sumendo ar-
118 ceteri, n nisi ipsi proprio consilio absti-
nendum sibi censuerint, quò debitum
(vt possunt) sacramento honorè exhi-
beant. ¶ Nec quoduis etiam quãtum-
libet atrocis criminis, seu homicidij,
seu alterius imaginem sanguinis effu-
si habens, alteriusve criminis pessimi
somnia, cui non mens ad sanguinẽ,
vel crimen intenta causam dederit, po-
test quẽ ab hoc pleno Eucharistia gau-
dio summouere, quamuis tunc possit,
cum ex mentis delictio somnium or-
tum est, nisi ante sacramenti susceptio-
nem, confessus contritusq; fuerit. m

a Palud. in 4. dist. 9. sil. vbi sup. Nauar. de quinq; præce. tit. 2. nu. 51. ver. sexto, qui intra unũ diẽ.

b Sil. & Ang. vbi sup.

c Sil. & Ang. vbi sup.

d Sil. vbi sup.

e Sil. vbi sup. & Ang. & alij Summis.

f S. Tho. in 3. q. 80. & 4. di. 9. Ang. & Sil. vbi sup. & Ta. biena, & Ar. mil.

g c. vir cum p. pria. 33. di. 4.

h c. omnis ho. mo. de consec. dist. 2. vbi gl. ver. abstinere.

i Ang. vbi su. pra. nu. 44.

k Sil. vbi sup.

l c. vn. de pur. gat. post par. c. ad eius. dis. 5. sil. vbi supra. nume. 12.

m S. Thom. in 3. parte. q. 80. Ang. vbi sup. nu. 33. Siluef. vbi sup. q. 13.

120 Ieiunos quoque oportet esse eos, qui hoc cibo alendi sunt, nam, si post mediam noctem aliquid cibi sumps- rint, aliquidve in stomachum etiam medicinae gratia admiserint, ad hanc mensam non admittentur, nisi forte mors, vel frenesis iam iam super- ventura metuerentur, quod nempe ob maiorem huius sacramenti honorem; atque ut magis deuoto animo accipiantur, statutum dicitur.

121 a cuius rei etiam illud exemplum, & documē tum habuimus, quod Corpus ipsius Domini de Cruce sublatum in nouo recentique monumento conditum repositumque fuit, quamuis enim Dominus post cenam discipulis suis hoc sacramentum communicauerit, non est tamen ad exemplum trahendum, quia hoc ea ratione fecit, ut omnia consummata esse edoceret, & quamuis initio, orientis ecclesiae hoc seruetur, ut vel post cibum & potum fumeretur sacramentum, ille mos tamen praedictis rationibus abrogatus fuit. Caueat tamen sacerdos, ne panem simplicem si mulans esse corpus Domini sacrum allicui offerat, & sumendum ministret, ne illum in idolatriae vitium trahat, quamuis forte hoc proposito efficiat forte, ut ei hoc solamen det, quem vel ob cibum acceptum, vel ob tyssim molestam sacramento faginare non tutum censet, vel quia hostiam sacram paratam non habet in promptu, quam ei ministret. b

Item, quamuis nulla diei hora non apta censetur huius sacramenti ministrandi, modò ieiunus sit, qui sumpturus est, decere tamen aiunt, post illam horam non sumi, qua CHRISTI passionis opus, & mysterium perfectum est, quemadmodum nec ea hora sacrificium fieri ipsius missae conceditur, quocirca, nisi necessitas aliqua omnē forte moram abiciat, aliāsve horam congruam sumere non patiat, congruetius erit, mane ante horam nonā cenam hanc sacratissimam manducare, vt S. Thomas, & Siluester meminerunt, & alij, pluribus autem vicibus eadem die sumere sacramentū quis non debet, nisi illis, quibus interdum plures missas dicere fas est. c

122 Mortales sensus, & captus transcendat, multa itē infinita, & incredibilia eius opera esse traduntur, mirum quidem hoc est, quod licet alij cibi, & potus, ac panis ipse, & vinum à nobis sumpta in cibum, in substantiam nostram mutentur, & contra tamen in hoc caelesti cibo nos quodammodo in eius naturā conuertimur. Item, licet corpus Christi sit verè in caelo existat, non minus praesens in hostia ipsa esse dicitur, totum & integrum cum suis membris ubi ad elementum verba sacerdotis consecrationis accesserint, non tamen ibi esse creditur, vt in loco, vnde & fracta hostia non tamen Domini corpus frangitur, aut ladirur. Siquidem, vt Catechismus pulchrè declarat, post antiquos Theologos, locus res ipsas conseruitur, qua res quaeque magnitudine praeditae sunt, CHRISTVM verò Dominum ea ratione in sacramento esse non dicimus, vt magnus, aut paruus est, quod ad quantitatem pertinet, sed vt substantia est, substantia enim panis in CHRISTI substantiam non in magnitudinem, aut quantitatem conuertitur, nemo verò dubitat, substantiam aequè in paruo, atque in magno spatio contineri, quemadmodum & aeris substantia tota; eius natura, sic in parua, vt in magna aeris parte, & tota aequè natura non minus in virgula, quam in flumine inest, necesse est, quocirca, cum panis substantia corpus Domini succedat, fieri oportet, ad eundem planè modum in sacramento esse, quomodo panis substantia ante consecrationem, ea verò vtrum sub magna, an sub parua quantitate esset, nihil ad rem pertinet: Nec tamen ipsum Christi corpus cum in hostiam descendit, locū caeli mutat, vel deserit, sed hostia, quae in altari existit, in corpus, quod in caelo est, conuertitur eadem ratione, qua ignis incipit esse in aere, cū aer ignem conuertitur. ex S. Tho. & Siluestro.

126 Magnum etiam miraculum est, quod panis & vinum adeò in corpus, & sanguinem CHRISTI conuertuntur, vt panis & vini substantiae nulla reliqua fiat non propterea tamen corrupta, sed conuersa potius, & in aliud mutata, nempe in corpus, & sanguinem Domini, quod qua ratione fiat, praeter Theologos

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

a ca. s. mai de sum. vini. Concil. Trid. can. 2. sess. 13 eucharism.

b gl. in e. cum a. ar. b. s. re. qu. i. n. l. de e. e. b. r. missar. & in ca. l. p. r. i. s. i. ver. mira. b. l. i. a. de reliq. & reuer. san.

e vap. liquido de consecrat. dist. 2.

b Siluester ex c. de homine de celebrat. missae.

c S. Tho. in 4. dist. 12. argu. ca. sufficit de consecrat. dist. 7. Siluest. ver. eucharistia. 3. q. 15. nu. 5.

137 hitur, & deperit, paulatim addi, & re-
feci naturali alimento fontimus, & præ-
terea nos à criminibus puros, & into-
gros atque à tentationum impetu-
incolumes feruat, ac tamquam cœle-
stis medicamento animam præparat,
ne alicuius mortifery perturbationis ve-
neno facilè infici, & corrûpi queat.

138 † Carnis quoque libidinem cohibet,
ac reprimi, dum enim charitatis igne
animos magis accendit, concupiscenti-
æ ardorem extinguat, necesse est, vt
hec omnia ijsdem ipsis verbis idem
catechismus profecutus fuit, sed & Di-
uus Thomas alijque diuinæ legis do-
ctores docuerunt, † hoc sacramento
grauiora etiam peccata deleri, quorû
quis conscium se non esse meminit,
ac peccata peccatis debitam ex parte
condonari, & consequenter ab igne
purgatorio, quatenus est sacrificium,
liberare, rectè igitur dictum est, quod
hoc sacramentum alit, sustentat, auget,
reparat, iuuat, & hortatur.

140 Imò † non his tantum prodest hoc sa-
cramentum, qui illud sumpserunt, ve-
rùm & alij, pro quibus ad sacrificiû
oblatum est, nec minus defunctis, &
vivijs, vti sacrificium enim offerri di-
citur, cum missa celebratur, quod illa
oratione patet, qua, cum primam pa-
nem præ manibus post symbolum Ni-
canum, vel post euangelium sumi-
mus, toti ad DEVM conuersi panem
in patina fursum tollentes Deum pro-
camur, vt oblatam hostiam immacu-
latam accipiat, quam pro peccatis no-
stris offerimus, & circumstantium,
& omnium christianorum viuētium,
& defunctorum, quod illis ad salutem,
& vitam æternam adiumento sit, nec
non & cum vinum calici in fufum of-
ferentes, supplices oramus, vt ad no-
stram, & totius mundi salutem DEO
acceptum sit sacrificium. Item cum
ad populum nos vertentes hortamur,
vt Deo preces fundant, quo sacrificiû
illud commune, DEO omnipotentî
gratum, acceptum fiat, & multis alijs
missæ locis; tunc enim fit huiusmodi
sacrificium, vt diem illam, & factum
memoret, quo CHRISTVS Domi-
nus noster passus fuit, talis verò, quæ
cōsecrantur hostiæ alijs seu laicis, seu
etiam sacerdotibus extra missam pro-

pinandæ sacramentum quidem, non
tamen sacrificium dici possunt, nec
propitiatoræ, qua non pro omnib.
sacrantur, sed pro illis tantum singu-
lis, qui eas sumpturi sunt. A Sic &
catechismus ait, quod, dum sacra eu-
charistia in pixide continetur, vel ad
ægros defertur, sacramenti, non sacri-
fici, rationem habet, atque vt sacramē-
tum est, summentibus meriti causam af-
fert, vt autem sacrificium est, non me-
rendi solum, sed satisfaciendi quoq;
efficientiam continet, namq; vt Chris-
tus dominus in passione sua pro nobis
meruit, ac satisfecit, sic, qui hoc sacri-
ficiu offerunt, quo nobiscum commu-
nicant, dominicæ passionis fru-
ctus merentur, & satisfaciunt.

Sciendum est, ab Honorio Tertio Ponti-
fice Maximo statutum olim fuisse, vt,
cum sacerdos hoc sanctissimum sacra-
mentum ad ægros defert, non nisi de-
centi habitu superimposito, mundo
vel anime gestare illud fas sit tam in fo-
rendo, quàm referendo, idque mani-
festè, & honorificè, ante pectus cû
omni reuerentia, & timore, semper lu-
mine præcedente, cum sit candor lu-
cis æternæ, vt ex hoc apud omnes fi-
des, & deuotio augetur, vtque fide-
les omnes, cum illud vident circum-
ferri, procumbentes humiliter adorēt,
secus autem facientes presbiteros sta-
tuit, arbitrio prælati grauius puniri
debere. b

Synodus etiam Tridentina statuit, vt, cû
corpus CHRISTI sanctissimum ad
ægros defertur, duæ deferantur parti-
culæ, quarum altera egro ministretur,
& altera cum eisdem ceremonijs refe-
rat, ne populus falsò credens sacerdo-
tem reuertentem corpus CHRISTI
gestare, vasculum inane adorans ido-
latriam committat, quod etiam an-
tiquis temporibus seruatum fuisse, ex
eadem Honorij Constitutione supra
modo recitata deprehenditur. c

Si quis laicus ebrietate, vel voracitate
sanctissimam, quam sumplerat, eu-
charistiam euomuerit, quadraginta
diebus penitere iubetur, Monachis
verò, Clericis, Diaconis, vel pre-
sbiter septraaginta diebus, Episcopi no-
naginta penitere præcipiuntur, vt ex
penitentiæ Bedæ presbiteri Gratia-

1118

a nus recitat: A Hi verò, quibus infir-
mitatis causa hoc euenerit, septè die-
rum tantum penitentiam agere de-
bent, quam tamen penitentiam po-
tius, vt cautè agant, imponi eis tra-
ditum est, eo quia abstinere debuif-
sent, si non benè compositum sibi sto-
machum sentiebant, ille autem vom-
itus, si aliquod speciei sacræ fragmen-
tum contineat, debito cum honore
adorandum est illud fragmentum, &
si nulla abhominatioe motus refu-
giat sacerdos, illud sumet, aut saltem
reponet, illa autè, quæ vnà euomuit,
materia, concremanda est, cinisq; in
sacrario, vel penes altare condenda,
vt ex S. Thoma & Raynerio Siluester

b ait. b
Et, cum dictum sit supra, antiquum af-
seruandæ in sacrario sanctissimæ Eu-
charistia morem, etiam ex Tridenti-
na Synodo retinendum esse, quod cer-
tè in parochijs ecclesijs, quod deferen-
di ad ægros parata, in promptuq; sit,
omnino obseruandum est, idcirco il-
lud curare debent sacerdotes, vt mon-
dè, purè, nitideque seruetur igne-
c tero lucente, e vtque sub fidelis cu-
stodia clauibus adhibitis custodiatur. d
Si verò is, ad quem spectat custodia,
incautè eam reliquerit, trium mensû
suspensionem patietur, at, si incuria
ipius aliquod nefas inde contigerit,
e grauiori subdeatur, vltioni, e quantam
prudens ordinarij iudicium arbitra-
f rus fuerit. f

At si ex negligentia custodia euenerit, eu-
charistiam à mure, aut alio animali co-
medi, quadraginta dierum penitenti-
g a ad eò segnis custos afficietur. g
Illud verò animal, quod comederit,
capiendum est, modo possit, atq; ex-
enterandum, vbi factum ad eò sit re-
cens, vt species nec mutata, nec con-
supta esse possit, illaq; species, vel su-
menda, nisi abhominatio obstat, vel re-
ponenda in sacrario, nullo quidem
pacto in piscinam mittenda est, ipsû
verò animal seu de recenti, seu ex in-
teruallo, deprehensum, & seu integrû
seu exenteratum concremandum est,
h & cineres iuxta altare condendi, h nõ
ideo tamen credendum est, murem,
aut aliud animal, quodcumq; id sit,
quod comederit sacramentum, & cor-

pus Domini sumpsisse, statim enim
atque ab eo animali inglutitur, sacra-
mentum esse definit, & corpus, quod
ibi inerat, CHRISTI in cœlum re-
uertitur, imò aiunt, non aliter eo in
sacramento Christum esse, nisi vt hu-
manis vltibus condat, adiumento-
que sit, quod opus cum cesser, vbi ab
aliquo bruto absumitur, propterea &
corpus, CHRISTI abesse tunc dice-
mus, vt ex sententia S. Bonaventuræ
magis receptum esse inter Theologos
i ait Angelus à Clauasio. i

Qui verò eucharistiæ custos illam ami-
serit, seu quia illam, partemve eius in
ecclesia cadere permiserit, ex quo am-
plius inuenta non fuerit, aliove mo-
do eam perdidit, triginta dierû pe-
K nitentiæ mulctatur. k

DE MISSA.

Titul. VI.

EPITOME.

QVÆ vestes, quæ insignia, quæ certi-
monia, qui ritus in missa adhibean-
tur, hoc titulo ostenditur, sed in pri-
mis tamen, qui fuerint harum insti-
tutionum auctores, cum aliqua eius
utilitate, deinde quibus personis mis-
sam celebrare concedatur, imò, & q.
teneantur, & quibus temporibus, &
an quandoq; plures missas eadem die
celebrare quis possit, Quæ nam cele-
brandæ missæ hora legitima sit, tam
priuatæ, quàm conuentualis. Item,
qui locus huic sacrificio aptus sit, quæ-
bus concedatur, vt in locis non sacra-
tis, & cum altari viatico celebrare, seu
celebrari facere possint, quæ penæ ce-
lebrantium sine licentia in locis non
sacris, vel in locis interdictis, & con-
sequenter aliquid de lapide sacro di-
cit, qualis, & quantus esse debeat:
Abusus in missis introductos omnes
exterminatos esse à Tridentina Syno-
do ostendit, postea, quæ nam perso-
næ, & quibus diebus audire missam
teneantur, & quæ excusationem me-
reantur, & quia in ecclesia audiri de-
beant aliqua præcepta tradit: Item,
qua deuotione, quo corporis habitu,

a cap. si quis
per ebrietatē.
de consecr. di-
stin. 2.

b Siluest. ner.
eucharistia 2.
q. 9. nu. 4.

c cap. sane. de
eclbr. missar.

d ca. i. de eu-
stod. eucharis-
t. ca. presbit.
de consecr. di-
stin. 2.

e d. c. i. de eu-
stod. eucharis.

f gl. vlt. d. ca.
i. de custod. eu-
charist.

g c. qui bene
de consecrat.
dist. 2.

h S. Thom. &
Siluest. ubi su.

i Ang. ner. eu-
charistia. 3.
nu. 9.

k d. c. qui be-
ne. de consecr.
dist. 2.

& statu missæ interesse quis debeat
Deinde multas quæstiones diffinit,
quæ in celebranda missa contingere
possunt, circa defectus repertos tam
in sacerdotè, quàm in materia vtriuf-
que speciei, & quod his casibus con-
siliùm sacerdoti capiendum sit, diffu-
sè enarrat, plures casus singulariter
excutiens, siue ante inchoatam mis-
sam, seu post, & tam ante, quàm post
consecrationem, seu alterius, seu vtriuf-
que speciei id euenit, postremò de
utilitate huius sacrificij, eiusque fru-
ctu non nihil tangitur.


SVMMA RERVM.

- 1 Missam quis primus instituit.
- 2 Missa est sacrificium propitiatorium.
- 3 Missæ omnes sunt communes.
- 4 Est maximum omnium suffragiorum ex opere operato, & opere operante.
- 5 Sacerdotis missam celebrantis insignia, & ratio eorum.
- 6 Vestis & ornamenta in missa debent esse munda, & nitida.
- 7 Non debent poni ad alios vsus quàm missæ.
- 8 Neque à laicis tangi.
- 9 Calix, & patina ex qua materia esse debeant.
- 10 Missale esse debet coram sacerdote celebrante.
- 11 Missæ ordo ritus, & ceremonia subtiliter enarrantur.
- 12 Canon missæ qualiter dicendus.
- 13 Declaratio verborum, benedictam, ascriptam, ratam &c.
- 14 Declaratio verborum, Tunc hæc perferat per manus Angeli sancti tui &c.
- 15 Missa non est celebranda sine igne, & quare.
- 16 Ceremonia Missæ non sunt superflua, & quare.
- 17 Pœnæ non seruantiu ceremonias in missa.
- 18 Sacerdotes soli possunt missam celebrare.
- 19 Peccatores publici non debent celebrare missam.
- 20 Audientes missam à publicis peccatoribus, quando, & quatenus peccent.
- 21 Missa celebrata etiam à publico peccatore non caret opere operato.
- 22 Preces dicte in missa à sacerdote peccatore non sunt acceptæ Deo.
- 23 Exceptis orationibus, quæ sunt nomine

- rotius ecclesiæ.
- 24 Sacerdos pagus, & ignotus non permittitur celebrare.
- 25 Sacerdotes parochi tenentur celebrare festis diebus.
- 26 Celebrandi quottidie onus quomodo accipiendum.
- 27 Obligatio celebrandi certam missam quottidie non valet.
- 28 Quilibet sacerdos debet celebrare certis diebus solennibus.
- 29 Missa non debet celebrari nisi duobus presentibus.
- 30 Mulier non debet ministrare missæ.
- 31 Nemo potest celebrare nisi unam missam qualibet die & quare.
- 32 Missæ tres celebrari possunt in natali dominico, & quare, & qua hora, & quomodo.
- 33 Missæ duæ quandoque celebrari possunt etiam alijs diebus, quàm natalis.
- 34 Pœna celebrantis plures missas eadem die propter adulationem secularium.
- 35 Hora celebrandæ missæ quæ sit.
- 36 Missa non debet dici ante matutinum, & primam.
- 37 Qui habeant priuilegia celebrandi missas alijs horis, & à quibus.
- 38 Missa non debet celebrari, nisi in locis sacratis.
- 39 Episcopus concedit licentiam celebrandi in locis priuatis, & quatenus.
- 40 Pœna celebrantium, uel facientium celebrari in domibus priuatis.
- 41 Episcopi & superiores possunt habere altare portatile.
- 42 Religiosi qui possunt habere altare portatile.
- 43 Concedere qui possunt altare portatile.
- 44 Pœna celebrantium in locis interditijs.
- 45 Lapis sacratus qualis & quantus esse debeat.
- 46 Abusus tollendi in celebratione missæ.
- 47 Exactiones importunæ tollendæ in missa.
- 48 Missæ scopus, & finis.
- 49 Sacrificium missæ offertur Deo, non sanctis.
- 50 Interesse qui debeant missæ.
- 51 Ante benedictionem non debet quis à missa discedere.
- 52 Missa quando incipienda.
- 53 Ad lectionem euangelijs auditores stant debent non sedere.
- 54 In elevatione hostiæ, & calicis genua flecti

- flecti à circumstantibus debent.
- 55 Sacramentum eucharistiæ circumferri uidentes debent genibus flexis adorare.
- 56 Prælati audire debent missam quottidie.
- 57 Parvasam. debent curare, ut omnes de domo sua audiant missam festis dieb.
- 58 Excusationes quæ sint valide ad non audiendum missam.
- 59 Missa an audiri debeat in propria parochia.
- 60 Audientes missam deberent etiam communicare.
- 61 Missæ fructuosæ sunt, etiam quibus nullus communitat præter sacerdotem celebrantem.
- 62 Et nihilominus sunt communes, & quare.
- 63 Sacerdos, qui celebrando missam recordatur, se esse in peccato mortali, uel excommunicatum, aliter se impedit, quid agere debeat, late diffinitur.
- 64 Sacratæ hostiæ sumendæ sunt à sacerdote, licet corrupte.
- 65 Hostia tota de lapsa in calicem quid faciat.
- 66 Hostia si contrectata, & reposita sit in sacrario per insectum pesse qui moriatur, quid faciendū de illa hostia.
- 67 Veneno, aut animali venenifico cadente in calicem quid agendum.
- 68 Materiam debitam si paratam non videat sacerdos quid agendum, seu in hostia seu in vino sit vitium late discutitur.
- 69 Nihil refert, quamuis hostia non sit integra.
- 70 Canon missæ unde incipiat.
- 71 Vino congelato quid agendum.
- 72 Sanguine cadente ex calice quid agendum.
- 73 Missæ utilitas.
- 74 Prodest vini & mortuis.
- 75 Missam celebrans ad perditionem alicuius puniatur.
- 76 Missam pro defunctis celebrans pro uis ut eos perdat puniatur.
- 77 Missa una pro pluribus celebrata an tantum valeat, quantum pro singulis.
- 78 Sacerdos qui promittit unam missam pro singulis, an una satisfaciat omnibus.
- 79 Missam promittens certam, vel in loco certo, non satisfacit aliam dicendo vel alibi.
- 80 Hostiæ dimidia sumi potest a sacerdote & dimidia dari alijs.

AD HIERONYMVM FEDERICVM
LAVDAE EPISCOPVM
Religiosissimum.



STENDENTE iam se mihi huius stadij, quod mihi superandum proposui, meta, cursum ut parumper sistam, teq; ut de cursu compellans salutem necesse est HIERONYME FEDERIC PRÆSUL vigilantissime, quasi de proximo sine gratulabundus, quod citius non feci, quia ante prospectum stadij calcem multa metueda essent, quæ cursum vel impedire, vel morari possent. Optarem potius tamen hac in exercitatione rota nondum seruente, ut mihi licuisset, te monitorē habere, felicior sanè hic mihi cursus fuisset: multarum enim rerum, quas tu non minus doctrina, quàm plurimo usu tenes, & possides, præceptis me auxiliasses, & ornasses, (ut es officio plenus, & largus, liberalisque virtutum tuarum communicator) quibus laborem hunc meum minuisses, & magis fecundum reddidisses, nam si vel sesqui hora, qua mihi tecum morari, & colloqui contigit, de que mea negotio agere, dum apud Religiosissimum, & perillustrem PRÆSULEM nostrum HIPPOLYTVM ROSCIVM huc diuersatus moram traheres, tanto mihi adiuumento fuisti, quot me, & quàm pulchris utilibusq; monitionibus instruxisses, si tecum me versari assidue obtigisset. Verum, cum id mihi non fuerit concessum, saltim post per actum cursum mihi ut consulas, gratissimum mihi fuerit, quibus deinceps consilij vsus possim à carceribus ad calcem lato omnium applausu cursum perficere. Vale.

MISSA igitur sacramenti huius conficiendi causa instituta est, 1. † cuius quidem ritus & caeremoniarum auctor primus fuisse traditur Iacobus Frater domini, cui primo credita est ecclesia Hierosolimitana, Dehinc & Basilius episcopus Cesarisensis, alijque Pontifices Maximi alia ad decorem solennia addiderant. A

2. Estque hoc sacrificium non laudis solum, & gratiarum actionis, aut nuda sacrificij commemoratio, quod in crucis ara oblatum est, sed verè etiam propitiatorium sacrificium, quo Deus nobis placatus, & propitius redditur, ac non solum immolanti, & sumenti prodest, sed omnibus etiam fidelibus, siue illi nobiscum in terris viuunt, siue, iam in domino mortui nondum planè expiati sunt, † ex quo facile perspicitur, omnes missas communes censendas esse, vt quæ ad communem omnium utilitatem, & salutem pertineant, vt nouissimè Catechismus edocuit post Concilium Tridentinum, aliaque antiquorum, tam patrum, quàm Conuiliorum pia scripta, † omniumque suffragiorum optimum, & potentissimum, vim habens ex opere operato, & opere operante vniuersæ ecclesiæ, cuius nomine fit, item ministri, & eius b qui ministrum rogarit. D

Eius solennia non minus in vestibus, & ornamentis, quæ sumit sacerdos sacrû facturus, eorumque sumendorum ordine, quàm in precibus, alijsque verbis, & caeremonijs sacris consistit.

5. Si † quidem sacerdos amictum lineum inprimis, veluti galeam quandam, & munimen capiti imponit, quem tamen amictum coronæ illius spinæ, & Dominus gestauit, memoriam renouare aiunt: deinde clamidem albam vestis illius monumentum, quæ Domino in ludibrium imposita fuit, manipulus postea sinistro brachio alligatus funis est signum manibus iniectæ, stola autem collo annexa funè meminit, quo ad supplicium agnus immaculatus traheretur, sed calula, quæ planatâ vocant, crucis speciem, quâ humeris impositâ gestare ad patibulû coactus fuit ad nostrâ salutem presertim, funis medijs, quo cingitur sacerdos, illû de signat, quo fune alligatus fuit colûq.

a cap. Iacobo. de consecr. di. i. ubi gl.

b Coaru. c. alma mater. §. 5. fol. pe. ver. primum omni u.

c. c. quod precipitur 13. q. 1. ca. relinquit. de cust. eucha. v. 57.

d. c. vestimenta. de consecr. dist. 1.

e. ca. ut calix. de consecr. dist. 1.

f. Anel. ver. missa. nu. 37. Anton. 3. par. tit. 13. c. 6. §. 6. Quar. 25. §. 13. nu. 84.

6. Curare † etiam debet sacerdos, vt vestes, & insignia prædicta, & illa, quæ ornatum altaris necessaria sunt, & vas ipsam calicis cû patina & Syndones, seu corporale & anima, & gauisape sint munda, & optimè purgata, & nitida, nam spurcis vtens crimen lætale contrahit. c

7. Item sacra esse debent, † neque ad alios vsus, quàm ecclesiasticos destinari, & diuina officia, † neque ab alijs contingi, aut offerri debent, quàm à sacris hominibus, ne vltio, quæ super regem Balthasar venit, hoc præceptum transgredientes percutiat. D

8. Caueat † etiam, ne patina, & calice vtatur ex ære aut, auricalcho, ac multò minus ligneo, aut vitreo, verùm, si ex auro habere non potest, ex argento saltem conficienda sunt, nisi tãta sit paupertas, vt stamnea facere sit necesse; auricalcum enim, & æs omnino reijciuntur, quia ob vini virtutem æruginem faciunt, ac vomitum prouocant. z

9. † Missale etiam vt coram se habeat, dū celebrat sacerdos, & ex eo missam recitet, præceptum est, ne forte contingat, in recitatione canonis, memoria eum labi, sicque se habet rationalis consuetudo, quam non seruare, seque in periculo errandi ponere, crimen graue esset, vt ait Angelus à Clauario r.

10. His † igitur insignibus ornatus sacerdos altari se sinit, ac capite aperto venerabundus, supplexque & humilis hoc sacrificium celebrat, in cuius exordio paululùm ab altari semotus, postquam signo crucis sese munierit, psalmumque illum orando recitat, quo petitur à Deo, vt iudicet nos Deus, & discernat causam nostram, & de gente non sancta, & ab homine iniquo nos eripiat, & peccata sua in vniuersum confessus, & veniam eorum à Deo precatus fuerit, clerico auxiliari respòdente, & peccatorum vicissim veniam petente, se seque inuicem absoluerint, cumque Deum precatus fuerit, vt cunctas à se iniquitates auferat, quò puris mentibus ad sancta sanctorum mereatur introire, ad altare accedat, quod deosculans, & orans Deum per merita sanctorum, quorum ibi sunt reliquæ, & omnium sanctorum, vt indolge-

dulgere dignet omnia peccata nostra, postea Cruce pectus ob signans ad dextrum cornu altaris accedit, in quo ex missalis coram positi lectione introitum missæ inprimis, postea verbum illud græcum, *Kyrieleyson*, noues cû clerico profert, miserationem à Domino petens, ministro alternatim respondente, moxque hymnum angelicum pronuntiat, vbi de Diuo aliquo missa fiat, post quem, vel eo nò dicto, si feria fuerit, ad populum facie versa, & cum illo, vt sit dominus, bendè cupiens, tres orationes, post eas Epistolam aliquam Apostolorum, vel testamenti veteris lectionem clara voce pronuntiat, quâ lectionem clericus minister gratiarum erga Deum actione profequitur, & claudit, confessusque sacerdos gradualis alicuius, vel psalmi alterius versicu los illa die in hoc paratos sic legit, vt exaudiri ab omnibus possit, hinc translato ad alterum altaris cornu per ministrum missali, prius quàm sacerdos ipse illuc transeat, stans in medio altaris Deum supplex, iunctisq; manibus orat, vt cor suum, & labia sua mundet, quæ admodum Isaiæ Profete habia calculo ignito mundauit, quò possit dignus recitando Euangelio haberi, ac simul absolutione impetrata, vt deus sit in labijs suis, & corde suo, postq; populû, vt eum eo sit Dominus, verbis prolati exorauerit, vicesque à ministro ei reddite, monueritq; Euangelistam quò nomen sit illius, quem recitat vrsus est, & minister Deo gloria reddiderit, euangelium recitat, post cuius recitationis finem, minister laudem. *CURIQ* proclamât, Sacerdos osculum Eutangelio Crucis factò signo dat, precans, vt sua delecta euangelicis dictis delectetur, postea Symbolum Nicenum tendens manus iunctas ad cælum; totusque ad Deum arrectus clara voce totû ad verbum proficitur, si dies fuerit Domini ca, aliave ex solennibus Deo ipsi, vel Beatissimæ Virgini, vel duodecim Apostolis, vel Stephano, aut Laurentio, aut Angelis, aut ecclesiæ Doctoribus, & quibusdam alijs paucis diebus dictis, aliave solennis dies ex vsu ecclesiæ, vel vrbs, & diocesis, vel religionis; alijs verò diebus non exceptis non est hæc professio in missa necessaria.

Post symbolum autem, vel post Eua, confestim, vbi symbolum non est recitandum, ad populum conuersus sacerdos Domini societatem ei rursus precatur, & reuersus ad altare monens populum, vt secum oret, verbis quibusdam lectis in laudem sancti, cui celebrat, vel operis, quod agit, quâ lectionem offeritorium appellant, eo quia legatur, priusq; hostia offeratur, hinc patinam, cui hostia superposita est, præ manibus sumes eam (vt diximus) Deo offert patri pro omnibus delictis, & negligentijs, & offensionibus suis, & circumstantium, nec non & pro omnibus fidelibus christianis viuus, & defunctis, vt illis proficiat ad salutem in vitæq; nam, postea crucis signo sup altari, seu lapide sacro, qui sit in medio altaris, vbi reponenda est, factò, ipsius hostiæ cû patina ducta, eam in sindone reponit, mox calicem acceptum præ manibus sudariolo tergit, in eumque infundit vinum prius, postea paululùm aquæ Deum orans, qui humana substantiæ dignitatem mirabiliter condidit, mirabilisq; reformauit, vt per eius sacrum aquæ, & vini mysterium eius diuinitatis consortes nos efficiat, qui nostræ humanitatis particeps fieri dignatus est, I. C. D. noster, quæ tamen precationes omnes, præparandæ consecrationi ad præstationem submissa voce, & secrete proferenda sunt: Calicem hunc post vini, & aquæ infusionem vtraque manu ad cælum attollit, in medio altaris & lapidis sacri suspiciens, & testas, & ad Deum voce submissa pronuciâs, illi se calicem salutaris offerre, & eum precari, vt in conspectu diuinæ maiestatis sue, pro nostra & totius mundi salute eum odore suauitatis ascendat: hinc calice in modum crucis ducto super altari illum super lapide sacro reponit in medio altaris e regione hostiæ, hostia tñ remotiore à se, & syndone parua, quam animam vocat, calicem tergit, & pronus Deo preces fundit, vt in spiritu humilitatis, & animo contrito eum suscipiat, & vt sacrificium sic fiat in conspectu eius, vt illi placeat, deinde rursus Deum precatur, vt benedicat sacrificiû illud s. noî suo præparatum, simulq; crucis factò signo sup patinam, & vni dextram manu, ad dextram al-

taris cornu accedit manus abluturus, ubi ministro aquulam manibus dante duos vtriusque manus digitos, pollicem, & indicem abluit, psalmi congruis quibusdā versibus secretò dicitis, mox ad medium altaris reuersus supplex, & pronus S. trinitatem orat, vt oblationem suscipiat, quam offert ob memoriam passionis, & resurrectionis, & in cœlum ascensionis Domini Nostri IESU CHRISTI, & in honorem beatæ MARIÆ Virginis, & beatorum Apostolorum Petri, Pauli, & Andreae, & aliorum Sanctorum, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, & illi intercedere dignentur pro nobis in cœlis, quorum memoria agimus in terris per CHRISTVM Dominum nostrum. Postea ad populum sese vertens monet, vt oret, quò sacrificium illud acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem, minister autem ratam habens precationem ad salutem, & illi intercedere dignentur pro nobis in cœlis, quorum memoria agimus in terris per CHRISTVM Dominum nostrum. Postea ad populum sese vertens monet, vt oret, quò sacrificium illud acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem, minister autem ratam habens precationem ad salutem, & illi intercedere dignentur pro nobis in cœlis, quorum memoria agimus in terris per CHRISTVM Dominum nostrum. Postea ad populum sese vertens monet, vt oret, quò sacrificium illud acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem, minister autem ratam habens precationem ad salutem, & illi intercedere dignentur pro nobis in cœlis, quorum memoria agimus in terris per CHRISTVM Dominum nostrum.

quibus illud sacrificium laudis se offerre ait, & pro omnibus suis, & pro redemptione animarum suarum, p. spe salutis, incolumitatisque, eorum, qui vota sua offerunt, & Deo viuo, & vero: Communicare etiam se ait, & venerari memoriam in primis gloriosæ, semperque virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum, & Martyrum Petri, & Pauli, & Andreae, & quorundam aliorum sanctorum, quorum nomina tacite exprimit, & omnium Sanctorum, quorum precibus, & meritis in omnibus rogat protectionis diuinæ auxilio muniri per CHRISTVM dom. N. Amen.

Hinc manu vtraque super calicem extensa Deum rogamus, vt eam oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiaris suæ placatus accipiat, diesque nostros in sua pace disponat, & nos ab æterna damnatione eripiat, & in electorum suorum iubeat grege numerari per Christum dominum nost. Amen. mox de calice manus deducens, super pane tamen extensas tenentes rursus precamur Deum omnipotentem, vt eam oblationem benedictam, ascriptam, ratam, rationabilemque facere dignetur, vt nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi filij sui Domini nostri Iesu CHRISTI.

In hac autem precatione quinquies crucis signum dextra duci debet, ter primum, super vtraque panis, & vini oblatione simul, cum rogamus eam benedictam, & ascriptam, & ratam fieri, bis deinde, altera panis, altera calici, cum precamur, vt corpus, & sanguis CHRISTI fiat: & statim continuantes cœptum opus panem binis vtriusque manus digitis iam loris tenentes, submissis verbis DEO memoramus, quemadmodum CHRISTVS Dominus pridie, quam pateretur, accepit panem in sacras, ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cœlum ad DEVM patrem omnipotentem gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens: *Accipite, & manducate*, & simul ore apposito super hostiam, quam digitis quatuor tenemus verba illa solennia proferrimus, quorū virtute panis illa mutata natura, & substantia sua corpus CHRISTI efficitur, quod statim ad-

ramus, & in altum supra caput quatuor illis digitis tollentes populo adorandum ostendimus, quo mox in Syn done reposito, & genuflexione adorato, illud sacra mysterium commemorare, & explere pergentes Calicem amplexi submissa voce meminimus, vt idem CHRISTVS Dominus, post cœnam accipiens calicem manibus, DEO que gratias agens benedixit, deditque discipulis suis dicens, *Accipite, & bibite ex eo omnes*, & mox ore calicis ori apposito verba consecrationis tacite proferrimus, quibus vinum naturam suam, & substantiam mutat, sanguisque Domini propitius efficitur, quo per genuflexionem, & incuruationem adorato Calicem pariter supra caput extolles populo adorandum exhibemus, tacite nobiscum, illa verba proferrentes, quæ CHRISTVS Dominus subiunxit, videlicet. *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis*. Et calice ad suum locum reposito, & paruo syndone contecto, iterum nos genua fleximus, nosque incuruamus, inde surgentes manibus panis, oculisque ad cœlum sublatis prosequimur tacite nobiscum erga Deum tamen dicentes, quòd nos serui eius, plebsque ipsius sancta memores eiusdem Domini IESU CHRISTI, tam beatæ passionis eius, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlum gloriosæ Ascensionis offerimus prælaræ ipsius maiestati de donis ipsius, & datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, calicem salutis perpetuæ, in quibus verbis, vbi, scilicet, ter hostiæ mentio facta est, sic trinam benedictionem vtrique sacrificio corporis, & sanguinis simul impertimur, quartam deinde benedictionem corpori, & quintam sanguini, cum singula eorum nominamus, vt pergitur tacite DEVM precantes, & sereno, & propitio vultu super eis aspiciere dignetur, acceptaque habere, sicut accepta habere dignatus est munera pueri iusti Abel, & sacrificium sancti Patriarchæ Abraham, & quod illi obrulit summus sacerdos suus Mel-

chisedech sanctum sacrificium, Immaculatam hostiam: supplices etiam DEVM precamur, vt iubeat hæc perferri per manus Angeli sancti sui in sublime altare suum in conspectu diuinæ Maiestatis sue, vt quotquot ex ea participatione (hicque crucem dextra factam in parte altaris dextra osculamur) sacrosanctum Filij eius corpus, & sanguinem sumplerimus omni benedictione, & gratia repleamur per CHRISTVM Dominum nostrum, hisque in verbis nos à fronte, ad pedus signo crucis munimus. Post hæc statim manibus, atque oculis in cœlum sublatis tacite nobiscum DEO preces fundimus, vt meminisse velit eorum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis famulorum, & famularum suarum, hacque in actione eos mente nostra, sen etiam lingua tacite nobiscum cogitamus, p. quibus orare propositum nobis fuit, postea in vniuersum omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij lucis, & pacis, vt indulgeat, deprecamur, & mox in prioribus verbis vocem altius tollentes, & pectus nobis percutientes rogamus, vt nobis quoque peccatoribus famulis suis de multitudinis miserationum eius sperantibus partem aliquam, & societatem concedere dignetur cum sanctis Apostolis, & Martyribus suis, quorum nomina voce depressa exprimimus, & cum omnibus sanctis, intra quorum consortium DEVM precamur, vt non nostri estimator meriti, sed veniæ largitor admitti nos iubeat per CHRISTVM Dominum nostrum, (atque in sequentibus mox recitandis verbis vtrique sacramento simul ter benedicimus hæc verba tacite proferrentes, videlicet) per quem hæc omnia domine semper bona creas, sanctificas, & benedicas, & præstas nobis: hic Calice detecto genuflexo corpus Domini duobus prædictis manus dextræ digitis sumentes, & super os Calicis trinam Crucem hostia sacra ducentes cum leui Calicis eleuatione dicimus, PER IPSVM, CVM IPSO, & IN IP SO. est tibi DEO patri omnipotenti in unitate S. spiritus omnis

honor, & gloria: Hinc vocem tollentes orationem clausula illa consueta claudimus, scilicet, per omnia secula seculorum. Amen.

Et statim paulò inclinati, inuitantes ad orandum; & præfati vnde oratio Dominica nobis tradita sit, cum modestia eam erecto ad cælum vultu, & inanibus panfis recitamus, ad cuius finem ministro illam orationis partem extremam proferendam relinquimus, qua nos à malo eripi oramus; sed nos tacite nobiscum Deum precamur, vt nos ab omnib. malis liberet, præsenib. præteritis, & futuris, & intercedente Beata Virgine Maria, & sanctis Apostolis Petro Paulo, atque Andrea, & omnib. sanctis det propitiis pacem in diebus nostris, vt ope miserationis eius adiuti simus ab omni peccato liberi, & ab omni perturbatione securi: Hæc verò dicentes patinam duobus dextræ digitis altari innixam tenemus, desinentibusque verbis, cum scilicet pacem precamur, patinam sacratissimo corpori supponimus, & sanctissimo sacramento procumbentes illud præ manibus sumimus, & clara voce consueta orationum extremam clausulam .i. Per omnia secula seculorum, pronuntiantes, hostiam in duas partes super os calicis partimur, quorum alteram duobus dextræ digitis patinæ restitimus, alteram duobus pariter sinistrae digitis super calicem tenentes particula eius auulsa digitis dextræ, alteri dimidiæ in patina adiungimus, illam verò particulam inter digitum pollicem, & indicem dextræ apprehensam super calicem in crucis formam ducentes, & pacem adstantibus precantes in calicem dimittimus, quæ mox paruulo Syndone tegimus; & mox post genu flexionem surgentes manibus iunctis, & ter nobis pectus percutientes, dum ad sacratissimum corpus proni respicimus, & agnum DEI peccata mundi auferrentem appellantes duabus vicibus miserationem, tertia vice pacem ab eo supplices petimus; Orantes præterea voce inclinata ipsum Dominum Nostrum IESVM CHRISTVM, filium DEI

viui, qui dixit Apostolis suis, *pacem meam do vobis, & pacem meam relinquo vobis*, vt ne respiciat ad peccata nostra, sed ad fidem Ecclesiæ suæ sanctæ, quam pacificare, & adunare dignetur, qui cum Patre, & sancto spiritu viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Postea signo Crucis dextrâ in altari ducto & osculato, & pace nuntiata sacerdoti, si quis ministrat sacerdos, rursum ad CHRISTI Corpus manibus iunctis aspicientes cum precamur, qui ex voluntate patris spiritu sancto cooperante per mortem suam mundum viuificauit, liberet nos per sacrosanctum corpus, & sanguinem suum ab omnibus peccatis, & vniuersis malis, & faciat nos suis inhaerere mandatis, & à se nunquam separari permittat, qui cum patre, & sancto spiritu viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Pacis autem osculum post confectum mysteria idcirco datur, vt innuat, populum omnibus, quæ in mysterijs aguntur, atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstretur. **a** Quod tamen pacis signum neque in missa pro defunctis, neque inter monachos nuntiat, namque à seculi perturbationibus vtrique quiescunt, illi quidem in domino quiescunt, hi quoque mortui sunt munda.

b Adduntur, & hæc preces, nam corpus ipsum respicientes precamur, ne perceptio corporis, & sanguinis sui, quam famuli indigni sumere præsumimus, sit nobis in iudicium, & condemnationem, sed pro eius pietate proficit ad salutem mentis, & corporis, ad medelam quoque percipiendam, qui cum patre & sancto spiritu viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Et mox repetentes, panem cælestem nos esse accepturos, & nomen Domini inuocatuos, post adorationem, corpus sacratissimum sinistrae manus digitis super patina manu eadem apprehensam tenentes, pectus ter nobis dextrâ tondentes genu flexo iterum

rerum nos dignos non esse fatemur, qui Dominum hospitio accipiamus, quare centurionis more illum rogamus, vt verbo suo animam nostram saluam faciat, postea eodem sacramento super patina retento, à fronte ad pectus, & ad vtrumque latus hinc & inde adducto cruce nos signamus, addentes precatorem, vt corpus Domini Nostrum IESVM CHRISTI custodiat animam nostram in vitam æternam, sic corpus Domini duas, scilicet hostiæ particulas in patina repositas, reuerenter sumimus, sed olim Sergij Pontificis Maximi tempestate, ex particulis in patina depositis altera non sumebatur, eratque hæc partitionis significatio, nam, pars in calicem missa corpus CHRISTI, quod surrexit, demonstrat, pars sumpta ambulatam super terram CHRISTVM, pars remanens corpus in sepulchro, quia vsq; ad finem seculi corpora sanctorum in sepulchro erunt, seu pars in calice infusa pro viuientibus sumit, aliarum verò altera pro animabus sanctorum ad eorum laudem, altera pro animabus defunctorum sumitur. **a** postea paululàm in meditatione mysterij mente nostra morati, Calicem genu flectentes, post refectionem patinæ super calicem facta dicentes versiculum. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero; Calice eodem modo crucis ducto pectus signamus, addentes, & precantes, vt sanguis D. N. I. C. custodiat animam nostram in vitam æternam, atque ita sanguinem sumimus; cum particula hostiæ in eo coëcta, post quod alio viuo in calicem posito nos purificamus, & statim alio vino super calice digitos abluimus, dicentes, & precantes Deum, vt quod ore sumpsimus, pura mente accipiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum, & rursum addentes, vt corpus Domini, quod sumpsimus, & sanguis, quem potauimus, sic adherat visceribus nostris, vt non maneat in nobis scelerum macula, quos pura, & sancta, resecerunt sacramenta, statimque deterfo calice ver-

ficulum clara voce legimus, & post salutationem populi cum precatore, vt cum eis sit Dominus, totidem alias orationes legimus, quot initio missæ, & in secretis recitauimus, quibus finitis alia simili precatore ad populum versi eum salutamus, missamque esse orationem ad dominum pronuntiamus, si festi diei missa fuerit celebrata, sin ferie officium dictum sit, inuitamus ad benedicendum domino, deinde ad altare incuruati Trinitatem sanctam submissè oramus, vt ei placeat obsequium seruitutis nostræ, & præstet, vt sacrificium, quod oculis maiestatis suæ indigni obtulimus, ei sit acceptum, & nobis, aliisque omnibus, pro quibus obtulimus, eius miseratione propitium, & postremò ad populū facie conuersa ei benedicimus; Claudique hoc demum lectione initij euangeliorum Ioannis ad sinistru cornu altaris.

- 12** Canon ꝑ missa in libro legi, nec magna tarditate debet, ne error contingat, ac non in longa mora sacerdotis mēs aliò trahatur, & ne adstantes fastidium in cunctatione capiat, nec tamen festinatio nimia admittitur, sed talis, quæ nec grauitate, nec deuotione careat. **b** Quæ verò illorum verborum sit expositio, (quam oblationem quaesumus vt benedictam &c.) Augustinus declarat, nempe eam vocamus oblationem benedictam, per quam benedicimur, ascriptam, per quam omnes in cælo ascribimur, ratam, per quam visceribus CHRISTI esse censamur, rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur, acceptabilem, vt, qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles eius vnico filio simus. **c** Illa ꝑ autem verba, iube hæc perferri per manus Angeli &c. Sic interpretatur, quod per ea posceremus, vt oblata conuertantur in corpus, quamuis enim verba sint consecrationis prolata, hæc tamen post incontinenti addita inesse, ac simul dicta videntur. **d** Quod autem ad populum quinquies sacerdos se vertat, Domini memoriam refert, qui eadem die quinquies post resurrectionem apparuit, quod prædictus quidem Nicolaus Plominus ait, non tamen satis autoritate fultum,

Yy 3 Sic

a c. pacem igitur. de consecrat. dist. ij.

b gl. vlt. in d. ca. pacem igitur. de consecrat. dist. i.

a c. triforme. de consecrat. dist. 2. vbi gl. Nicol. Plominus. in 5. par. prin. missar.

b Angel. ver. missar. 37.

c ca. verum. de consecrat. dist. 2.

d gl. d. c. vtrius. per. proferr.

Sic vides missæ partes sex, prima præpara-
tur populus vsq; ad epistolam, secun-
da, qua instruitur vsq; ad offertorium,
Tertia, qua hostia offertur vsq; ad præ-
fationem, quarta continet canonem
cum consecratione, vsque ad orationē
Dominicam, quinta, perceptionis pro-
œmium vnâ cum ipsa perceptione, se-
xta gratiæ aguntur in ea parte, quæ cō-
munio appellatur & hæ singulæ par-
tes deinde minutius partiuntur, vt ait
Nicolaus Plouius.

a c. s. ubi glo.
de celebr. miss.

b c. sicut Eunu
chus i. q. i.

Sciendum est etiam, numquam sine
igne missam esse celebrandam, a quo
vel ignis spiritus sancti in cordibus no-
stris ardens significetur, vel lux à Chri-
sto Domino orbi allata, nam & Leuiti-
ci capite sexto præcipit Dominus, vt
ignis perpetuus in tuo altari luceat, ex
quo & ignis sacrificij, qui per septua-
ginta annos Babiloniæ captiuitatis sub
aqua vixerat, extinctus est Anthioco
Iasoni vendente sacerdotium, quod si-
gnificauit, spiritus sancti ignem nõ lu-
cere in simoniacis sacramentis. b

16 Hæ verò infra scriptæ, eorū quæ in mis-
sâ aguntur, reddi rationes possunt, ex-
cerpta ex Nicolao Ploio in hoc suo
tractatu. Namque in primis non sine
introitu missa celebratur, quod à Ce-
lestino primo, q Romanus patria fuit,
institutum fuit, anno 427. sumiturq;
vt plurimum introitus à psalmis, quia
prisca temporibus ante missæ exordiū
psalmi canebantur, quod Pelagius cō-
pescuit, ne prolixitate nimia thedium
afferretur, repeti autē solet, quod signifi-
cetur concordia eorum, qui antecesserunt,
& qui subsequuti sunt CHRIS-
TI. Domini mortem sanctorum ho-
minum; diciturq; in eodem introitu,
Patri, & Filio & spiritui sancto gloria,
quia tota trinitas in filij incarnatione
cooperata est, quamuis solus filius car-
nem suscepit, quod Damascenus san-
xit. Item ex Gregorij institutione, vox
illa, Kyrieieison græca, nonies post in-
troitum dicitur, propter nouem An-
gelorum choros, & propterea statim
post introitum hæc vox redditur, nam
cum ea miserationem imploratus vox
sit, memoratur, CHRITVM introit-
se hunc mundum, eius miseratione cō-
morum, post quæ hymnus Angelicus
idcirco recitatur, vt magnum gaudiū

declaretur, quod ex tali spe miseratione
nis nos sequitur ab Angelo quippe, vt
hoc gaudio exultemus electi sumus.
In die autem Innocentium non canit-
tur, quia ad opprobrium CHRIS-
TI, non ad gloriam sunt occisi, neq; in ad-
uentu, quia, dum Dominus expectaba-
tur, lætitia nondum orta erat super ter-
ris, quāuis spes certa mortales aleret.
In sabbato autem dicitur ob gaudium
CHRIS-
TI resurgentis, quod celebra-
re incipit Ecclesia. Item sciendum, ora-
tiones plures septem esse non oportere,
quia neque in oratione Dominica,
nisi septem fiunt petitiones. Item, cū
oratio pro defunctis additur, non ex-
tremo, neque primo loco ordinis po-
nenda est, sed medio, vt finis principio
conueniat, principium autem defun-
ctis attribui in missa feriale, vel san-
ctorum incongruit, sed in missa, quæ de-
functorum saluti celebratur, nullæ vi-
uus orationes, seu (vt vocant) collectæ
interponendæ sunt, neq; enim defun-
cti, nondum ad patriam cœlestem eue-
cti viuentibus, sed ecōtra prodesse cre-
duntur.

In Canone autem missæ cōmemoratio,
& per communicationem venerationis
fit solum post beatissimam Virginem
Dei genitricem Apostolorum dūta-
xat cum nonnullis martyribus, confes-
sorum autem nulla habetur memoria,
vt ait Nicolaus Plouius in hoc tracta-
tu parte prima Canonis missæ, verbo
communicates, quia quo tempore in-
uentus fuit Canon, memoria confesso-
rum coli nec dum inceperat, tanta so-
lennitate, quāta colitur nunc, vel quia
non ita accensos se in Dei amorem o-
stenderunt, vel, (vt Ego puto) quia, cū
agatur de memoria passionis CHRIS-
TI, dum immolatur, eorum tantū
memoria fuit faciendā, qui hæc passio-
nem sunt imitati, nempe martyrum:
cur verò hos potissimum ex alijs ele-
gerint, quorum mentionem, & memo-
riam facerent quibusdam alijs post ha-
bitis, qui maiores apud omnes habentur,
certa ratio vix reddi potest, nisi,
quod nonnulli narrant, contigisse, vt,
cum sancti patres, qui canonem insti-
tuerunt, alios sanctos homines cele-
brioris cultus scripserint, his, qui mi-
nus cogniti, cultique erant, ommissis; ad
illam

illam scripturam reuertentes, inueni-
runt hos literis aureis descriptos, quo-
rum memoria agitur, aliorū verò no-
mina, qui maioris habebantur, deleta,
vt ait idem Plouius cuius rei fides pe-
nes auctorem sit, illam autem cano-
nis partem, qua Deum præcamur, vt
oblationem placatus accipiat, aiunt à
Leone additam fuisse, at illa verba,
quæ consecrationem introducunt, nè
pe illa, qui pridie &c. ab Alex. Pōtifice
Max. tradita esse dicuntur anno salut.
centesimo vigesimo secundo post mil-
lesimum. At illa alia oblationis pars
incipiens, quam oblationem, licet ex
Augustino à nobis suprâ exposita fue-
rit, alij tamen & aliter exponunt, vi-
delicet, Innocentius, vt idem Plouius
refert, nempe, benedictam, id est, im-
mune à peccato, adscriptam, id est,
scriptis prænuntiatam, & figuratā, ra-
tam, id est, non transitoriam, vt legis
veteris sacrificium fuit. Rationabile,
id est, quasi non peculiarem, vt erat
hostia legalis, quæ non mundabat à
peccato, Acceptabilem, illius scilicet
contrariam, de qua Isaias, & Hiero-
nimas, obtulisti hostiam non acceptā,
Quæ verò initio consecrationis profe-
runtur, verba, scilicet, benedixit, quam-
uis dum consecramus, signum cru-
cis eodem puncto secum ferant, non
tamen significant, & ipsum Christum
Dominum crucis signum fecisse, quā-
doquidem crucis necdum vlla ante
passionem virtus erat, sed hunc sen-
sum hñt, quod vim benedictionis illi
substantiæ sic imperiuit, vt in substan-
tiam sui corporis verteretur, quemad-
modum & Deus, cum mundum crea-
uit, post animalium productionem,
eis quidem benedixit, vt habetur Ge-
nesis primo, nec tamen credendum
est, iam tunc signo crucis hæc benedi-
ctione imperianda vsum fuisse; cauē-
dum est etiam, quia, licet consecratio-
nis verba in prius videantur, quod pa-
nem frerit, prius, q̄ consecrationis
verba proferret, Dñs, omnes tñ inter-
pretantur, ordinem hunc seruati fuis-
se, vt verba illa tanti mysterij, Hoc est
enim corpus meum, in benedictione
ipsa fuerint dicta, neque aliud sit illa
benedictio, quàm hæc verba, post quæ
panem mox frerit, quibus item ver-

bis simul & semel benedixerit, ac conse-
crauit, discipulosque formam conse-
crandi edocuerit, q̄q̄ & alijs videatur,
bis hæc verba fuisse pronuntiatā, prius
scilicet in consecratione, & mox, dum
discipulis propinaret, eos, quid facturi
essent, instruens, vt ex Gulielmo,
& Goram super Mathæo meminit, præ-
dictus Nicolaus Plouius, in verbo, q̄
oblationem ad finem, in consecratio-
ne autem calicis præmittit verba illa,
quibus calicem præclarum appellat sa-
cerdos exemplo prophetæ, qui ait, Ca-
lix meus inebrians, quam præclarus
est, Item, quod post consecrationem,
& exaltationem vtrinque speciei ad-
dit, VNDE & nos memores serui tui
&c. pulchrè prædictis congruit, quæ
cum calix attollitur, profertur ver-
ba, HÆC QUOTIESCUMQUE FECERITIS, in
mei memoriam facietis, ac, quæ pos-
tea modico intervallo profertur,
videlicet, DE TUIS DONIS & DATIS; prior
pars ad spiritualia, videlicet dona, al-
tera pars, scilicet, data refertur ad tem-
potalia, hinc alia pars canonis, qua im-
ploratur à Deo, vt sacrificium ac-
ceptum habere velit more sacrificij ob-
lati per Abel, & Abraam, & Melchi-
sedech, cō tendit, quia sicut Abel ob-
tulit grata primogenita, sic Christus
primogenitus gratum fuit Patri sacri-
fificium, & more Isaac vnigeniti, & ip-
se vnigenitus patris oblati est, & sa-
crificio Melchisedech significat fuit,
quia & ipse in pane & vino refertur,
sicuti panem, & vinum obtulit Mel-
chisedech, vnde & Christus appella-
tur sacerdos in æternum secundum
ordinem Melchisedech. Illa autē ver-
ba sequentia, Sanctum sacrificium, ho-
stiam immaculatam à Leone addita
sunt, declarantur autem illa verba, per
ipsum, & cum ipso, & in ipso, hoc
modo, nam per ipsum Christum
vt sequentem & mediatorem, cum ipso
tanquam æquali, & in ipso tanquam
substantiali omnis honor, & gloria pa-
tri esse perhibetur; Oratio autem Do-
minica vt mox clara voce recitetur in
missa, à Gregorio institutum fuit illo
procemio præmissio, quia congruebat,
ne tam audaces Patrem nostrum Deum
appellarem, & tot bona petere aude-
remus, nisi fiducia hæc ab ipso Christo
Domino

Domino data fuisset, ad citius finem, cum à choro, vel clerico illa clausula extrema respondeatur, petèdo, vt Deus nos liberet à malo, sacerdos hanc precationem quasi ratam habens, & declarans orat, adhibens quasi in auxilium, & suffragium adscitis Beatissimâ Virginem Mariam, & sanctos, ne suis meritis confidere videatur. Tripartita autem hostiæ fractio, quarum duæ maiores partes super patina reponuntur, tertia, quæ minima est, in calicem immittitur, quid significant supra ostendimus, at, quod pax datur, ratio est, quia sumptio corporis sanctissimi nos Deo reconciliat, & docet, nos quoque inter nos pacem seruare, sed in missæ, quæ pro defunctis sunt, hæc pacis præcatio omittitur, quod defuncti perturbationibus huius seculi iam erepti sunt: Ac notandum, idcirco sacerdotem in missa populo septies salutem nutiare, vna scilicet vice, dicendo, pax Domini sit semper vobiscum, alijs sex vicibus, Dominus vobiscum, vt septiformem spiritus sancti gratiam designet, alia verò, quæ in missa sunt, latentque mysteria, innumerabilia quidem profecto, & infinita, non est institui nostri hoc loco singula recensere, nam iustû volumen ipsa per se exposcerent, vno merito sacrum Tridentinum conciliû ait, missam continere magnam eruditionem.

Si qui scientes tradita in celebrando solennia non seruarint, puta, omittendo epistolam, aut euangelium, aut orationes, ceteraque præcipua, vel, si non debito tempore, aut insignibus, alijsque solennibus, vbi fuerint, non minus quidem conscient, si debitam formam, & materiam, & intentionem adhibuerint, sed tamen graue crimen admittent, in verbo autem aliquo extra formam a-

a Angelus, vers. missa nu. 13. Silue. ver. missa primo.

b ca. i. §. ma: de Sum. Trin. & fide catho. c. i. in fi. de cõsecr. dist. 1.

teratio peccatum non censetur. **A** Sic igitur his tot solennibus, & insignibus ceremonijs, & precibus sacrificiû missæ celebratur, quos quidè ritus superuacuos, aut inanes opineris, namque omnes eo spectant, vt & tanti sacrificij. Maiestas magis eluceat, & sacrarum diuinarum, quæ in eo sacrificio occulte sunt, contemplationem fideles excitentur, vt Catechismus quoque

rectè commemorat, sacrosanctam Synodum Tridentinam sequens, cuius Sessione vigesima secunda capite quinto scriptum est, quòd, cum natura hominum ea sit, vt non facile queat, sine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem sustolli, propterea pia mater ecclesia ritus quosdam, vt scilicet quædam submissa voce, alia verò elatiore in missa pronuntiarètur, instituit, Cæremonias item adhibuit, vt mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina, & traditione, quòd & maiestas tanti sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis, & pietatis signa, ad rerum altissimam, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitaretur: Et canone septimo eiusdem Sessionis sanxit, vt, si quis dixerit, ceremonias, vestes, & externa signa, quibus in missarum celebratione ecclesia Catholica vtitur, irritabilia esse impietatis potius, quàm officia pietatis, anathema sit, itè nono canone pariter anathema in eos dirigit, qui aiunt, ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voca pars canonis, & verba confectionis proferuntur, damnandum esse, aut lingua tantum vulgari missam celebrari debere, aut aquam non miscèdam esse se vino in calice offerendo, eò quòd sit contra CHRISTI institutionem. Verùm, quia non deerant superstitionum auctores, qui alios ritus, aliasque ceremonias adstruebant, sanxit S. Synodus Trident. Sessione vigesima secunda, ne superstitioni locus detur, vt episcopi edicto, & pœnis propositis caueant, ne sacerdotes alios ritus, aut alias ceremonias, & preces in missarum celebratione adhibeant præter eas, quæ ab ecclesia probatæ, ac frequentes, & laudabili vtu receptæ fuerint.

17 Videndum est igitur, quæ personæ, quibus diebus, & temporibus, quo loco, & quot vicibus diebus singulis celebrare missam possint, vel teneatur, ac quæ personæ, quibusue diebus, & locis eam audire teneantur.

18 Celebrare missam hi soli possunt, quibus sciendæ sacratissima eucharistiæ potestas data est, nempe sacerdotibus ritè ordinatis, non alijs, quos, vt diximus

19 ximus in titulo de Eucharistia, oportet esse ieiunos, & sine peccato, quare concubinarij, alijsque peccatores publici valde cauere debent, ne missam celebrent, & hi, qui ab huiusmodi peccatoribus missam scientes audiunt, peccato non carent, atque etiam, si in causa fuerint, vt missam celebraret, creduntur mortiferum crimen committere, non tamen ideo missa ab eis celebrata opere operato carebit, nec minus CHRISTI corpus, & sanguis conficietur, quod quidem sacramentum vires suas per omnia habeat, ac, si à iusto, & bono sacerdote celebratum foret, & quamuis orationes ab his dictæ in illo sacrificij mysterio non ita apud Deum faciles, acceptæque sint, nec ita profint, quemadmodum, si à bono sacerdote porrectæ essent, & illis orationibus deimpis, quas totius ecclesiæ vicem & personam referens sacerdos facit. **a**

20 Caui & etiam sacros. Synod. Trident. Sessione vigesima secunda, vt episcopi singuli in suis diocesisbus interdicerent, ne cui vago, & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat, ac neminem, qui publicè & notoriè criminofus sit, aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittant.

21 Sacrum hoc missæ facere tenentur in primis sacerdotes omnes curam animarum habentes, hi namque singulis quibusque festis, solennibusque diebus per se, alijs autem festis non solennibus, sed tamen ab ecclesia indictis, p alios saltem celebrare populo suo missam tenentur, nisi iusta causa impediti fuerint, secus verò graui peccato se se obstringent. Imò & Soto edocuit libro nono, de iustitia, & iure, quæstione tertia, articulo primo, parochos sacerdotes iure decimarum quotidie debere, pro sua parocchia, si modò fructus satis sint ei alendo, celebrare, si minus pro eorum quantitate, vel ter, vel quater in hebdomada ad iudiciû Antistitis, iustum impedimentû tamen vt valetudinis cura, & animi interdum laxandi obsequium, aliquæ taciti cuiuspiam obicis conscientia merito excusare quem possunt, si non ita frequentes in celebrando fuerint.

22 Sunt & nonnulli, quibus ex præca eccle-

siæ, quam regunt, institutione, vel beneficio, quod habent, celebrandi missam quotidie onus incumbit, qui certè curare debent omni studio pro viribus suis, vt pensum hoc sibi impostum, acceptumque exoluerè possint, talesque se præstare, vt suo saltem ipso facto ne impediantur, quominus obligationi huic satisfacere possint, & sed hoc tamen onus sic præfractè intelligendum non est, vt nullum omnino diem labi patiantur, quo non celebrent, multi enim, & inopinati casus, impedimenta que necessaria contingere possunt, vt vel impossibile, vel difficilè admodum, aut saltem indignum, & animæ etiam periculosum sit, missam celebrare, quare nihil impurandum erit ei, modò, quàm frequentissimè poterit, decore seruato, ac debita sacramenti reuerentia celebrauerit, sic enim impostum onus interpretandum est, vt parere ei aliquis teneatur, c vbi scilicet personæ certæ est onus impostum, secus verò, vbi posset alterius ministerio eas partes obire, vt rectè monet Siluester: quæratione etiam non admittitur, vt quis certam peculiarem missam quotidie per totum annum celebrare teneatur, quia non est specialis missa prætermittenda. **d** Quicumque tamen sacerdos, etiam, q nullum beneficium tali onere presertim habet, illis saltem diebus solennibus celebrare missam tenetur, quibus omnes deuoti christiani eucharistiam sanctissimam sumere debent, & solènt, Paschatis videlicet resurrectionis die, Natalis Domini, Penthecostes, & Epiphaniæ, & Ascensionis, et corpus Christi & nonnullis diebus eorum, quibus solennia Beatissimæ Virginis aguntur, vt annuntiationis, vel assumptionis, & natali die Ioannis Baptistæ. **e**

23 Hoc quoque statutum est, vt nullus presbiterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus presentibus, sibi que respondentis, & ipse tertius habeatur, nec pati debet, vt mulier sibi hoc sacrû facienti ministrat. **f** Vnam tamen præduntaxat missam die, non plures celebrare quis debet, quia CHRISTVS semel passus est, & totû mundum redemit, & quamuis quotidie celebrare possimus, id eo conceditur,

a c. nullus. c. præter. dist. 32. vbi doc. c. vbra. & c. si. de cohabit. cler. & mili. glo. in ca. de homine. de celebratio. miss. Henrich. ca. si celebrat. col. 5. de cler. excom. Coarv. c. alma. par. 1. num. 10.

b c. intra. i. q. i. Bonavent. Rēebar. Scot. Thobas. in 4. dist. 13. Ang. ver. missa. nu. 56. Naua. in sum. c. 25. §. 3. nu. 79. & sequen. Dida. in ca. alma. part. 1. nu. 10.

c Ab. ca. consueuisti. de celebr. missar. & ca. significati. de præb. silue. ver. missa. i. q. 5. nu. 5. Ang. vbi sup.

d Abb. Ang. Sil. vbi sup.

e Sil. et Ang. vbi sup. ex S. Thoma.

f c. hoc quor. de consecr. dist. 1.

g Angel. uer. missa in prima.

h ca. sufficit. de consecr. dist. 1.

ditur, quia, & quotidie peccatum, & culpam contrahimus, quæ culpa hac hostia expianda est. A sed valde felix est, (ait Augustinus) qui vnam missam dignè celebrare quotidie pòt, a die natalis dominici tamen tres missas, vel coniunctam, & simul, vel separatim dicere quis potest, dummodo antea auroram non plures vna dicat, & rectius quidem distinctam, nempe prima ante auroram, altera, in aurora, tertia luce iam clara celebraretur, quamvis in populi commodum privatæ missæ omnes tres coniunctam, priusquam sacerdos ad alia digrediat, celebrari soleant, atque illa institutio missarum suis tpiib. celebrandarum, in conuentualibus missis duntaxat custodiatur, Missa autem, quæ nocte celebratur, tempus illud infelix significat, quo miseris mortales magnis in tenebris ante datam legem volutabantur. Altera, quæ albescente iam cœlo missa celebratur, legis tempus signat, quo lux à C H R I S T O allata tenebras discutere incipiebat, Tertia autem, luce clara quæ celebratur, acceptam plenè gratiam, & lucem in nos diffusam, quod hodie affecti sumus, demonstrat, suoque ordine, & loco vnaquæque earum dicenda est, non cõfusè, præposterè, aut promiscuè, nec prout sacerdos ipse voluerit, alius. n. introitus, alia epistola, aliud Euangelium, aliæque preces primæ, quam secundæ missæ adscriptæ sunt, vel tertiæ, & rursus alia recitari debent in secunda, quam in tertia, prout vniusculiusque temporis significatio est, prima enim illam habet lectionem, quo hic versiculis, legitur: *Populus gentium qui ambulabat in tenebris*, in secunda his verbis, & cantibus exultat ecclesiã, videlicet. *Lux fulgebit hodie.* c Tertia autem iam, cum plena integraque letitia canit. *Puer datus est nobis, puer natus est nobis.* In prima Euangelium legitur continens hymnum Angelicũ, Epistola Pauli, *Apparuit gratia Dei.* Oratio, *Deus qui hanc sacratissimam noctem, psalmus, Tecum principium, Communio, In splendoribus sanctorum.* In secunda. Oratio, vt qui nona incarnati verbi luce perfundimur, Epistola Pauli, *Apparuit benignitas;*

a gl. in d. cap. sufficit.

b c. te referent. de celebrat. missar.

c gl. c. 3. de celebr. missar. et c. nocte. de consecr. dist. 1.

d c. ex parte. de celebr. missar. Angel. & Siluester. ver. missa.

Graduale. *Benedictus, qui venit in nomine domini.* Euangelium. *Passio- res loquebantur ad inuicem.* Offertorium. *Deus firmavit orbem terra.* Communio. *Exulta filia sion.* In tertia oratio, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, Epistola Pauli. *Multifariam multisque modis.* Graduale. *Viderunt omnes fines terra.* Euangelium primum Ioannis. *Cõmunio, Viderunt omnes fines terra.* Hic autem ordo, & series ab Ecclesiã præscriptus peruerri non debet.

An verò teneatur sacerdos tres die prædicta natalis dominici missas celebrare, aut qui sacerdotes non sunt, tres audire, dubitare non debet.

33 Contingit etiam interdum, vt alijs quoque diebus celebrare quis duas missas concedatur, si qua necessitas id exposcat. Necessitas verò id exposcere dicitur, vt, si corpus C H R I S T I non existeret, ægro iam iam morituro ministrandum, vel, vt Præfato, alicui magno, quem non decet vquamvllã die sine missa preterire, oblectandè, vel principi alicui etiam laico, vel, ne populus magna i festi celebritate hoc solatio missæ careat, vel, si frequenti in populo, eoque sic paupere, vt duos sacerdotes alere non possit, vnus sacerdos non potuerit omnibus vna missa satisfacere. Item, si anniuersarij alicuius festi natalis dies, alteriusque Diui eadem die vigilia incidat, quare duas missas, alteram quidem vigilia, alteram festi diei celebrari opus esset, nec tamen nisi vnus sacerdos ea in ecclesiã inueniatur, licebit illi, postquam alteram ex his missis celebrauerit, alteram quoque operari, modo in priora missa purificatione ieiunium non fregit, quod semper cauendum est, tam in trib. natalis Dominici missis, quam vbi cumque incidit, duas missas facere, vt purificatione in suprema missa demum vtatur; Traditum est etiam, nõ prohiberi aliquem post celebrationem missæ ferialis, alteram quoque missam ad defunctorum suffragiũ celebrare, vbi præsertim ea esset ecclesiæ illius institutio, vel cõsuetudo vtriusque missæ quotidie celebrandæ, & solus sacerdos adesset, Tres autem missas

34 fas nullo pacto quauis die, causa, vel necessitate præter diem prædictam natalis Dominici, vquam celebrare q's concedendus est, A Ac sciendum, decere, vt vnaquæque ecclesiã collegiata & conuentualis duas quotidie missas conuentuales celebret, alteram quidè Diui, vel ferie currentis, alteram pro defunctis, A quia tamen mos hic obsoleuit, creditur, non delinquere eos, c qui eum morem non obseruant, ac Item, si post celebratam feriam, vel Diui missam contingat eodem mane in defuncti alicuius funere missam ex consuetudine celebrari oportere. Item peregrinorum in die festo iter suscipiendum causa, & nuptiarum, vt illis benedicatur ante lapsum tempus, Idem erit si quis duas habeat ecclesias, quarum vtraque sacrificium missæ exposcat, nec aliunde haberi possint, & demum, quia singulos, qui contingere possent, casus percenseri impossibile est, Siluestrum legor dicentem, quod vbi cumque necessitas aliqua vrget talis, quam bonus vir estimaret vrgentè hoc quoque permittrandum est, cum ceteros casus omnes caon non finire, & exprimere noluerit, sed arbitrio relinquat, quando necessitas videatur, vnumquam tamen necessitatem vrgere quis dixerit, vbi alterius ministerio e suppleri potest. 37

35 Si qui autem aliquorum adulationibus ducti plures eadem die missas nulla ex legitimis causis existente celebrauerint, peccati proculdubio morte dignum æterna admittent, & ac multo magis, si premio, vel prætio inducitur hoc admitterent, qui præterea & si monia crimine ipsa incurrerent, vbi de mercede pacti essent, nulla autem facta conuentione expressa, mentis saltem simoniam non euitarent, quicquid tamen acceperint, restituerentur; g pauperibus scilicet erogando; 37

38 Sacrificij huius stas, legitimaque; hora est ab aurora ad nonam, ita vt neque post Nonam, neque ante auroram sine peccato, nisi vrgente causa, puta, vt eucharistia conficiatur ægro morti proximo deferenda, celebrare liceat, per totum autem id tempus hoc sacrificium facere licet, quemadmodum interpretatur receper tam diu, & inuete-

h rata consuetudo, in missas videlicet priuatas celebrando, conuentualibus autem missis nec totum id tempus aptum, congruumque censetur, nisi hora diei tertia iam venerit, ed quod illa hora & dominus Iudæorum linguis, & maledictis crucifixus fuit, & super Apostolos spiritus sanctus descendisse legitur, i imò & quandoque hora sexta, nempe in festis, & quandoque etiam nona in diebus scilicet ieiuniorum expectanda est; Congruum est etiam, ne veluti ordine præpostero quis missam ante celebret, q quam horas matutinas, & primas recitari, vbi id com modo suo facere ei liceat, si verò in choro sit prima dicenda, opusque fuerit, ante horam primam recitandæ missam celebrare priuatam, non perperã egisse censetur, celebrando, ne duplici sarcina recitandarum bis precum primarum oneretur, h qua in te tamè consuetudini aliquid tribuendũ est, i nec tamen mortale esse, ac vix veniale peccatum opinatur Soto, si quis non dictis matutinis, vel primis diei precibus missam celebrauerit. M

Sancitum est etiam à S. Triden, Concilio vigesima secunda questione, vt Episcopi, ne superstitioni locus aliquis detur edicto, & penus propostis caueant, ne sacerdotes alijs, quàm debitis horis celebrent. q Accepi tamen, Sixtum Quartum olim concessisse, vt sacerdotes ordinis minorum obseruantes, possint ex causa necessitatis ante, vel post horam debitam celebrare, & Innocentium Quintum monachos Sancti Benedicti, vt in suis monasterijs possint, deuotionis suæ causa statim post matutinum, dummodo nõ à luce diei hora distantius missam facere. Item Leonem decimum fratribus minoribus, obseruantie indulisse, vt, cum licentia suorum prælatorum possint, etiam ante vel post matutinum, vel, dum matutinum recitatur, modo ipsi celebraturi matutinum, & horam primam recitarint, missam celebrare, atque etiam post meridiem diu itinere impediti nõ pornerunt tempus festiuis celebrare, vt refert Nauar. in summa suæ capite vigesimo quinto, de clericis ordinis sacri hicium facere licet, quemadmodum interpretatur receper tam diu, & inuete-

a Ang. d. ver. missa. nu. 46. ad fin. Siluest. ver. missa. i. q. 6. & 7. Nauar. in sum. c. 25. §. 13.

b c. cum creatura. de celebr. missar. vbi no.

c Ang. d. ver. missa. nu. 43. Ab. d. c. cum creatura. Sil. ver. miss. q. 7.

d c. consului. de celebra. missar.

e Sil. ver. miss. q. 7. nu. 3.

f c. sufficit. de consecr. di. i.

g Angel. ver. missa. nu. 48. & ver. simonia. 7. in prin.

h gl. pragma; quo tempor. q's deb. esse i. c. ver. missa. Quintilia. in signatura ver. altare portati le.

i c. no. vbi gl. ult. de consecr. di. i. Ang. ver. missa. nu. 41. sequen.

k gl. Ang. & Sil. ubi su.

l Hosti. in sum. de celebr. miss. Ang. vbi f.

m Soto lib. x. quest. 4. art. 4. de iust. & iur.

c. b. in ergo. & cap. nullus presbiter. de consecr. di. 1.

b. ca. sunt. & c. seq. eod. tit. de consecr. di. 38. in. r.

c. gl. in c. vni. cuique. de con. secr. di. 1. et c. si quis etia. & c. clericos. ea. dist. & tit. & ca. quidam 18. q. 2.

d. Innoc. in c. i. A. b. in Ry. do consecr. altar. A. rebidia con. in c. missarum. de con. secrat. di. 1.

Aug. ubi sup. nu. 40. gl. d. c. quidam. 18. q. 2.

e. c. episcopo. rum. de priu. in 6. Ang. ver. missa. nu. 39. in fin.

f. c. nullus pre. sbiter. & cap. clericos. de co. secr. di. 1.

g. In auten. ut. in domib. priu. at. s. primo. b. c. si. de priu. in 6.

i. c. in his. ex. de priu. in 6.

k. in dic. ver. missa. nu. 39. l. c. melius. ut. priu. leg. Gem. in c. si. nu. 5. eo. tit. in 6.

Mandos. in si. gnat. ver. altar. portable. Mandos. ubi sup.

quibuslibet nobilibus personis, vt celebrare & celebrari facere possint ante diem in locis interdictis.

Secd, quemadmodum quibuscumque etiam prophanis in negocijs no solum tempus congruum spectandum est, sed etiam loci ipsius magna, precipua que ratio habenda est, ita, & longe quidem magis mysterium hęc diuinum tam admirandę vtilitatis, & dignitatis, non debet omni in loco celebrari, sed in locis ritę ab episcopo consecra-

41. tis duntaxat, huicque, vbi dicitur, a fatius est enim missam non cantare, aut non audire, quam in his locis, vbi fieri non oportet, nisi pro summa necessitate contingat, quando quidem Deuteronomij capite duodecimo scriptum est, vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.

42. Non t̄empta est tamen episcopo indulgenti ex causa potestas in sua diocesi, vt cui liceat etiam in priuatis oratorijs, & ecclesijs non sacralis, cum altari fertili, quod viaticum appellant, missam celebrare, c quo sędere principis Iurifconsultorum Põtificiarum legum, nempe Innocentium, Archidiaconum, & Abbatem inter se dissidentem conciliat Angelus à Clauasio, quorum alij, posse etiam non impetrata episcopi licetia in priuatis oratorijs exte gentē necessitate celebrari, alij verò cõ trā neque episcopum hanc potestatem facere posse aiebant, verius enim est, licentiam hanc ab episcopo esse impetrandam, qui non alijs morem geret, nisi vt cum altari saltem viaticum celebra-

43. tur. b. Sacrosan. autem Synodus Trident. Sess. vigesima secūda statuit, ne Episcopi patiantur, priuatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, & ad diuinum cultum tantum dedicata oratoria, ab eisdem ordinarijs designanda, & visitanda sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscumque peragi.

40. Si t̄ quis verò in domibus priuatis, alijsve locis ab Episcopo non probatis missam celebrare, aut celebrari fecerit, hoc damni feret, etiam Cæsareis legibus, (præterquam quod iure Pontifi-

ficto ab ingressu Ecclesię interdicuntur, & atque etiam de gradu suo clericali in eis celebrantes deponuntur) statutum, quod dominus illius domus arbitrio Principis punietur, qui id fecerit, vel passus fuerit, domusque illa Principis ætati addicetur, e quod feruari vbi que terrarum incorruptę ait Clarus quaestione septuagesima nona praxis Criminalis sequens Caliciū in Margarita fisco.

41. Episcopi tamen, maioresque Prælati, (vt in titulo suo diximus) possunt altare viaticum habere, & in eo celebrare, & celebrari facere, vbi cumque, quod priuilegijs eis concessum fuit, quia sepe à suis Ecclesijs, & diocesis abesse eis cõtingit, quare non sęp possunt ad Ecclesias cõmodę accedere, vt ibi missas audiant, vel celebrent, h & tamen (vt supra diximus) Episcopum absque missa aliquē die præterire indignū est.

42. Item fratribus t̄ minoribus, & prædicatoribus pariter concessum fuit, vt vbi cumque fuerint, sine parochialis iuris præiudicio, possint cum altari viaticum celebrare, quod etiam absque episcopo- rum licentia intelligendum est, i parochiale autem ius, cui præiudicium inferre non possunt, in oblationibus, decimis, & p̄mitijs versatur, quas illi petere, vel accipere prohibentur, vt à Gregorio nono quadam sua constitutione extrauaganti declaratum esse ait Angelus à Clauasio. x

43. t̄ Concedere etiam potest Vicecancellarius ex regulis Cancellarię Dominis terrarum & locorum, nec non Abbatibus, & Prioribus monasteriorum solitorum gubernari per priores, maioribusque prælati, & magnorum principum cõsiliarijs altare portatile, alius autem hanc potestatem altaris portatilis post Pontificem Maximum facere non potest. l. Concesso altari portatili familiares quoque includuntur eius, cui fuerit concessum, non alij, nisi dictum expressumque in priuilegio fuerit, non plures tamen quinque vt plurimum priuilegio includi persona solent, & subditū illius tamen non excluduntur, cui fuerit concessū, patet autem concedi solet in locis Apost. vel ordinaria auctoritate interdictis, vt ait Stafilens in tractatu breuium. Prohi-

44. Prohibitum est etiam, ne qui seculares, aut regulares, quantumvis exempti, seu libertatis sedis Apostolicę priuilegijs muniti, cuiuscumque ordinis, religionis, status, vel conditionis existant, celebrent, vel celebrari faciant diuina in ciuitatibus, castris, & villis, seu alijs locis interdictis ab ordinarijs, seu delegatis iudicibus, vel à iure, nisi quatenus à iure conceditur, quod transgredientes scienter, ingressu Ecclesię interdicuntur præter alias penas à iure statutas, donec arbitrio eius satisfecerint, cuius sententiam contempserint. a

45. Sed & loci locus, necum locus ipse est spectandus, in quo sacrum faciendum est, nam, si non tota altaris mensa, aut tabulę sacrata sit, sed lapis quadratus tantum altari instrus, aut super impositus, tantę magnitudinis, vt lapis ille sit, desideratur, vt facile calicis pedem cum hostia non angustę capere possit, quandoquidem in consecratione vtrumque scilicet Calix, & hostia à sacro lapide nunquam amouendum est, Angelus ver. altare, in principio, & ver. missa, numero trigelimonono.

46. Nunc sciendum, quod Sacrosancta Synodus Tridentina eadem Sessione vigesima secunda, videns multa, siue temporum vitio, siue hominum incuria, & improbate irrepisse, quę à tanti sacrificij dignitate aliena sunt, vt ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi adificationem restituerit, t̄ sanxit, vt ordinarij locorum Episcopi, ea omnia prohibeant, & e medio tollere, sedulo curent, ac teneantur, quę vel avaritia idolorum seruitus, vel irreuerentia, quę ab impietate sciuncta vix esse potest, vel superstitio verę impietatis falsa imitatrix induxit, quapropter cuiusvis generis mercedum, conditiones, pacta & quicquid pro missis nouis celebrandis datur, t̄ nec non importunas, atque illiberales elemosynarum exactiones, potiusquam p̄sulationes, aliaque huiusmodi, quę à Symoniaca labe, vel certę à turpi questu non longe absunt, omnino prohibeant.

47. Item, vt quatuordecim missarum, & can-

delarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religione inuentus est, omnino ab ecclesia remoueat, doceantque populum, quis sit, & à quod potissimum proueniat, sanctissimi huius sacrificij tam prætiosus, & celestis fructus.

48. Missa t̄ autem scopus, & finis hic est, vt Deo sacrificium fiat, quamuis enim in honorem, & memoriam sanctorum nonnullas interdum missas ecclesia celebrare consueuerit, t̄ non tamen illis sacrificium offerri docer, sed Deo soli, qui illos coronauit, vnde nec sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victorijs gratias agens eorum patrocinia imporat, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in Cælis, quorum memoriam agimus in terris, n̄ quod recte Synodus Tridentina capite tertio Sessionis vigesimę secundę mimit, ac deinde canone quinto eiusdem Sessionis anathematis pena sanxit, & Catechismus eleganter repetijt.

49. Interesse t̄ autem & videre, atque audire hoc sacrificium omnes fideles tenentur omnibus diebus Dominicis, & alijs festis ab ecclesia indictis, t̄ ita vt non prius ab ea nisi virgintē necessitate discedant, quàm sacerdotis benedictionem acceperint, e nec prius sacerdos hæc sacra incipere debet, nisi qui intersunt, decenter composito corporis habitu declarauerint, se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solum corpore adesse, vt ait Sacrosancta Synodus prædicta loco iam citato. t̄ Et, dum sancta Evangelia leguntur, Sacerdotes, ceterique, huic sacrificio qui adliunt, non sedere debent, sed stantes venerabundi, atque in conspectu Evangelij proni dominica verba intente audire, & cum fide adorare debent, t̄ ac cum sacerdos post consecrationem hostiam attollit, debent, qui intersunt, genibus flexis eam suppliciter venerari, & adorare, & vbi- cunque etiam circumferri eam vident, seu ad egros, seu dum processiones fiunt, Diximus etiam supra, omnes prælatos debere missam quot tidie audire, & videre, vbi ipsi non celebrant. t̄ Sed & filiorum, & famu-

lor.

a. c. Episcopo rum. de priuilegia. in sexto.

b. Soto. de iust. & iur. li. nono. q. 2. ad finem.

c. c. omnes. & cap. missas. de consecr. di. 1. vbi gl.

d. ca. apostolica. de consecr. di. 1.

e. c. sanę. de celebr. missar.

a Arch. in d. c. omnes, & c. missas. Silu. ver. missa. 2. in prin.

b c. 2. de paro.

c cap. solet. de consec. dist. i. verb. missa. 2. q. i.

d c. si quis & extra de conse. di. i. Angel. ver. missa. in fin. Nauar. in sum. ca. 19. nu. 5.

e Ab. in d. c. 2. de paro. Sil. & Ang. ver. missa.

lorum, & aliorum, quos in sua domo sibi subiectos habet quilibet Parrochialis, hanc curam habere debet, vt festis quibuscumque diebus ab ecclesia iudicatis missa intersunt. **a** Ieiuniorum autem diebus, scilicet vigiliarum, quatuor Temporum, & Quadragesimae Missam non audientes non creduntur peccatum admittere, seu quia consilij potius, quam praeccepti id sit, seu quia consuetudine sit abrogatum. **b**

58 Excitantur a missa audienda omnes hi, quos negocia necessaria, & magni dispendij occupationes, vel Dominorum, aut patrum, quibus parere tenentur, aut virorum imperia non sinunt, vel non sine offensa parerentur missas audire eos, vel, qui a comite longi itineris ad suscipiendum, vel finiendum iter sollicitate postulantur, vel, quibus res angustiae vestium pro statu, & conditione commoda non suppeditant, vt ait Silvester iam citatus in verbo Missa, secundo. Sine causa autem omittentes missam crimen letale admittunt, quamvis non contemptum id faciant, Silvester vbi supra.

59 Debent autem fideles ad missas audiendas frequenter ad suas parochias saltem diebus dominicis, & maioribus festis conuenire, c. quod tam sacris canonibus antiquis, quam a sacro Tridentino Concilio traditum est, & quamvis fortasse hoc praecceptum Consilij potius, quam legis aeternae vim habeat, & certe contraria consuetudine abrogatum sit, certis tamen solennibus diebus Ecclesiae suae nullo pacto deesse debent, nempe in Paschate, Natali Dominico, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali sancti Ioannis Baptistae, & si qui Maximi dies in festiuitatibus habentur. **d**

Item omnes in hoc consentiunt, nullo in vitio, vel culpa esse eum, qui non proprii sacerdotis parochi in contemptum, sed potius, vel vt opportuniorem locum verbo diuino audiendo, commodioremque habeat, vel vt propter minorem populi frequentiam intentiorem ad sacramentum habeat, vel, quia celebrandi modus

alienae ecclesiae magis purus, deuotusque ei videatur, quam parochiae, vel quia norit, parochum suum esse publicum concubinarium, alijsve similibus causis. **e**

Si parochiae ecclesiae titulus Dino alieni dicitur sit, cuius festum non praecipit ecclesia, illius tamen parochianj, & missam audire, & ab operibus seruilibus eo die, dum inibi morantur, se temperare debent, vt ait Nauarrus in Manuali capite 25.

Et sciendum, f. recte, atque optime facturos fideles omnes (quod in primitiua Ecclesia quandoque obseruabatur) si, vt desiderium est & Sanctae Synodi Tridentinae, in singulis missis adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, vt ad eos sanctissimi huius sacrificij fructus vberior perueniret. **f** Sed, quamuis id non semper fiat, non tamen, propterea missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, vt priuatas & illicitas damnat, sed probat, ac valde commendat, f. si quidem illae quoque missae verè communes censeri debent, partim, quod in eis populus spiritualiter communicet, partim verò, quod a publico Ecclesiae ministro non profertantur, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Christi corpus pertinent, celebrentur, vt capite sexto docuit, Sessionis vigesima secundae, ac simul canone octauo sanxerit his verbis, videlicet.

60 Si quis dixerit, Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas, anathema sit.

Sciendumque est, quod ipsi quoque, qui missa intersunt, vel qui elemosynas tribuunt, vt celebretur, vel quomodocumque fauent, sacrificium offerre dicuntur, nedum sacerdos ipse, qui celebrat, vt ex ipsius sacerdotis verbis colligitur, quae initio canonis recitatur, sed magis tamen hi, qui missam celebrari faciunt, sed omnium sacerdos maxime, qui sacra facit, vt ait Soto, de de iust. & in. lib. 9. q. ij. vlt. art.

61 Quare f. solet, quodnam sacerdoti celebrandi consilium capiendum sit, qui

qui, dum sacra facit, se excommunicatum esse, ad mentem adducit, irregularem, suspensum, vel crimine aliquo graui irretitum, quod confessus non fuit, vel non ieiunum, quod prius non meminerat, quae sanè perdifficilis quaestio est, sed in hanc tamè videntur frequentius sententiam Doct. conuenire, vt, si quidem post consecrationem demum ceptam, licet nondum perfectam, horum impedimento aliquod menti succurrat, quodcumque illud sit, nullo pacto a cepto opere desistere debeat, imò ad finem profectui, eo quia, licet graue peccatum sit, aliquo ex praedictis impedimento laboranti sacerdoti celebrare, longè tamen grauius est, huius sacramenti opus diuidere, & partiri, seu inchoatum relinquere, immo sacrilegium immane estimatur, cum itaque alterum ex his criminibus circa ipsum sacramentum versetur, alterum ad qualitatem conscientiae spectet, maius citca ipsum sacramentum crimen committi proculdubio dicendum est, hoc igitur potius, quam illud esse concedendum, nec propterea tamen sacerdos profectus efficietur irregularis, quandoquidem à Summo Pontifice, inuisibili SACRISTO, quò ad actum illum inuisibiliter absolutionem huius criminis consequitur. **a**

Vbi verò haec recordatio ante inchoatum consecrationis opus menti subuenit, non eodem modo in omnibus praedictis diffiniendum est, sed distinguendum, an missa nondum cepta, an postea id contigerit, nam, si quidem inchoata iam missa esset, quamuis peccatum graue ad memoriam ei redierit, non debet, etiam nullo scandalo imminente, opus inchoatum relinquere, proderit enim hoc casu etiam sine confessione contritio, modo propositum, statutumque ei sit, primo quoque tempore data sacerdotis confessorij copia illud fateri, at, si etiam in ipsa celebratione praestitit ei sit sacerdotis cuiuspiam copia, tutius capiet consilium ei confitendo; contingere autem opportunè interdum potest, vt celebrans sacerdotem promptum, ac tempus ad confitendum illi sine offenculo populi habeat, cum

missa conuentualis celebratur, si ante secretas orationes ceptas peccati memor fiat, conuentu enim & choro clericorum celebrandis, canendisque ceteris missae laudibus occupato, & intento, vix populus, aut clericus praesentier, quid cum illo sacerdote adstante sacerdos celebrans agat. Si verò excommunicatum se, aut irregularem, aut non ieiunum sit recordatus, non ita consentiens est in omnibus Doctorum opinio, atque in praedicto casu: Sanctus enim Bonauentura, & Angelus aiunt, posse eum, contritione tamen, & proposito quamprimum confitendi non carentem inchoatam missam perficere, verum Paulus Paludatus adè opinatur, quòd inchoatam in missa esse desistendum, vt vix concedat, grauis scandali metu imminente perfici eam posse; sed Diuus Thomas, cui & Silvester intrepidè adheret, non dubitat, quin sistere non debeat sacerdos, vbi sistendo magna in populo offensa oriri posset, hac quidem ratione, quòd impedimentum huiusmodi ex iure humano, & arbitrario veniant, cuius quidem iuris summa potestas apud Pontificem Maximum est, quem Pontificem Maximum verisimile non est, velle, vt quis populo offenculum ex sua obliuione apporet, scandali autem nullo exstante periculo, missam omnino inchoatam dimittendam censent, idemque, & de irregulari tradit praedictus **b** Silvester. **b**

At, si quis non memor, se in sacerdotali ordinae non esse, errorem suum ante consecrationem ceptam cognouerit, dimittere omnino missam teneatur, aliquam excusationem, puta, aegritudinis repente ingruentis simulando. **c**

Vbi autem nondum cepta missa aliquod ex supra dictis impedimentis inuentum venerit, non alius, quam verborum, aut necis, aut grauissimi alicuius scandali metus ad celebrandum cum his vinculis mouere, aut impellere eum debet, **d** sed Angelus tamen post Riccardum ait, Sacerdotem posse cum cautione celebrare, si imminet populi, vel personae

a. Ang. ver. en. charistia. 2. S. 6. Silu. u. d. 7. Nauar. in sum. ma. c. 25. §. 13. nu. 75. & 76.

b. Ang. Silu. Nauar. vbi su.

c. Ang. & Sil. vbi sup.

d. Silu. ver. en. charistia. 2. q. 7. Ang. ver. en. charistia. nu. 5. ver. quid de p. arbitro.

scandalum, & confitendi commodum non suppetat.

At, si contingat, sacerdotem, cum missam celebrat, aliquo casu, apoplexia fortè, aliove simili, mentis, vel corporis vitio deficere ante inceptam consecrationem, tamen illa missa non perficiatur, nihil interesse existimatur, si quis tamen sacerdos præfens eam explere, & perficere voluerit, concedendum est: qui si casus post consecrationem inchoatam euenit, per alium Sacerdotem icionum expleri eam omnino oportet, qui sacerdos, si nesciat, quibus in verbis ille defecerit, ex integrò à capite consecrationis resumat, ubi verò didicisset, qua in parte verborum cessatum fuisset, actam ab alio Sacerdote partem agere ipse amplius non debet, sed quòd superest, perficiendum explere, nisi in ipsis verbis formæ ille prior desisset, verba enim ipsius formæ omnia ab uno, & eodem sacerdote prolata integrè esse oportet, vt Sanctus Thomas, & Paludatus, & alij tradunt.

Albertus autem in tractatu de Missa, quem præcatus Sylvester memorat, hunc articulum tractans, quando, scilicet, non ignoratur, quibus in verbis ille Sacerdos defectum passus fuerit, sic ait, quòd, si ante Canonem defecit, à capite rursus incipiendum est, omniaque ritè peragenda, quia ante Canonem dicta, ad sacramenti consecrationem non pertinent, sed ad populi instructionem, duntaxat, sed Canone incepto, nondum tamen perfecta consecratione, cõtinuanda sunt nihilominus, Canonis verba, vnde cessarant, nec repetenda sunt, quæ semel prolata fuerunt, cum ob alias causas, tum etiam, quia non modica est illorum verborum virtus, & vis ad præparandum, & sanctificandum consecrationis opus, cui quidem virtuti iustitia per repetitionem fieret, ac si nullius momenti eorum prolatio fuisset, at si incepta, quidem, sed nondum perfecta consecratio foret, cum defecit, vt, quia, cum defecit, corporis facta consecratione sanguis consecrandus superesset, à Calicis, (inquit Albertus) consecratione initium

sumet, si verò nec panis quidem perfectus, licet incepta consecratio fuisset, seruandam esse illam hostiam in reliquijs tradit, aliamque ritè consecrandam, & sumendam, cum qua (vt non nullis visum est) illa quoque sumi poterit, quæ perfectè non fuit consecrata, idemque, & in calice procedere opinatur, Sed Sanctus Thomas, quem & Sylvester sequitur, rectius meo iudicio sentiens, non aliam hostiam, aut alium calicem consecrandum esse ait, quàm priorem, super quo cõcepta erat consecratio, & super ipsè verba consecrationis profertenda, cum nullum his consecrandis periculum metui possit.

Si contingat, † sacratas hostias, vel temporis diuturnitate, vel loci squalore, & situ corruptas esse, non propterea comburendas esse credas, nam sumendæ sunt, vt ait Sylvester, Paludatus, & alij.

Qualitum est, † præterea, si contingat fortè ex digitorum debilitate, vel frigore, aut aliqua sacerdotis incuria hostiam consecratam de sacerdotis manibus etiam in calicem dilabi, dum eam super calicem iuxta ritum diuidere parat, quid ei faciendum sit, & decisum fuit à Sancto Thoma, quem Sylvester, & alij sequuntur, non esse propterea aliquid repetendum, quòd scilicet hostiæ, partisque ipsius in calicem missio corpus mysticum spectet, idcoque horum præmissione sacramentum non reddatur imperfectum.

Incidit in præsentia ex facto quæstio, † quid de sacra hostia sit faciendum, quam qui sacravit sacerdos, in sacarioque repositus, eadem, aut altera die morbo Epidemice repete sublatum est, quare metendum videbatur, ne contagione cum inficeret, qui illam contacturus foret, qua in quæstione Theologi nonnulli animo fortè, benè fidentes dixerunt, non esse, quòd quis vercat, vt corpus dominicum, in cuius substantiam totus ille panis omnino versus est, aliquem contagione morbum contraxerit, alijsve apportare possit, præterquam quòd panis quilibet naturalis huiusmodi contagionis expertus est, itaq; promptos se, paratosque illi Eucharistiæ sumendæ oblaturos

obtrulerunt, ubi alius nemo eam sumere voluisset, alij verò intra reliquias sacras reponendam censebant, exemplo vini, in quòd post consecrationem aliquod venenū, aut venenificū, puta, scorpius, aliuve simile decidit, quòd constat, nemini ad potum esse tradendum, ne calix vitæ conuertatur in mortem, sed in vase apto recondendum, & reliquiarum more adseruandum; sed hoc exemplum Ego nequaquam factò proposito conuincere dicebam, namque in factò nostro nihil hostiæ extrinsecum accessit, quemadmodum in exemplo adducto, in quo venenum aut venenosum calici admixtum est, ita quòd non de vino ipso, aut sanguine potius CHRISTI, in quem vinum transfusum, versumque est, sed de veneno ipso metuitur, quòd nemo dixerit, pretiosi sanguinis substantiam vlla ex parte accepisse: Hinc non abire querere quis poterit, quid circa illud animal sit faciendum quòd in calicem decidit, responsumque est, si post consecrationem decidit, cautim inde eximendum, & quòd diligentissime lotum esse comburendum, abluionemque ipsam cum cineribus in sacarium mittendam, id est, in piscinam, in qua reponi solent ea, quæ species sacramenti aliquo modo contigerunt, sed ne sacramentum maneat imperfectum, aliud vinum ipsi perficiendo est præparandum, & à verbis consecrationis calicis inchoandum, si nondum corpus sumptum est, quòd verò angelus dicebat, sanguinem stuppa, aut spongia, aut alia re bibula absorbendum esse, & comburendum, Sylvester vti immò sacilegium habet: At, si cum talis incidit casus, nõdum sit facta vini consecratio, nihil obèbit, quin alius calix, cum alio vino parari debeat, illudque consecrari, & missa perfici.

Si, dum † celebrat sacerdos, videat debitam materiam sibi nõ esse paratam, cum nondum consecrationis canonem incepisset, illam materiam aduocabit, quam deficere cognouerit, ac, quamuis orationes illas inceperit, quæ consecrationem præire solent, eas tamen parata competent materia, iterum recitabit, nam si (gratia exempli) in pane

vitium sit, quia non sit triticum, vel non sit azimum, vel quia sit corruptum, hostia allata competenti rursus incipiet, ac recitabit illam oblationis orationem, quæ incipit. *Suscipe sancte Pater omnipotens aeterna Deus, &c.* cum illa, *Veni sanctificator, &c.* ceteris omiſſis, quæ ad consecrationem vini pertinent, & perget vsque ad locum, ubi desijt, continuando ad finem, vt Angelus ait, sic mentem Domini interpretans, Verùm Sylvester secus interpretatur, nempe incipiendum esse à forma, aut ab illis verbis ante formam, in quibus errorem vidit, non tamen consentit, vt altius repetatur verba, quàm ubi desitum est ne verbis iam prolatis iniuria fiat, nisi ad verba ipsius formæ iam ventum esset, cum enim illa sunt repetenda, simul etiam congruum esset, illa quoque repeti, quibus forma initiatur, & intro ducitur, illa, scilicet, in panis consecratione, quæ pridie, quam patetur &c. & in consecratione vini, verba illa, SIMILEM ORO, vt etiam declaratur, ex persona CHRISTI Domini profertur etiam ipsa in verborum serie, nõdum in proposito, & mente, sed in vini materia dicendum est, quæ, si post corporis consecrationem, sed tamen nondum consecrato vino, eius defectum rescierit, quia fortè, vel vinum, vel aqua decisset, apponere id confestim debet, quòd deesse cognouit, & panem reconsecrare. At si consecratione vini iam facta, defectum perceperit aquæ, nihil morari eum debet, quòminus inceptum opus ad finem persequatur, neque aqua amplius iam infundenda est, quia neque aqua est ex necessitate sacramenti, neque vino consecrato aqua est immiscenda, ne aliqua ex parte sacramenti sequatur corruptio: Sin vini ipsius defectum perceperit, post panis, (vt dixi) consecrationem, sed ante summptionem eius tamen, vinum & aqua infundentur, quæ consecrabitur rursus sumptis verbis ad consecrationem sanguinis appositè præceptis.

At, si demum corpore iam sumpto hunc vini, vel aquæ errorem perceperit, traditum est, apponi aliam hostiam debere, quæ vnà cum vino con-

a c. nihil. 7. q. 2.
i. S. Tho. 3. q. 83.
Silue. ver. eucharistia. 2. q. 8.

b Sil. ver. Eucharistia.

c Sil. vbi sup.

a ca. nihil de consec. dist. 2.

b c: comperimus de conse. dist. 2. Siluest. ver. Eucharistia in fi.

c Silu. ubi su.

d Sil. ubi su. q. vlt. num. 6. post Ange.

e Sil. ubi sup. q. 16. Angel. ver. missa. in prin. B. Anto. par. 3. tit. 13. ca. 6. §. 6. Nuar. in sum. c. 25. §. 13. nu. 84.

f Sil. ubi sup.

secratur, quia in consecratione, ubi sola verba consecrationis vini proferantur, non dicitur seruatus consecrationis ordo, quem integrum esse oportet, perfecta autem dici non possunt sacrificia, nisi perfectionis ordine compleantur, a si verò omnia verba repetantur, quæ in consecratione vini sunt repetenda, nisi adesset etiam hostia, viderentur vtique impertinentia, cum multa ex his, quæ super calice dicuntur, cum his coniuncta sint, quæ etiã ad hostiam pertinent, hancque etiam hostiam sumet, quamuis iam communione alia se aluisset: tanti enim esse momenti perfectio sacramenti existimatur, vt quæ in hoc sacramento cætera magni æstimantur, huic tamen cedere debeant, neque enim minus dicitur ieiunus sumpto sacramento.

Qua ratione etiam tractum est, quòd, si hostiæ defectum cognorit, postquam sumpsit eam, atq; etiam post Calicem acceptum, aliam hostiam, & aliud vinum, seruata ad vnguem consecrationis forma consecrare debet, ne sacramentum remaneat imperfectum. Potest tamen sacerdos, qui post consecrationem hostiæ, nec dum tamen sumptam, in pane vitium cognouit, aliamque propterea consecrauit, illam priorem hostiam, vel sumere, si velit, vel sumendam alteri tradere, vel castè, & cù reuerentia aliquo in loco seruare, vt hunc honorem formæ super ea prolata habeat.

Quòd, si materia competens in promissu non sit, cum qua possint iusta missæ inceptæ solennia perfici, cum ad consecrationis actum nec dum ventum fuisset, non est ulterius procedendum, causam tamen populo cum excusatione exponet sacerdos, quare desistere ei sit necesse, ne, fortè ille aliqd peius suspicetur; nec putes, quòd materiam competentem, quæ parata est, consecrare debeat, altera deficiente, cum (vt diximus) sacramentum hoc diuidi non debeat, nec congruat, alteram speciem sine altera confici, a at, si id post consecrationem panis contigerit, opinatur Syluester, missam perficiendam suppressis verbis, quæ consecrãdo vino dicuntur, namque, cum in alterutram partem peccatum immi-

neat, nempe vt ceptum sacrificium, vel ex vtraque, vel ex altera saltem parte imperfectum maneat, in hanc potius partem peccare fatius est, vt ex altera, quàm vt ex vtraque imperfectum sit.

Potest tamen quodcumque materia alata sit, dummodo nondum sit populo benedictum, defectus corrigi, & commendari. c

69 Integra ¶ autem an sit, vel diminuta, quam sacraturus est, hostia, canones nihil pensi habent, quamuis, si integrã habere possit, cauere debeat sacerdos, ne hostiam diminutam attollendo offendiculum adstantibus, apportet) quia non ideo panis substantia vitatur, nec quæritur, vt in iustum orbem, aliamve speciem, vel formam dummodo congruam sit consecrãta hostia. d

70 Equia de canone facta est mentio, sciẽdum est, ¶ alios censere, quòd Canon missæ ab illis verbis incipiat, quæ post præfationem prima dicuntur, secerò, quorum principium est. Te igitur clementissime Pater. vsque quo peruentum sit ad communionem, vt ait Angelus, alios verò ab his demum verbis, quæ profert sacerdos, cum panem manibus sumpturus est, quæ incipiunt, qui pridie, quàm pateretur, quam opinionem plurium consensu receptam, ait Syluester ex Hostiensis Io. Andrea, Panormitano, Alex. à Neuo. b

71 Si frigore contractum sit vinum, non minus consecrari poterit, quia nõ mutatur vini substantiam, curare tamen debet, si potest sacerdos, vt glaciem ante consecrationem soluat. b

72 Si per negligentiam sacerdotis aliquid sanguinis in tabulam stillauerit, quæ terra adhæret, lingua sacerdotis lambetur, tabula radetur, si non fuerit tabula, vt non concutatur, locus contra datur, & igne consumet, & cinis intra altare condat, & sacerdos xl. diebus pœniteat, si sup altare stillauerit calix, forbeat minister stillã, & trib. diebus pœniteat, si sup lintheis altaris, & ad aliud lintheum stilla penetrarit, quatuor diebus pœniteat, si vsque ad tertium, novem diebus pœniteat, si vsq; ad quartum, viginti diebus pœniteat, & lintheos, quos stilla attigerit, tribus vicibus minister abluat. calice supposito, &

& aqua ablutionis in calice sumatur, 75

73 Missa (vt diximus) ¶ pro omnibus tam viuus. quàm defunctis celebrari pòt, omnibusque prodest, Imò & pro his, qui iam cum C H R I S T O gaudijs æternis perfruuntur, prodest nempe, quibus nihil gratius acceptiusque esse contingit eo bono, quod ad Laudem, & gloriam DEI à mortalibus agi intelligunt, alij verò defunctis, quos purgatorius ignis, vt ad sedem cœlestè admitti possint, expiat, nihil maiori adiuumento esse potest, quàm sacrificium missæ, nec maius à viuus solatium præstari hoc sacrificio, potest, vt quamprimum ab eo supplicio eripiantur.

74 Sed ¶ & vitalem hanc auram adhuc trahentibus pro quibus celebratur, nõ minimam opem apportat, in primis verò his ipsis, qui sacrificium hoc faciunt, nec creditur maius aliquid, splendidiusque donum hominem posse homini elargiri, quàm missa pro eo sacrificium faciendo, a tam vt ei pœnarum ob fugitia debitaram veniam ratione sacramenti, & sacrificij ex merito C H R I S T I, à Deo impetret, q̄ ad se uandum eum tutum, illesumq; ab omnibus malis, quæ imminere ei hac in lachrymarum valle possent, sed & paruulis rationis vsu, & peccato actuali carentibus Baptizatis tamen sacrificium hoc applicare nõ inutile est, quàmuis enim minuenda, vel tollenda eorum pœnæ non conferat, qui prope qui nullam experiuntur, nec gloriæ augendæ, non vanum est tamen hoc viuus solatium, dum reminiscuntur, his solennibus, illos quoque in societate, & communitate fidelium, & Christi vnitatè contineri, item quia iucunda est recordatio, quòd illi virtute redemptionis C H R I S T I, eiusque merito, quod hoc in ministerio sacramenti commemoratur, ipsi quoq; paruuli æternam salutem consequantur. c Imò & pro excommunicatis orare in missa prohibutum non est, in orationibus scilicet, quæ exaudiente populo recitantur, generaliter, & in vniuersum, sed in secretis orationibus, & illa precatio, quæ consecratione antecedens incipit, memento, etiam d specialiter ac nominatim, d

Cauere ¶ autem vnumquemque sacerdotem oportet maximè, ne se odio trã suerum agi sinat, vt in missa Deo pces fundat, quòd aliquem perdat, sibi enim ipsi non illi, contra quem orat, damnum hoc factò pararet, neque enim missa, aliudve sacramentum, vt cuiq; obstat, sed vt prosint tantum inuenta sunt, sibi igitur obesset, quia peccatum æterna damnatione dignum, incurteret: non tamen semper, sed cum (vt dixi) odio proprio, & ita hoc ageret, aliquem ve ad malum finem, sed, si ad bonum publicum tendens oraret quis. D E V M, vel sacrificium missæ faceret, vt quempiam boni publici hostem infensum è medio tolleret, non creditur, delinquere, sed & quandoque e iã creditur, preces huiusmodi effectum apud Deum non carituras. b

76 Toletano ¶ feriam concilio sancitum est, vt, si quis sacerdos inimicitia dolo sanctus missam p regie defunctorum promulgatum fallaci voto pro viuus hominibus celebrarit, vt is, pro quo ipsam offertur sacrificium, mortis incurrit periculum, ab ordinis gradu deponatur, atque vnã cum eo, à quo ad hoc scelus incitatus fuerit, exilij perpetui ergastulo relegatur. f

In hoc missæ tractatu ardua incidit quæstio, cuius & frequentissimè vsus venire solet, quapropter neque omittenda, neque negligenda est, san scilicet, si quis sacerdos vnam, & eandem missam, pro pluribus celebrarit, non minus singulis prosit, quàm si pro singulis eorum singula missa celebrata fuissent, ex qua & alterius quæstionis diffinitio sequetur, an scilicet, sacerdos, qui vni, & alteri, atque itè tertio missam celebraturum se promissit, possit eadem missa omnibus integre satisfacere, & consequenter, quales hoc in negotio sacerdotis ad hoc opus rogati partes esse debeat. Ex Siluestro igitur, qui late, & prolixè hunc articulum finibus Theologicis versat, Diui Thomæ præsertim, doctrina innixus, sic decidendum est simul etiam cù Angelo Clauasino, posse pro pluribus sacerdotem vnam, eandemque celebrantem missam vna omnibus satisfacere, & prodesse, non minus, quàm si eorum singulis missas singulas

a ca. si per negligentiam de consec. dist. i.

b Sil. et Ang. ver. miss. ad fi.

c S. Tho. in 4. dist. 13. Ang. ver. missa. nu. 50. Siluest. ver. missa. 1. q. 8. Soto. de inst. et iure li. 9. q. 2. art. 2. col. ante penult.

d Ang. et Sil. ubi sup.

e Archidia. c. distum. 1. q. 1. Angel. ver. missa. nu. 54. Sil. ubi sup.

f c. quicumq; s. pleriq; 26. q. 5.

gulas exolueret, vbi prima eius mens intentionis singulis æque applicetur, si verò non in singulorum fauorem, sed generaliter omnium vtilitati propositum eius primum deseruiat, non creditur eatenus singulis prodesse, quatenus si singulis singulas missas dedisset, quia huius posteriori modo celebrari sacrificij opus totum omnibus simul tribuitur, non singulis, diuiditurque inter illos, proptereaque minorem vnusquisque ex eo fructum consequitur, quamuis in sacramento huius virtus sit immensa, & infinita nullis finibus conclusa; quòd in se est, vbi tamen aliorum ad suffragium hæc virtus transferenda est, finem limitatum ex intentione sacrum facientis accipit, ac fortitur, eam igitur prima intentione sua sacerdos missam pro pluribus facit, affectus ipsius est vnus, quòd pariter in omnes fertur, non in singulis; quare cum diuidendus sit, minor est in singulos; Contra verò, si in singulos intentus sit in partibus, pro quo bus sacrificium facit, iam de ipsius affectu constat, volentis propriam missam singulis, propriamque sacrificium ex singulorum desiderijs celebrare, & quocirca, cum prætulerit hostiæ ipsius meritum, quod est in finitum, singularis etiam deuotio sacerdotis celebrantis accedat, non mirum, si non minorem fructum vnusquisque consequitur, si pro vno tantum celebrata fuisset. Sed tamen Dominicus Soto in questione secunda, libri noni, de iustitia & iure; pluribus argumentis defendit, plus semper singulis, quam pluribus destinatam missam prodesse, cuius sententia & Nauarrus fuit.

78

80

b

¶ Ang. vbi s. q. 52. Siluest. vbi supr. q. 9. num. 9.

b in sum. ca. 25. de cler. ordi. sacri. §. 13. nu. 92. et in c. quando de con. secr. dist. 1. nu. 77. & Didac.

sertum hæc procedent, vbi talis exaret consuetudo, quòd vna missa pluribus sacrificari soleret, sed præcitarus Soto ait, sanctè in familia prædicatorum esse cautum, ne à pluribus elemosinæ pro vna missa accipiantur, contenditque etiam illos, quibus persuasum est, vnam pluribus missam æquè, ac singulis prodesse, non tamen debere plura stipendia pro vna eademque missa accipere, ne se hac sua persuasione periculo iniustitiæ obijciant nullo autem pacto licere alicui crediti parochi, qui ab ecclesia abundè alimentorum suppetias habet, mercedem talem extorquere, quin etiam grate; & mortiferum crimen esse ait Nauarrus, vltius, qui tenebatur missam pro aliquo celebrare, si alijs quoque eius missam prætum, & beneficium applicaret. Illud certe indubitati iuris est, non satisfacere debito illum, qui specialiter promisit missam de aliqua celebrare, vel sancto, vel certa die, aut certa in ecclesia, vel altari celebrare, si de alio sancto, vel alia solemnitate, aut in alia die, vel ecclesia, aut altari celebret. Non tamen omittam quoque, vbi communnicandi alicuius necessitas urget, nec alia hostia suppetit, nisi illa, quam ad sacrificium missæ sumendam sibi sacerdos parauit, fas illi esse, hostiæ illius dimidiam sumere, & alteram dimidiam illi ministrare, vt ait Silue. in d. verbo, Eucharistia, secundo, ad finem ex Sancto Thoma in quarto distinctione decima septima, imò & idem opinatur Siluester, non tantum ex parte hoc necessitate, sed & si aliquem videat animo impensè deuoto hoc cupientem, ne sacramento linis seibus; vel tantulum ei differatur, ac qualibet alia rationabili causa.

79

80

DE HORIS CANONICIS. Tit. VII.

EPITOME.

Q V O T sint præcationum species; & quæ sint horæ canonicæ, vnde earum institutio manarit, quique ad eas recitandas teneantur, ex clericis, qui ve excusationem merentur, vtrum hæc excusatione

gustatione digni sint, qui breuiario careant, & ceci, alijque infirmi, vel chori aliquo officio adstricti, aut etiã aliquo extra chorum negocio, distracti, & quod huiusmodi excusationem habentibus onus pro choris imminet: Quid de puero dispensato ad beneficia, de illiterato, excommunicato, suspensio, irregulari, degradato. Quæ pœna clerici non recitantis officium, ad quod tenetur, tam in foro interiore, quam exteriori, amittat fructus eius temporis, quo non recitauit, licet ex iure communi, seu ex Concilio Lateranensi: Quali modo sint preces faciendæ, quid, si quis error admissus in præcatione fuerit, an & quomodo emendandus sit: Quibus horis dici sint recitandæ publicè: Qui ritus dicendis precibus per horas seruandus sit: quid de illis, qui prælatis alienis famulantur, & de Monachis, qui ecclesias seculares regunt, & de his qui plura beneficia habent. De loco orationibus faciendis apto, De hinc, an officium Beatiss. Virginis MARIE, an officium mortuorum, an Litanie, an responsoria, & Antiphonæ sint in præcepto, & vnde manarit mos responsoria, & Antiphonas recitandi. Postremò an clericis æquè, an magis merentur dicendo horas, ad quas teneantur, quam illi, qui nulla ex obligatione eas recitant, hoc titulo quàm breuissimis verbis, disseritur.

- 12 Celebrari faciens pro se in ecclesia non excusatur à dicendo officio.
13 Beneficium quòd fuit à patre vel ab alio possidere, non excusatur à dicendo officio.
14 Officium dicere tenetur etiam qui super eo litigat, quamuis ab alio possidatur.
15 Beneficium renuntians reseruata pensione excusatur ab officio.
16 Distributiones quotidianæ sunt beneficium.
17 Pensionarius an teneatur ad dicendum beneficium.
18 Clerici in sacris licet non sint beneficiati, ad horas canonicas tenentur.
19 Clerici, qui neque sunt in sacris, neque beneficiati ad horas canonicas non tenentur, tamen debent dicere aliquod officium.
20 Vocantes & professi ad quod officium teneantur.
21 Breuiario carentes quatenus excusentur à dicendo officio.
22 Ceci alijque visus debilioris quatenus excusentur à recitandis horis canonicis.
23 Aegri quando excusentur.
24 Aegri qui excusantur, an sanitate recepta compensare teneantur.
25 Aegri qui excusantur à recitando officio, an teneantur saltem Deo mentem erigere.
26 Infirmorum curam habentes excusantur à dicendo officio.
27 Thurbificantes an excusentur.
28 Organista an excusentur.
29 Negotia seria excusant.
30 Pontif. Maxi. an possit quempiam huic oneri eximere.
31 Puer dispensatus ad beneficium potest etiam dispensari, vt loco horarum canonicarum alias preces dicere teneatur.
32 Illiteratus non excusatur.
33 Excommunicati non excusantur priuatum, sed publicè non permittuntur.
34 Solus precans non debet dicere, dominus vobiscum.
35 Irregulares, suspensi, & degradati an excusentur.
36 Clericus non dicens officium ex contemptu vel ex consuetudine peccat mortaliter.
37 Quid, si ommittat ex negligentia non ex contemptu.
38 Officium non dicens potest excommunicari

SVMMA RERVM.

- 1 Orationes sunt sacrificium.
2 Præcandi est duplex modus.
3 Septem horarum præcatio.
4 Canonica hora quæ sint.
5 Horarum canonicarum institutio an sit ex iure diuino.
6 Vniuersalis præcandi modus in Ecclesia esse debet.
7 Beneficiati omnes tenentur ad horas canonicas.
8 Beneficium datur propter officium.
9 Beneficij tenuitas non excusat à dicendo officio.
10 Beneficium habentes ex proprio patrimonio an teneantur ad horas canonicas.
11 Beneficia patrimonialia habentes tenentur ad horas canonicas.

- 12 Celebrari faciens pro se in ecclesia non excusatur à dicendo officio.
13 Beneficium quòd fuit à patre vel ab alio possidere, non excusatur à dicendo officio.
14 Officium dicere tenetur etiam qui super eo litigat, quamuis ab alio possidatur.
15 Beneficium renuntians reseruata pensione excusatur ab officio.
16 Distributiones quotidianæ sunt beneficium.
17 Pensionarius an teneatur ad dicendum beneficium.
18 Clerici in sacris licet non sint beneficiati, ad horas canonicas tenentur.
19 Clerici, qui neque sunt in sacris, neque beneficiati ad horas canonicas non tenentur, tamen debent dicere aliquod officium.
20 Vocantes & professi ad quod officium teneantur.
21 Breuiario carentes quatenus excusentur à dicendo officio.
22 Ceci alijque visus debilioris quatenus excusentur à recitandis horis canonicis.
23 Aegri quando excusentur.
24 Aegri qui excusantur, an sanitate recepta compensare teneantur.
25 Aegri qui excusantur à recitando officio, an teneantur saltem Deo mentem erigere.
26 Infirmorum curam habentes excusantur à dicendo officio.
27 Thurbificantes an excusentur.
28 Organista an excusentur.
29 Negotia seria excusant.
30 Pontif. Maxi. an possit quempiam huic oneri eximere.
31 Puer dispensatus ad beneficium potest etiam dispensari, vt loco horarum canonicarum alias preces dicere teneatur.
32 Illiteratus non excusatur.
33 Excommunicati non excusantur priuatum, sed publicè non permittuntur.
34 Solus precans non debet dicere, dominus vobiscum.
35 Irregulares, suspensi, & degradati an excusentur.
36 Clericus non dicens officium ex contemptu vel ex consuetudine peccat mortaliter.
37 Quid, si ommittat ex negligentia non ex contemptu.
38 Officium non dicens potest excommunicari

- nicari, & suspendi.
- 39 Officium non dicens priuatur fructibus & quando, seu de iure communi seu ex Concilio Lateranensi.
- 40 Constitutio Lateran. contra non dicentes officium est in usu.
- 41 Horas omitteas que pœna in foro penitentiâli.
- 42 Laicis an liceat dicere horas canonicas.
- 43 Preces dicendae studiosè, & deuotè.
- 44 Error paruus commissus in precando sine contemptu excusatur.
- 45 Iusta causa quæ excusare possit errorem grauem in recitando officio.
- 46 Errans per euagationem mentis an teneatur repetere.
- 47 Partis ommissæ repositio fieri potest, etiâ quod sequatur praposterus ordo.
- 48 Recordans ommissas preces, & deliberâs, non emendare potius peccat mortaliter, quoties id deliberat.
- 49 Mens vagare non debet in oratione.
- 50 Oraturi non debent implicare aliud negocium prophanum.
- 51 Euagatio mentis quando excusetur in oratione.
- 52 Preces horariæ non sunt recitandæ induendo, vel manus ablucendo.
- 53 Recitantes horas per itinera incedentes malè faciunt.
- 54 Preces facientes in via, uel aliquo in negotio etiâ ad naturæ obsequium non malè faciunt, ubi ad eas non teneantur.
- 55 Qua hora dici debeant preces.
- 56 Prælatus ecclesiæ, qui in choro interest non canens cum alijs an peccet.
- 57 Priuati recitantes orationes an requirant ut statim horis fiant.
- 58 Preces anticipatæ sunt gratiores Deo, quàm serotina.
- 59 Recitans matutinum officium uesperis antecedenti propter negocia excusatur.
- 60 Forma dicendi officij mutari non debet arbitrio dicentis.
- 61 Clerici seculares debent dicere officium ex ritu Roman. Ecclesiæ, uel metropolitana.
- 62 Famulantes magnis prælatis possunt cû eis officium dicere iuxta eorum ritum.
- 63 Beneficia habentes in duabus Ecclesijs, quem ritum sequi debeant dicendo officium.
- 64 Beneficia plura habentes an debeant plura officia dicere.
- 65 Monachus præfectus seculari Ecclesiæ, quod officium dicere debeat.
- 66 Ecclesia est locus faciendi orationes.
- 67 Beneficiatus quilibet non teneatur orationes facere in ecclesia.
- 68 Orationes facere in Ecclesia magis piæ est.
- 69 Interpretatio c. si. dist. 19.
- 70 Officium Beatae Virginis debet dici à clericis ex consuetudine.
- 71 Officium mortuorum an sit de præcepto clericis.
- 72 Litaniæ an sint clericis de præcepto.
- 73 Responsoria, uel antiphonas an omnes dicere in choro teneantur.
- 74 Responsoria, & antiphonas recitandi mos ab Angelo traditus est.
- 75 Responsoria, & Antiphonæ nullo pacto omitti debent.
- 76 Canentes clerici in choro cum ambitione peccant.
- 77 Oratio Dominica, & salutatio Angelica dicenda est, priusquam discedatur à choro.
- 78 Clerici dicentes officium, ad quod tenentur, non minus merentur, quàm illi, qui nullam obligationem habent.
- 79 Imò merentur magis.
- 80 Omne opus meritorium in eo est magis laudabile, qui se obligauit ad illud faciendum.
- 81 Vouere aliquid Deo est opus laiciæ.

CLARISS.

MARTINO AZPILCVETAE

Nauarro,

M. ANTONIVS CVCCHVS. S.



M. elucubraciones tuas lega uix doctrina, & religione apud omnes clarissime tanta sinceritate & candore florentes, equidem sic erga te afficior, ut nullo maiori desiderio tenear, quàm tui uidentis, & ex facie, & familiari sermone cognoscendi, ac nisi multa me uariaque occupationes distrahent, id fortè mihi eueniret, quod peregrino cuidam homini de Tito Liuiio contigisse scribit D. HIERONYMVS, nempe, ut tui me potius desiderium Romam, quàm urbis ipsius miracula attraherent, verum, cum id facere non possim, at, quod possum, id saltem exequar, te scilicet literis, que uicaria opera nostra fungi solent, inuisens, & salutans, hacque libentius in exordio huius tituli de Horis canonicis facio, quod tuum de hac materia tractatum, cum hæc scriberem, sæpe manibus versarem uia cum his, quæ de penitentia conscripsisti. Tu uero, si quid consentaneum tuis scriptis in meis inuenieris (spero autem te multa inuenturum) te ipsum in his cognosces, in quadam fortè (ut est natura hominum ad dissentiendum pro uarietate capiti pronna) à sententia tua paulisper discedentia offonderis, æqui tamen, bonique consules, id que me ueritatis indaganda, non alio studio fecisse tibi persuadeas, tui nominis aliquo obseruantissimum, & melioribus semper sententijs acquiescere paratum. Vale. Papiæ prid. Calen. Augusti anno salut. M D LXXVIII.

QVIA de sacrificio Missæ, quod omnium (ut diximus) sacrificiorum maximum est, egimus, non erit ab re (ut puto) si hoc loco, de precibus, quæ ex instituto Ecclesiæ per certas horas celebrari à religiosis hominibus debent, aliqua tradiderimus, quandoquidem ꝑ orationes, precesque piæ non ingratis sunt Deo omnipotentis altissimo sacrificium, cuius odore delectatur, quare & præceptum est, ut Deo Immolemus sacrificium laudis psalmo quadragesimo nono, a Deus deorum. A

2 Sed ꝑ duplex precandi ratio est, priuata, & publica: priuatæ orationis, pronuntiatione utimur, ut intimum studium, & pietatem adiuuet, in publica, quæ ad incitandam fidelis populi religionem instituta est, certis, statisque temporibus linguæ officio elatiore superferri nullo modo potest, ut populo innotescat, mentemque in Deo uexcitet, utque Deo non tantum mente, sed & corpore seruiamus, & quare tam priuata, quàm publica linguæ of-

ficiu quidem, sed altera, id est, publica uehementius desiderat, quæ autem ex nulla obligatione suscepta fuit preces, nulla certa lege circumscriptæ, & si mente sola fiant, nullo accedente ministerio uocis, linguæ, aut labiorum parem alijs orationibus lingua expressis effectum habent, ut glossa, Ioannes lignanus, ac postremò Catechismus docent, quos sic interpretetur oportet, ut diximus. c

3 Instituta igitur septem à cuiusque diei media nocte ad aliam alterius sequentis diei mediam sunt cum debito interstitio temporis horæ, quibus religiosi homines laudes, & gratiarum actiones Deo dicere debent, prophætæ exemplo dicentis in psalmo, Septies in die laudem dixi tibi. Quorum horarum initium à nocte sumit, matutinaque preces sunt eiuusdem prophætæ exemplo, qui dixit alio in psalmo. Media nocte surgebam tibi, & alibi, castigatio mea in matutinis, sed & alio in loco dixit, In matutino interficiebâ omnes aduersantes mihi &

a cle. i. de celebr. missar.

b Io. ligna. q. xi. par. primæ. in trac. gl. cle. i. uers. orationes. de reliqu. sancto. Alber. Ferrar. nu. 6.

c Alber. Ferrar. nu. 62. gl. in d. c. i. uers. oratio. de reliq.

a c. fi. dist. 92. cl. fi. de celebr. mis. & ibi gl.

b cap. pri. vbi gl. de celebrat. missar.

c Siluest. ver. hora. in princ.

d Angel. ver. hora. in princ.

e d. c. fi. di. 92. o. i. c. dolentes. de celebr. mis.

f d. c. fi. di. 92. Sil. & Angel. ver. hora. q. 1. Soto libr. x. q. 5. ar. 3. de in. stit. & iur.

g c. fi. de refc. in 6. c. cum se. cundam. de p. bend.

& duas in partes nempe matutinas, & vespertinas principaliter sūt diuise; A sed temporis hæc magis minuta partitiō in hunc septenarium numerum facta est, vt mysteria omnia passionis CHRISTI Domini Nostri significarentur, quæ à media nocte, cum celebratur matutinum officium incepta, ad horam nonam consummata est, quibus additur vespere, & completoriū, quibus horis de cruce refixus, tumuloque depositus fuit, ne vlla diei pars laudum diuinarum organis vacet, ita vt matutino cum suis laudibus, prima tertia, sexta, nona, vespere, & completorio omnes horæ claudantur.

4 Vnde ¶ apparet, canonicas horas esse diuinum officium præstitutis horis dicendum ex institutione sanctorum canonum, vt distat Siluester, c. qua diffinitione sentit, non esse hoc iure diuino, sed humano institutū, vt eius fuit perpetuò sententia, verūm Ang. q. à iure diuino hanc obligationem esse cum multis alijs opinatur, sic diffinit nempe, vt sint diuinum officium certa hora diei naturalis DEO perfoluendum ab ecclesiasticis personis, & quam diffinitionem vt laxiorem potius amplector, cum in vtramque partem procedat, siue hoc onus à iure diuino, siue à iure humano impositum, præfixumque sit.

5 Vtrum ¶ autem hoc pensum in horas prædictas sic partitum verè ex diuino præcepto sit, an id minus, non est certè, vt mihi videretur, facilis solutionis, quandoquidem doctissimi, iidemque valde religiosi viri, hac in quæstione disceptarunt, sed ego tamen potius Siluestrum sequor, quod scilicet obligatio statim horis sic in septem interualla distinctis laudes diuinas canendi cū illis precibus hymnis & psalmis, aut quibuslibet precationibus à patribus quidem antiquis in ecclesia introducta sit, non tamen ex diuino iure præscripta, neque etiam tunc primum ex Concilio Agathensi, & verūm, & longè antiquiorem originem habere opinor, sed ab ipso deinde Agathensi concilio, firmius cautum, pensū autē diuini alicuius indefiniti officij iure diuino & naturali præcipitur.

6 Congruentia quidem vt certus vnus

que & idem psallendi, & laudes diuinas celebrandi modus in tota Ecclesia nostra obseruaretur, cum alijs causis, quas elegantissimè Dominicus Soto, & grauissimè recenset, tum ne varius, (vt in quauis bene constituta republica præcipitur) in Christiana familia circa ea, quæ prima præcipuaque sūt, orandi modus notari posset, quamuis igitur alium quemdam in nonnullis orationibus, & psalmis, alijsve precibus ritum habeat Diui Ambrosij institutio, tam in celebratione missæ, quæ in canonicis horis, à Romana, Item, quamuis alio modo familia prædicatorum, quam monachorum, & vtriusque à Romano ordine dissidentes officia, & preces horarias celebrant, omnes tamen in hoc conueniunt, vt septem prædictis horarum interuallis precationes suas nuncupent, atque applicent, item vt clara voce alternantes psallant: Traditur igitur sumus, in primis, quos huiusmodi onus arceat; Et certa est præceptio, ¶ quoscumque clericos beneficium Ecclesiastico fruente ad hoc onus teneri, cum hac ratione beneficium eis data sint, quòd vices laicorum in diuinis officijs subeant, hinc, & si in ordinibus sacris non sint, qui beneficia possident, ab hoc onere (seu potius honore) non soluantur, sed si id non præstent; morte dignam culpam admittunt, quia in concilio Martini Pape legitur, ¶ vt, si quis presbiter, aut Diaconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus, in quolibet loco fuerit, in quo ecclesia est, & ad quotidianū psallendi officium matutinis, vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenierit, deponatur à clero, quod refert Gratianus capitulo vltimo distinctionis suæ nonagesimæ secundæ, interpretantur autem Doctores; verba illa, quilibet clericus ecclesiæ deputatus, et de eo dicta, esse qui ad sacros ordinis promotus non sit, cum post sacrorum ordinum appellationem mox generali voce quemlibet clericum includat, ¶ notum est præterea, propter officium beneficia dari, & propriumque est clerici hoc recitandum horarum ad diuinas laudes officium, & pensum, qui igitur beneficium accepit, simul & officij celebrandi, propter quod

quod collatum fuit, obligationem accepisse censetur, ¶ quocirca non magis excusatum illum opinor, qui modici reditus, quam qui opimum beneficium habet, cum liberum ei fuisset, illud non accipere, vt aiunt, Goffredus, & Siluester, à quibus tamen discedit Dominicus Soto, vbi saltem octo aureorū redditus in beneficio non sint, quamuis arbitrio prudentum hoc relinquendū esse concludat. A Nauarrus tamen, hunc quoque perexigui beneficij clericum ad statas preces teneri putat, tum quia post constitutionem sextam vigesimæ quintæ Sessionis Concilij Tridenti, quilibet clericus beneficium quamlibet exiguum habens, fori priuilegio fruitur, in his etiam criminibus, quæ minorum ordinum clericum beneficium carantem foro prophano subijcerent, tum quia beneficium, licet exiguum habens clericus, quamuis alioqui patrimonio carens ad ordinem promotus ueri potest, & additque, & quia ratione qualiscumque beneficij accedit beneficiario aliquis honor, & præminentia, & quia non potest sine præiudicio auctoritate resignari. ¶ Nec minus tenetur, quorum beneficium ex proprio eorū patrimonio est, quando. s. patrimonio in beneficium ecclesiasticum est conuersum, secus, si ad titulum quidē sui patrimonij sit promotus, non mutato patrimonio tamen vocabulo, nec natura, sed suam patrimonij prophani naturam seruante, quia dūmodo hi nullam diem sine precibus transant, nihil interest, an hoc, aut illud officium recitent, ¶ Idem ¶ & de his, qui præstimonialia beneficia possident, censet Dominicus Soto, vt tanquam beneficiati ad horas teneantur, quia (inquit) ille titulus clericalis est, non secularis, & numeratur præstimonialia huiusmodi inter cæteros ecclesiasticos titulos, & Nauarr. sequitur in c. 21. q. 6. quamuis nonnulli dicant, præstimonialia instituta fuisse tantum ratione studij. ¶ Sed & huic obligatum esse opinor, qui substituit alij ad celebrandum nomine suo in ecclesia, cum hoc onus sit personale, nec possit per alij impleri, quin saltem in priuata domo teneatur huic muneri implere, etiam si ipse sit in minoribus, in choro autem & ecclesia satis fuerit per alij

deseruire, quamdiu ipsemet interesse, & satisfacere non potest, quæ veriora credo cum Io. And. Inn. Panor. Siluest. & Do. Soto, ¶ neque excusatio poterit, quod fructus beneficij non ipse percipiat, sed Pater ipsius, aut alius, sub cuius ratione sit. ¶ Item nullam excusationē habebit beneficiatus, qui sponte sua à nullo coactus beneficij sui fructus percipere non curat, seu quia nolit possessionē accipere, seu ea accepta fructus ab alijs percipi patiatur, ¶ nec, qui lite mota fructus colligere prohibetur, quos tamen sperat, olim terminata lite percipiturum, ¶ credit tamen Nauarr. excusari eum, qui accepta in sui commodum facta beneficij resignatione consensit, omnes fructus in pensionem seruari illi, qui resignauit, quin (inquit Nauarr.) qui titulum habet, sed nullos fructus percipit ratione beneficij, non potest et sine voluntate illius, qui fructus percipit, ecclesie seruire, & certè, cum nudū hic nomen habeat, titulusque beneficij inanē, & inutilem, nec beneficiatus dici potest, quapp hæc more beneficiatorum onus sentire eum æquū est, qui nec commodum sentit; neque ei imputandum est, si beneficij titulum sine fructibus accepit, quū quidem non sine auctoritate Pont. Max. hæc sunt, vt ait per citatus Do. Soto, ¶ Beneficij quoque appellatione & diuina illa stipendia comprehenduntur, quas distributiones quotidianas vocant, & nam, qui illas percipit, precibus his faciendis tenetur. ¶ Qui autem solas pensiones habet, si quidem eas in titulum habent beneficij, eodem loco hnt, quo & alij beneficiati, verūm si non titulos tenent, sed simpliciter, ac tanquam prophatum quodcumque possident, in beneficiatorū numero non censentur, quare nec vllō officij clericalis exoluendi onere tenentur, cum pensio huiusmodi et mero laico dari possit. Sed quod hos spectat pensionarios dilucidè à Pio Quinto sua Constitutione declaratum fuit, nempe, vt, quicumque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, vt clericus percipit, ad dicendum officium Beate Mariæ teneatur, nisi pensioni, vel fructuum, rerumque iacturam pati velit, vt ait citatus Nauarrus, & in capite vigesimo primo, de Horis

a Gof. c. clerici. dist. 91. Sil. ver. bor. e. q. 2. Soto li. 9. q. 5. ar. 3. col. 3. lo. Lign. q. 3. huius trac.

b Nauarr. ca. 21. de bor. ca. no. no. 8.

c c. tuis. de p. ben.

d Sil. q. 1. nu. 4. Zab. in cle. pr. co. ti. Sil. q. 2. nu. 2.

e c. quoniam. de concess. p. ben. in 6.

f Io. an. in c. p. vbi. de cel. mi. A. b. & Im. in c. i. eo. tit. Car. & Imo. in cle. i. de cele. mis. Sil. Angel. & Soto. vbi sup.

g Nauarr. in sum. ca. 25. §. 13. ti. de cler. ord. §. nu. 103 & seq.

h Soto, & Nauarr. vbi sup.

i Soto, & Nauarr. vbi sup.

k Palud. i. q. dist. 15. q. 1. col. 3. Nauarr. vbi sup.

canonicis, septima questione.

18 Sacris quoque clericis horarum prædictarum præcationes non recitare, & si nullum alioqui beneficium habeat, vel possideant, graue crimen est. A

19 Qui tamen neque in sacris ordinibus sunt, neque beneficium vllum habent clerici melius certe facerent, si & ipsi hac significatione, in sortem domini se esse adscriptos, præferrent, & recordarentur, quamuis nullo præcepto eos teneri huic horarum præcationi receptum sit, aliquas tamen preces debere eos quotidie recitare, omnino omnes facerentur, licet non præfixas, nec certa lege finitas; ac frequentes officium beatissimæ Virginis Dei genitricis dicere solent, B Item, qui quis voto simpliciter vel solenni, videlicet professione hoc se operi adstrinxerunt, & choro addicti deputatiq; fuerunt, evitare illud non possunt, quamuis in sacris ordinibus non sint, vt consuetudo habet, pluribus tamen tam iuris Pontificij, quam Theologiæ summis doctoribus videtur, nisi extraxerit consuetudo, eos, qui solennem professionem fecerunt, neque in sacris sunt; hac obligatione solutos esse, eo quia in professione hoc non pollicentur, nec vouent, sed illa tria duntaxat, nempe obedientiam, paupertatem, & castitatem, nullam verò huiusmodi ordine recitandarum precum obligationem suscipiunt, quod & de nouitijs multò magis dicendum est, monachorum autem primò propositum est, & institutio contemplationi sese totos dare, sicut clericorum obligatio est Ecclesiarum cultui ministrare, & quia, licet clericis secularibus hoc officium incumbat, preces pro populo ad Deum fundendi propter decimas, quas percipiunt, religiosi tamen, quibus nullæ decimæ solvuntur, hanc obligationem non habent, elemosinæ enim, quas sine decimarum titulo assequuntur, eo nomine eis dantur, quo & quibuscumque alijs pauperibus, atque, vt demus, ipsos vel decimas consequi, vel decimarum titulo, vel ad hoc, vt ad D E V M pro peccatis populi intercedant, non tamen idcirco dicæ vestigio inferri, vt statas preces, statiq; horis facere teneantur, cum possint alijs precibus, alijsve

horis Deum potentibus orationibus exorare, & propitiū placatumque redere, c

Verùm Do. Soto in hac, q. ait, consuetudinem prædictam, vt somnes religiosi choro adscripti non minus hoc pensu exoluere, q̄ factorum ordinum clerici teneantur, vim præcepti habere, quia vbi chori muneribus deputati sunt, eodè in officio, atque eadem in obligatione sunt, in qua & alij eiusdem religionis, qui sunt in sacris ordinibus, constat aut, ab his muneribus monachum, seu religiosum ex sacris ordinibus, excusari neminem, quin cū cæteris in choro laudes diuinas statim horis iuxta datū ordinem recitent, hocque esse ait præcipuum contemplationis munus, idemque & de satisfactionibus censet.

Hi verò, quos inter religiosorum claustra conuersos appellant ex Petri, Archidiaconi, & Augustini de Anthona sententijs ad canonicas quidem horas prædictas non tenentur, præfixum tamen sibi in illa religione orandi modum nisi seruent, peccatum mortiferum incurrunt. Sed Siluester nullam iuris nostri hoc probari ait, nisi vt benefactores suos remunerent, quod alia etiam, quam orationum certarum via expleri potest, alijs scilicet arbitrij precibus, vel suffragijs defunctorum, vel corporeis aliquibus ministerijs; horum autem salutem magis metuit idem Siluester, vbi muneribus, corporeis, que propria ipsorum sunt, obediendis, ignauos se, illaudatosque præstarent cum ad hæc munera accepti in religione fuerint, eorumque causa elemosinas accipiant; Quam Siluestri sententiam idem Dominicus Soto probat, quia illi non sunt diuino officio dedicati, quare quicquid à præfecto suo illis officij, vel precum fuerit iniunctum, cætenus eos coarctet, quatenus expressum dictumque sit, nec maius vinculum injicit: pœnam igitur præfecti arbitrio pendere eos quidem oportebit, nec tamen lætalem aliquam culpam contrahent, quibus non paruerint. D. Quicunq; autem ad hoc onus tenentur, possunt tamen interterum aliquam excusationem, & vacationem habere, tamen in primis solutū excusatūque esse aiunt illū, cui breuiarij copia desit, vt quæ forte vel in itinere amittit, vel

vel obliuione alibi reliquit, eoque in loco reperitur, vbi nullum inuenire potest, vel aliquo alio casu apud se non habet, qui tamen aliquibus psalmis, alijsve precibus, quas memoriæ habeat, compensare debet.

Quod, si nullum breuiarium sibi parauerit, eaque ratione pensum exoluere non potuerit, Nauarrus hoc vltimè adscribit, quia breuiarium non emerit, non autem, quod præces horarias non fuderit, quippe quas deficiente libro, facere non poterat, idcoq; si eum huius facti, & negligentia peccatum fuerit, condonari culpam existimat; præsertim verò, hoc procedet, si propter angustias opes coarctatus non potuerit, vt Paludanus censuit; Melius autem (nisi ego fallor) censuit Dominicus Soto prædictus, qui excusationem hanc tenuitatis opum non esse admittendam ait, quandoquidem lex dicta est, ne quis intra sacros ordines recipiatur, cui non suppetat opes, vado viuere possit, quapropter non ita est dispensatio breuiarij emptio, temperata nostra post inuentum calceographorum usum, vt olim, cum manum omnia scribebantur, quod certe facilius erit, quam breuiarium menti mandare, & ex memoria recitare, vix enim vnū, aut alterum inuenias, qui non libentius vnū, aut duos aureos conquirat, breuiario comparando, quam laborem hunc addiscendi eius suscipiat; quapropter malè, vt ego opinor, Nauarrus hunc casum inter impossibiles recenset, A quamuis autem impossibile sit ei, qui breuiarium non habet, officium precibus indictis suum exhibere, quia tamen ipsemetia hac se necessitate constituit, non est audiendum, b dux, cumque per eum stet, quominus breuiarij copiam habeat, eodem iuribus est censendum, si preces non offerat, in quo & illi ipsi constituntur, q. breuiarium habeat. c

Verùm tamen Nauarrus idem capite vigesimo primo, de oratione & horis canonicis, decimo notabiliat, Paludanum, qui alterius sententiæ auctor fuit, facile posse contra Soto defendi, tum quia non ea fuit Paludani mō excusandi eum, qui mediocri cura illud habere potest, & non habet, sed eum dum-

taxat, qui tali cura adhibita non potest habere illud saltem pro illa die, tū quia, vt quis excusetur nocte ab horis dicendis sufficit, quod toto hoc die non possit.

22 Eadem tamen ratione & ceci, aut, qui sic nubes caligine suffulos oculos habet, vt discernendarū literarum potes non sint, excusari merentur, vt omnes prædicti affirmant, ait tamen Soto, fortasse eorum excusationem accipiendam non esse, qui memoriter præcationes recitare sciunt, quamuis omnino certus non sit, an sint cogendi, eo quia illa memoriæ tenacitas accidētaria sit: ego verò nihil ambigerem, quin recitare teneantur eas, quas memoriæ habent, cum facilius etiam sit ex memoria, quā quocumque suppetit, quā ex scripto recitari, nec refert, quod ea accidētaria sit, nam &, quæ ex accidenti allequuntur sumus, obsequio diuino, & debito nostro exsoluendo, erogari debent: quare non tantum tutius esse opinor, (vt Dominicus Soto ait) sed etiam necessarium cenleo, vt se obligatos putent. t. Aegri quoq; excusandi sunt, vbi ægri-tudo sit talis, cui obesse multum possit huiusmodi præcū recitatio, nā, si vel leuis febris, vel quartana vetus aliquem occuparet; alijsve morbus, qui ad gerendis negocijs non auocaret, & vel temporum interuallis cessaret, illis utiq; horis, quibus à morbo inducias habet, otium eum ad munere suo non decet, & rectius igitur hi fecerint, si consiliū medici, & præfulis auctoritatem adhibuerint, eorūque consilio se gubernarint, quæ admodū Soto & Siluester, alijsq; monēt, t. atq; vbi valetudo aduerla quempiam huic muneri subtrahit, neq; deas eū postea, vbi conualuerit, tenet, quas propter ægri-tudinis omisit, præces rependere, neq; adhuc decubentem alio sibi recitate, eas audire, t. licet Bonifacius Vitalinus aliud scriptum reliquerit, & sententiæ autem eiusdē Sorini diuis accedo existimantis, ne mente quidem teneri ægrū Deo preces effundere, vbi id facere possit, maioremq; gaudaciam sequeretur, ea quidem ratione, quia impedimentū valetudinis, aduerla organū vocis dūtaxat, prolixam ve mentis occupationē excusare potest, non breuitatis

a Nauar. Sil. Soto vbi supra.

b l. sed et si. ff. ex quib. caus. maior.

c l. iure civili. ff. de cond. & demonstr.

d ar. l. quasi. ff. de re iudi. l. morib. ff. de iur. signif. sum. mis. et Soto vbi supra. Innoc. et Abb. d. c. i. de celebr. mis. do. in cle. i. co. tit.

e Host. in d. c. i. d. q. a. c. 2. §. 1. 3.

f Innocen. & Host. in d. c. i. Paludan. in d. di. 1. 5. q. 5. ar. 2. concl. i. Nauar. d. §. 1. 3. n. 100. et c. quādo. nu. 1. n. 3.

g Vital. in d. cle. i. de celebr. missar.

mentis meditationem; cōstat verò, impedimento numquam maiorem, aut prolixiorē accipi excusationem, sed cum preces vtrumque, mentis scilicet ac corporis ministerium exposcant, A quis vtrumque; præstare non possit, illud tamen; quod potest, alterum, scilicet, mentis Deo exhibere officiū tenetur.

† Eos quoque, quos infirmarum cura sibi incumbens occupatos detinet, non minus idem Soto excusat, dummodò fraus omnis casibus in quibuscumque absit, † quinimo & idem Soto eis, qui ad thurificandum ex choro mittuntur, indulget, si non canticum Beatissimæ Virginis genitricis Deo Magnificat, qui eo tempore canitur in vesperis, quo Thura in choro dantur, vel, si non eiusdem cantici antiphonā recitarint, tum quia, nec tenentur memoriter ea scire, neque alium librum secum gestare, tum etiam, quia reliquus chorus vices ipsius agit, ac supplet, qui alijs in ministerijs chori est occupatus, † quinimo & idem ipse in eam sententiam inclinare videtur, vris quoque, qui organorum pulsatione psallentium in choro vocib, alternatim responder, non teneatur postea id officium repetere, quia in primitiua ecclesia vnus liber totū choro satisfaciebat; Verum ego vti que huic organorum pulsatori, cum non deesse tempus constet laudibus diuinis voce demissa celebrandis, dum alij in choro maiore cāntu protrahentes celebrant, non facillè hæc, excusationem admittendam censem.

39 Seruum autem, & graue aliquod opus, vel negocium, puta, vt imminētis periculi occasionē auertat, vel concionē, aut lectionem faciat, excusare possunt, (vt aiunt) Henrichus, Siluester, Nauarrus, Soto.

30 An verò Pontifex Max, vacationem, & veniam ab hoc munere precationū dare possit, non modica est ambigendi ratio, sed etiam tamen decisio ex his pendet; quæ initio huius tractatus posuimus, nempe ex ea questione, an ex iure diuino, an iure commentitio hominum hæc manarit obligatio, quare, cum nos sententiam Siluestri, & antiquiorum, & Soti quoque nouissime

a gl.in cle. r. per. orationes de reliq. & venerat. Alber. Ferrar. in hoc tract. nu. 62.

b ar. l. celsus, s. i. ff. de arb.

c luc. c. 28.

d Nico. Plou. in hoc tra. q. 3 par. 1.

e Nico. Plou. vbi sup. q. 2.

sequuti dixerimus, iure quidem diuino inductum esse, vt omnes clerici sacris initiati ad præcationes aliquas quotidie faciendas teneantur, verum, vt certum, & determinatum precandi modum, certisque & præfinitis horis & temporibus iugiter seruent, humanò potius Ecclesiæ inuenio adscribendum esse, hinc consequens est, fateri, Pontificem Maximum cum Ecclesia posse quidem hunc precandi ritum, & ordinem immutare, aliumque tradere, sed ne omnino clericus vllam orandi obligationem habeat, Pontificiæ hoc potestatis, auctoritatisve Ecclesiasticæ non esse, quocirca neq; cum his mihi conuenit, qui hoc ius saltem Pontifici Maximo esse credunt, vt vnum, aut alterum clericum, licet non generaliter omnes à precandi officio absolueri possit, nam, si de oratione per septem horas diuina loquamur, nedum vnum, aut alterum, sed omnes absolueri posse Pontificem Maximum opinor, si de precibus aliquibus quotidianis nulla forma circumscriptis intelligamus, neminem prorsus huic oneri subtrahere posse, nedum omnes vniuersaliter existimo. Non esset tamen ecclesiasticæ professioni, & officio congruè satisfactum, si non certam omnibus, præfinitamque psallendi, & orandi quotidie, & iuxta Domini Apostoli verbum c sine intermissione formā sibi inductam, & incorruptè seruandā haberent, quæ cum tam pulchra & laudabilis, tot temporum curriculis à sanctissimis patribus tradita seruataq; sit, non esset temerè immutanda.

31 Si quis puer sepienno maior beneficiū cura animarum solum ex privilegio allecurus sit, qui tamen prædictas preces recitare non calleat, non dempta est potestas episcopo, vt ex causa vtili, vel necessariā aliarum orationum rationē ei pro officio iniungere possit.

32 Non est tamen aliqui ab hoc munere excusandi clericus hac ratione, quod legere nesciat, imò beneficio est potius priuandus.

33 Excommunicati autem, seu maiori, seu minori excommunicatione oēs. nullam excusationis iustā causam habent, etiam, quod publicata sit eorum excommunicatio, ne indictas preces faciant, hoc

hoc tamen interest inter maiorem, & minorem excommunicationem, quia minori excommunicatione illigati possunt etiam in ecclesia cum alijs in choro quibuscumq; precarijs officijs vnà orantes interesse, Maiore autem excommunicatione irretiti cū alijs quidem neque publicè, neque priuatim orare possunt, sed soli ipsi per se vnusquisq; nemine adscito, aut coadiuuante omnino precibus stans faciendis non minus tenentur, quàm, si nullo vinculo excommunicationis denicti essent, ita, vt peccati grauissimi poenam, & ceteras alijs non excommunicatis indictas poenas, vbi non recitent preces, incurrant, ne proprium ipsis delictum immunitatem apportare † videatur, auctoritatem illam tamen seu precationem omittet, quæ est Dominus vobiscum, quia solis non congruit, A quandoquidem nullum habet presentem, ad quem huiusmodi salutatione, & precationem dirigit.

34 Irregulares pariter, & suspensi, & degradati eadem ratione excusandi non sunt, quia nemo conditionem suam delicto facit meliorem, quænetiam Soto opinatur, hos nec etiam à munere canendi, & celebrandi preces in choro cum alijs arceri, modò excommunicati non sint, eo quia sola sacramentorum administratio eis interdicitur, & ecclesiasticæ iurisdictionis executio, & ordinum susceptio, inquit Soto; Verum Siluester ea semper in sententia fuit, ne degradati, vel suspensi aliquod officium in Ecclesia exerceant, quorū tamen dissidentes sententias sic conciliare potes, namq; & si huiusmodi vinculis nexi diuina officia cum alijs in choro celebrantes non propterea irregularas fiant, quod dicere voluit, Soto, non tamen peccatum effugient, si hoc ausi fuerint, hocq; esse opinor, qd Siluester sensit, Hostiensis enim aperte hoc dixit, nempe suspensos à beneficijs, non tamen ab officijs celebrantes irregularitatem quidem non incurre, sed tamen grauiter delinquere.

35 Quod, si quis sacrorum ordinum, vel beneficijs Ecclesiasticis auctus clericus nulla iusta excusatione sultus has partes recitandarum precum iuxta modum & ordinem ab ecclesia indictum

omiserit, varijs modis pro delicti modo affligitur, namq; in primis, vbi vel ex fastidio, vel diuini cultus contemptu, ac multò etiam magis, si ex consuetudine omiserit, nulli dubium est, quin peccatum morte æterna dignum admittat, seu omnes vnus diei preces, seu partem earum duntaxat recitare non curat, ac, quotiescumq; eas missas fecerit, toties peccatum incurrit. † Vbi verò negligentia, & desidia potius, quàm contemptu id euenierit, non satis consentiunt inter se Doctores, namque Archidiaconus, & Paludatus, & Henrichus Gandauensis, & Siluest. & Nauarr. culpam hæc mortis periculo expositam suspicantur, quæ sententia, & si davior videatur, sacris tamen scriptis optime congruit, quibus appellatur maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter, quanto ergò maiore in culpa cum esse dicemus, qui per negligentiam opus Dei sibi iniunctum, ad quod faciendum tenetur, omnino posthabet, nedum negligenter administrat, c quod tamen sacris Concilij, & Pontificum constitutionibus, vt pensum exoluat, arctè precipitur, licet Angelus & alij quidam contra sentierint, † & non solum mortifero peccato animam sauciat (vt diximus) qui precum officium non exoluit, verum & excommunicatione, & suspensione percuti, puniriq; potest, ita scilicet, quod hoc ordine seruato procedat, nempe suspensionem in primis, deinde excommunicationem, ac demum, si culpa exegerit fructus, atq; etiam beneficium adimendo, vt infra dicturi sumus.

36 Mulctatur ergo præterea is, qui huic officio desit, interdum amissione fructuum ex beneficio præceptorum, vt nouissime in Concilio Lateranensi definitum fuit infra scriptis verbis postis Sessione nona.

37 Statuimus (inquit) & ordinamus, quod quilibet habens beneficium, cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuino officium non dixerit legitimo impedimento cefante, beneficiorum fructus non faciat suos, sed eos tamquam iniuste perceptos pro rata omissionis officij, & temporis in fabricas ecclesiarum huiusmodi

a gl. in c. legi. 16. q. i. Siluest. Ange. Nauarr. Soto. vbi su. Nico. Plou. q. 12. par. i. 10. Lign. q. 3. Alber. Ferrar. n. 15

b Sil. ver. hora q. 3. & ver. de gradatus. m. 8. Hosti. in su. de cler. excom. minist. col. pri. Diaz. in prac. crim. canon. c. 28. 10. Lign. in hoc tract. q. 3. par. i.

c Psal. 43.

d c. i. c. dolentes. co. i. Sil. et Nauarr. vbi su. 10. Lign. in q. 6. 7. & 10. par. i. huius tract.

e ca. dolentes. vbi no. de cele. missa.

f 10. Lign. in q. x. par. i. huius tract.

„ modi beneficiorum, vel pauperū ele-
 „ mosynas erogare teneatur, si verò vl-
 „ tra dict. tēpus in simili negligentia cō-
 „ tumaciter permanferit, legitima mo-
 „ nitione præcedente, beneficio ipso pri-
 „ uetur, cum propter officium detur be-
 „ neficium, intelligatur autem officium
 „ omittere quò ad hoc, vt beneficio pri-
 „ uari possit, qui per quindecim dies il-
 „ lud bis saltem non dixerit, Deo ta-
 „ men vltra præmissa reddituri de dicta
 „ omissione rationem, quæ pœna in ha-
 „ bentibus plura beneficia toties rei-
 „ terabilis sit, quoties contrafacere con-
 „ uincantur.

Verum, & si hæc canonis ipsius verba
 omnibus in codicibus legantur, quot
 quot mihi legisse, etiam ab alijs aucto-
 ribus recitatos contigerit, nihilomi-
 nus Dominicus Soto in dicto libro de
 cimo, quæstione quinta, articulo se-
 xto ait, verba illa (post sex menses) le-
 genda esse (per sex menses) hæc quidē
 ratione, quia retenta lætione hac, quæ
 passim habetur, nunc nimia resularet
 relaxatio, nūc nimia perstrictio, nam,
 quod vlt; post sex menses (inquit) ab
10 Idecirco autem hæ clericorum claſſes hoc ordinum uocabulo cenſentur, ut etiam Catechiſmus ait, ut dignitas, & excellentia miniſtrorum Dei hac uoce indi careretur, namq; ſordo ex ppria ipſius uis, & ſignificatione eſt diſpoſitio ſuperiorum, & inferiorum rerum, quæ inter ſe ita aptæ ſunt, ut una ad altera referatur, quare, cum in hoc miniſterio multi ſint gradus, & uariæ ſubſtiones, omniaq; certa rone diſtributa ſint, & collocata, iectè, & cõmodè ordinis nomen ei impoſitum uidetur, † neq; iter ordinationem, & ordinem uſu diſcrimen Sacroſ. Synod. conſtituit, † ordo autem, quod eſt ſacramentum diſſinitur, ut ſit ſacramentum, ob quod imprimitur character, aut ſignum interuenientibus quibusdam uerbis, & corporalibus instrumentis, quæ cõceditur potestas conſecrandi, uel adiuuandi conſecrantes ſacramentum altaris, ut ex mente Doctorem eſſe ait Nauar. c. 22. §. 6. in ſum. ſub hoc tit. ſed Silueſt. ait, ex Magiſtro ſententiarum, eſſe quoddam ſignaculum, in quo ſpiritualis potestas traditur ordinato, † potestas autem non potentia appellatur, ut actiua duntaxat, non ſimul & paſſiuam ſignificet, † traditq; idecirco dicitur, quia ſi manibus tangat, quod episcopus ei porrigit, in collationis ſignum, nihil agi certum eſt, utranq; tamen manum adhibere non ita certum eſt. † Nec dubiter aliquis (quod etiam in titulo de ordinibus Clericorum diximus) quin & ordines minores, nedum maiores ſint ſacramentis eccleſiaſticis annuerandi, & diuina institutione introduci, nam frequentiffimi Theologi hos quoq; ordines inter ſacramenta eccleſiaſtica referunt, quorum centurias recenſer Didacus Coarr. lib. j. c. x. Variarum reſolutionum aduerſus Durandii ſententiam, quamuis Soto cõtrarium docuerit lib. ix. q. v. art. ij. de iuſtitia, & iure, & Nauar. dicto capite uigefimo ſecundo ſacramentalia potius, q̄ ſacramenta eſſe dicat.

17 Verùm dubitari ſolet, an oēs ordines unum tamen & eſdem ſacramenta ſint, an plura, & deciſum eſt cõmuni omnium conſenſu unum tantum ſacramentum ex oibus ordinibus conſtitui, nõ aut ſingulos ordines ſeparatim ſacramentum

mentum eſſe, quia hac ratione ſacramentum dicitur, quod ad conſiciendū Euchariſtiæ ſanctiſſimè ſacramentum præparantur, quod nulli ex ipſis ſoli contigit, niſi præbyteratus ordini, quæ propter hac rone dicitur unū ſacramentum, quia oēs ad eundem finem ordinari, inueniuntq; ſunt, non aut eò, quia unum ſit indiuiduum, ut punctus, uel continuum, ut linea, uel quia ſimul collecti eandem formam perficiunt ut anima & corpus, ſed animæ exemplo humanæ potius, quæ uergetiua eſt, & ſeſſiua, & intellectualis, unde, cū ordinis diuiſio ſepſiformis prædicta ſit, pluriſformis, non eo modo ſit, quo totū integrum, aut uniuerſale, ſed potestatiuū.

18 Hoc autem ſacramentum ab ep̄o impoſitione manuum alijsq; ritibus & ceremonijs ſolenib; conſertur, uerbisq; illis Chriſti Do. toties repetitis innititur, uoz. Accipite ſpiritū ſan. &c. & Si cū Miſt me Pater, & Ego mitto uos.

19 Duplex eſt ordinis eccleſiaſtici potestas, altera in his, quæ ſunt ordinis, altera in his, quæ ad iuriſdictionem ſpectat, uerſatur, ordinis quidem potestas diuini uerbi miniſterium, adminiſtratio enim ſacramentorum, & eccleſiarum ordinationem ad ædificationem amplectit.

21 † Sed iuriſdictionis eſt potestas excõcicandi, poenitentes abſoluendi, atq; etiam peccata retinendi. † Præcipua autè eſt ea potestas, quæ ad ſanctiſ. Euchariſtiæ ſacramentum refertur, in ſacerdote quidem plena, & pfecta, ut, qui Dominum noſtrum corpus, & ſanguinem unus poteſt conſecrere, in alijs autem inferiorum ordinum miniſtris, maior, uel minor, quod quique miniſterio tuo magis, minus uel alteris ſacramenta accedit, Illius enim, † q̄ ſacris initiatur, animæ ſanctificationis gratia additur, qua idoneus habilisq; ad rectè munus ſuum ſurgendum, ſacramentaq; adminiſtranda reddatur, quæ quidem gratia character ſpiritualis dicitur, q̄, qui ſacris imbuti ſunt, interiori quadam nota animæ impreſſa ab alijs fidelibus diſtinguantur, ac diuino cultui mancipentur, ad quæ Apoſtolus uidetur ſpectaſſe, cum ad Timotheum ait, Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum præbyterij, quæ

& Catechiſmus repetit in titulo eodè. Qui uerò habeant ordinum conferendorum potestatem, aut quibus perſonis conferri non poſſint, quæ ſint ordinum cõferendorum tempora, qui loci, quæ ceremoniæ, alio loco à nobis traditū eſt, unde perenda relinquo.

DE EXTREMÆ Vnctiõnis ſacramentum.

Titulus. IX.

EPITOME.

Quis hoc ſacramentum inſtituerit, quæ ſit eius materia, nempe oleum, quæ forma, ſcilicet precatio, quibus & quo in ſtatu conferri poſſit, quæ corporis partes ungapur, quis ſit miniſter, reſtè ordine traditur, poſtea, quæ ſit ipſius uirtus, ac demum de alijs vnctiõnibus nonnulla ſtrictim.

SYMMA RERVM.

- 1 Extrema vnctio cur ſic dicatur.
- 2 Extremæ vnctiõnis inſtitutio eſt à Chriſto.
- 3 Eſt unum ſacramentum non plura.
- 4 Oleum ex oliuis eſt materia ſacramenti.
- 5 Redditur ratio.
- 6 Forma ſacramenti qua.
- 7 Verborum non eſt præciſa forma.
- 8 Cur hoc ſacramentum cum præcationibus conferatur.
- 9 Conferatur ſolum ægrotantibus grauiter & cur.
- 10 Cur non conferatur alijs conſtitutis in periculo mortis ſine ægri tudine.
- 11 Conferendum eſt, dum ſenſus uigent.
- 12 Rationis expertes non ſunt capaces huius ſacramenti.
- 13 Pueris inſantibus non datur, & quare.
- 14 Iterari poteſt in alia ægri tudine.
- 15 Non tamen in eadem.
- 16 Quæ partes ungendæ ſint, & quare.
- 17 Ungendi debent eſſe conſeſſi, & cõcicati.
- 18 Præbyteri ſunt miniſtri huius ſacramenti.
- 19 Præbyteri continent etiam episcopos.
- 20 Præbyteri parochi tãrùm hoc conferunt.
- 21 Religioſi prohibentur conferre.

- 22 Sacramenti huius virtus & efficacia.
- 23 Sacramentum hoc non est necessitatis.
- 24 Alia vnctiones referuntur.
- 25 Principes cur vngantur in brachio Pontificis in capite. (licis.)
- 26 Vnctio templorum, & altarium, & ca-

INTER septem ecclesie sacramenta magna est vilitatis sacramentum extreme vnctionis, quod sic appellatur docet Catechismus, quia hæc omnium factarum vnctionum, quas Dominus Saluator noster ecclesie sue comendauit, vltima administranda sit, quæ alijs quoque nominibus, vel sacramentum vnctionis infirmorum, vel sacramentum exeuuntium appellari solet.

- 1 Nec sunt aures patefaciendæ his, qui negarunt, à CHRISTO Domino esse institutum, à sed à Dino Iacobo inuentum, satis enim perspicuum est, (vt olim quoque diximus) sacramenta omnia nouæ legis à D. N. I. C. fuisse instituta, vt disserit, & S. Syno. Trid. & Catechismus non vno in loco aperit & hoc ipsum extreme vnctionis sacramentum, b fãnciens etiam, primo Canone, vt, si quis dixerit, extremam vnctionem non esse verè, & propriè sacramentum à Chr. D. N. institutum, & à B Iacobo Apost. promulgatum, sed ritum tantum acceptum à patribus, aut signum tantum humanum anathema sit, Nec credas plura esse, quibus per plures vnctiones administrantur, sacramenta, sed vnũ, licet singulis vnctionibus, propriè precibus, ac peculiari forma adhibenda sit, vnum verò est, vt idem Catechismus exemplum domus afferens declarat, non partium continuatione, quæ diuidi non possunt, sed perfectione, cuiusmodi sunt cætera omnia, quæ ex pluribus rebus constant.
- 4 Huius sacramenti materia est oleum ab ep̄o in die annũscario cœnæ Dñi solenniter confectum, & consecratum, quod quidem oleũ non ex quavis pingui, & crassa materia, sed ex olearũ bacis tantummodo expressum esse oportet, namq; vt oleo corporis leniuntur dolores, ita animæ angores de peccato orientes huius sacre vnctionis vi minuuntur, vt idem apost. Iaco. instruit, item non minus virium periclitati ex lucta cum Diabolo animæ, q̄ roboris

a Car. c. quod in te de peni. & remi. Coar. c. alma mater par. ij. §. ij. nu. 8.

b Marci 6. Iacobi. 5. c. presbyteros. 95. d. i. de sac. vnct. c. ad abolendam. de heret. sess. 14. c. i. de sac. vnctio.

corpori defatigato oleum addit, hacq; vnctione spiritus S. gratia, qua inuisibiliter aia egrotantis inungitur significatur.

6 Forma sacramenti est verbum, & solennis illa precatio, quam sacerdos ad singulas vnctiones adhibet, cũ singulos corporis sensus leniendo igit, Per istã vnctionẽ indulgeat tibi Dens quicquid vitio oculorum, siue narium, siue aurium, siue guttus, siue tactus deliquisti, quæ tñ forma nõ idcirco vitaretur, & si loco Indulgeat verbi, vtať verbo PARcat, vel REMittat, vel SANet, cũ nulla fiat snã immutatio, nec magis vitiosa erit vnctio, si p verbo DELiquisti, ponat verbum commisit, aliudve æquipollens verbum. Illud tñ cauendum est omnino, vt precationis modo forma proferratur: hoc. n. potissimum Apost. precepit, cum dixit, & orent super eũ, & oratio fidei saluabit infirmum: cum enim hoc sacramentum ad hunc quoq; vsũ adhibeatur, vt præter spũalem gratiam agrotis sanitatem p̄stet, nec tñ semper sequatur sanitatis restitutio, t̄p̄ea precibus à Deo impetranda est, qua in re à cæterorum sacramentoruũ forma sacramenti huiusce formam distare vides, si quidem alia sacramenta cũ ip̄e duntur, sui forma, vel absolute significat, quod efficiunt, vt cũ dicimus. Ego te baptizo, aut, signo te ligno crucis, vel tanq̄ ab imperantibus, pronũciatur vt, cum ep̄s ordines, confereudo ait, Accipe potesta. &c. huius autem sacramenti vis, quamuis Dei gratiam non p̄nti obicem elargiatur, non temp̄ tñ dat sanitatis restitutionẽ, hinc nullũ aliud sacramentum pluribus precibus conficitur, neq; ab re, quia, eo præsertim p̄nto magnis auxilijs opus est, quod vehementior est hostis oppugnatio, quare, & conuenit, omnes, qui ad sunt, parochumq; ipsum in primis precibus assiduus in tam periculoso tempore laboranti egro opem ferre. ¶ Est igitur hoc sacramentum conferendũ egrotis dũ taxat, non sanis est, vt verba ipsa Apostoli Iac. demonstrat, quare, & si quis manifestũ mortis discrimen adeat, dũ sanus est, vt quia, vel nauigationẽ periculosa parer, vel plium ingressurus sit, vnde certũ necis periculum metui possit, vel, si ad mortem danatus iam iam sententiæ executionem expectet,

non

non est ei sacramenti huiusce medicina propinanda, cuius rei ratio est, quia his, qui vel vi morbi, vel magna ætate paulatim deficiunt, vt plurimum veluti iudicij defectum patientibus propter magnam sensuum omnium debilitatem, Cæcæ demon hostis opportunum sibi oblatum tempus existimã acris insidiatur, & insultat, representatione omnium, quæ vnq̄ ille gessit, peccatorum, aliarumque terribilium visionũ, quod morte violenta cadentibus non contingit, cum hi iudicio integro decedant, nec similia nõstra patiatur. a Eadem etiam ratione sit, quod, licet quis morbo decumbat, si tamẽ is morbus supremum finem non minuetur, non erit ei hoc sacramentum conferendum. ¶ Non tamen sic procrastinandum est, vt in illud punctum temporis expectetur, cum iam sensus omnes ægrum derelinquere incipiunt, eò quia, vbi sensus in ægro adhuc vigent, mensque adhuc integra est, maiorem, vberiorẽque huius sacramenti gratiam percipere posse creditur, quod si dem, & religiosam animi voluntatem afferre possit, dum percipit, quod agi videt, ac sentit. Rectè igitur Catechismus monet, eos peccare grauissimè, qui illud tempus vngendi infirmi expectant, quo iam corpus conclamatum est. ¶ Hinc etiam sit, quod nemo, qui rationis vsu careat, huic sacramento accipiendo apus censetur, videlicet, amentes, & furiosi, qui nullo tempore mentis compotes fuerunt, nam, si, cum aliquo tempore mentis, rationisque vsu haberent, pietatis, religionisque Christianæ amatores se esse ostenderint, & sacramenti huius munus expoposcerint, non sunt repellendi, quamuis deinde in furorem, insaniamque incidissent, imò, & si petere non potuissent, modò neq; excommunicati essent, neque notoriæ impietatis homines, aut, qui nulla pœnitentię signa ediderint, nam, qui, dum integre mentis esset, religiosum se ostendit, eodem in proposito perseuerasse præsumitur, ac, si potuisset, vel memor fuisset, hanc salutiferam medicinam petiturum fuisse, vt ait Siluester sic interpretans voluisse etiam S. Thomam.

13 ¶ Pueri verò infantes tam quia pecca-

tis actualibus carent, quàm etiã, quia sacramenti vim non tenent, sacramenti huius neq; indigi, neq; capaces habentur.

- 14 Ac sciendum, quod si post vnctionem hanc ægri conualuerint, non prohibetur, eos iterum hoc sacramento iuari, si eos configerit denuò in simile periculum vitæ incidere, neque enim aliqua lex hoc sacramentum iterari vetat. ¶ In vna tamen, & eadem agrotatione cum æger in eodẽm vitæ discrimine iacet, semel tantum vngendus est. ¶ Vngendæ autem sunt non oēs corporis partes, sed illæ tantum, à quibus solent peccatorum origineẽ duci, vnde præter oculos, aures, nares, & os, & manus, quinque sensuum instrumenta, renes etiam veluti voluptatis, & libidinis sedes vnguntur, tum pedes, qui nobis ingressus, & ad locũ mouendi principium sunt: medicorum enim peritorum more curatio illi potissimum loco apponenda est, vnde veluti à suo principio totus morbus descendit, quando corpori vniuerso adhiberi nõ potest, multi tamen neque renes, neq; pedes inungere consueverunt. Quibus vero hæc singula membra nõ fuerint, illa inunguntur, quibus non carebunt.
- 17 Edocet præterea idem Catechismus, curandum esse in primis, vt iuxta Catholicæ ecclesie perpetuam consuetudinem, prius pœnitentiæ, & sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum quis accipiat, quàm hoc sacre vnctionis extreme sacramento augeatur, ne forte gratia, quæ ex hoc sacramento speratur, mortiferi alicuius peccati obice impediatur.
- 18 Ministri huius sacramenti, quinam esse debeant, idem Apostolus Iacobus demonstrat, Presbyteri, scilicet, ¶ id est, sacerdotes, qui ab episcopis per manuũ impositionẽ ritè ordinati sunt, ac mulrò magis ipsi met episcopi, (superfluum est enim inquit Innoc.) vt de episcopis ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est, idcirco. n. de presbyteris Iaco. dixit, quia episcopi alijs occupationibus præpediti ad omnes læguidos accedere ipsi non possunt. b vel dici potest, presbiterorum appellationẽ c episcopos non excludere, c non autẽ

a Nauarr. in sum. c. 22. §. 5

b c. illud superfluum. di. 95.

c c. olim idem ea. dist. 95.

etate seniores, aut in populo primores intelligēdi sunt, quo in ministerio quidem sacerdotes CHRISTI Domini, & S. Ecclesie eius sponse personam sustinent, quemadmodum in ceteris alijs sacramentis omnibus. † Sed non omnibus tamen sacerdotibus, verum parochis tantum hoc licet, quorum sub curatione sunt aegri, aut his, quibus ipsi parochi hoc munus delegarint. † Religiosi autē, qui clericis, aut laicis hoc sacramentum extremæ Vnctionis ministrare sine speciali sacerdotis parochi licentia ausi fuerint, Excommunicationis sententiam ipso facto incurrunr, quam solus Pontif. Max. auferre potest, eosque hac causa excommunicatos ordinarij locorum publicari p̄ excommunicatis curare debēt, donec de absolutione facta fuerit fides, nullo exemptiois privilegio, aut alio in hoc

attento. **a** Excipiuntur tamen religiosi illi, quibus à sede Apostolica fuit concessum, ut familiaribus suis domesticis, aut pauperib. in hospitalib. suis de gentib. sacramēta ecclesiast. ministrare possint. **b** Nō q̄, verò arcta instātis mortis necessitas efficiet, ut vel deficiente presbitero inferior, vel religiosus, vel non proprius parochus sine rati habitationis spe ministrare hoc sacramētum possit, quia non est ofno necessariū. **c** Sacramenti huius virtus, & vis quæ fit, iam ex prædictis cognosci potest, cum ex eo gratiam cōferri dixerimus, qua veniam peccatorum leniorum cōsequimur, & contra Demonis aggressiones armamur, fortessq; efficiamur, & à languore ex peccatis contracto, & aeteris omnibus peccatis reliquijs liberamur. Item corporis sanitas ex hoc sacramento sperari potest, ut diximus ex ipso Iacobi præcepto, vbi saluti anime expediat, fidelique aegri decumbentis hoc mereatur, morbi certè incommoda, & labores hoc sacramento aeger subleuatur ferre leuius potest. **d**

Non tamen est hoc sacramētum sic necessarium, quin & sine eo seruari quis possit, modo ex cōtempu neglectum non sit, neq; n̄ potest tanti sacramenti contemptus absq; ingenti foelere, & ipsius S. Spiritus iniuria euenire, ut ait Conc. Trid. in 3. e. Sess. 14. cum apud Theologos antiquos dictū iam, & ma-

gno consensu receptum esset: **e** Sunt & aliæ vnctiones præter hanc extremam ab ecclesia institutæ, quæ licet non omnes sint sacramentum, sed hæc tantum, & illa quæ ante baptismū fit, item illa, quæ post baptismum ab Episcopo, ut in gratia hominem cōfirmet cōferri solet, ac demum illa, quæ cōferendis ordinibus in vsu est, non tamen aliqua eorū otiosa, aut inuictuosa est, nisi & Reges in brachio, seu hanc in usq; solent, nō in capite, ut olim, capitis. n. vnctio solis Pontificib. congruit, hocq; inter Pontificis, & Regis vnctionem; quia Pontificis caput chrisimate cōsecratur, sed brachiū Principis oleo delinitur, ut ostēdatur, quantum authoritas Pontificis potestati Regis antecellat. **f** Vngitur præterea altare, cum consecratur, templū, cum dedicatur, calix cum benedicit. **g**

a cle. i. in p̄v. de priu. **b** d. cle. i. in fl. **c** sil. ver. vn. 2. 2. c. 4. **d** syno. Trid. Sess. 14. ca. 2. Catechis. hoc ritu. **e** S. Tho. 2. 2. q. 4. dist. 23. silue. ver. vnctio. q. 9. post alios S. Th. mist. **f** c. i. S. unde veteri. de sac. vnct. **g** d. vi. de sac. vnct.

DE SPONSALIBVS. Titulus X.

EPITOME.

Hic titulus de sponsalibus sic tractat, ut titulum de matrimonio præparet, in primis igitur sponsalium distinctionē ponit, sponſaq; significationem, mox quæ ætas contrahendis sponsalib. apta sit, an, si ante illam ætatem fuerint contracta, possint procedente tempore valere, sponsalium bimēbris diuisio traditur, & quot modis contracta sponsalia possint, sponsalium effectus edocētur, nempe, q̄ eorum causa cogi ad matrimonium contrahendum partes possunt, & quatenus, ac quō, q̄ sponsalia per copulam transeunt in matrimonium, idq; plurifariam declaratur, q̄ sponsalia pariunt publicæ honestatis iustitiam, & q̄ non pariunt. Postea quot, ac quib. modis soluantur sponsalia, vel ipso iure, vel sententia hominis, ex consensu vtriusq; partis, ex causa fornicationis, ex defectu corporis, vel fame superuenienti, ex lapsu diei ad contrahendum matrimonium præfixæ, ex defectu dotis ex matrimonio, ex fama impedimenti. A. o. impuberes possint ante pubertatem resilire à sponsalib. & quomodo post pubertatem. Postremò, quō inimicitia capitali superueniente, vel affinitate,

nitate, vel publicæ honestatis iustitia, vel voto simplici castitatis, vel religionis tollantur, declaratum.

SVMMA RERVM.

- 1 Sponsalia sunt ad matrimonium, ut Catechismus ad Baptismum.
- 2 Sponsalium distinctio.
- 3 Sponsalia quandoque sunt de presenti.
- 4 Adulterium non committitur cum sponsa de futuro.
- 5 Percutiens clericum inuentum cum sua sponsa de futuro non excusatur ab excommunicatione Apostolica.
- 6 Nati ex sponsa aliena sic odiosi non sūt, ut filij adulterini.
- 7 Fornicans cum aliena sponsa an teneatur hanc circumstantiam fateri in sacramento penitentiæ.
- 8 Sponsa non prohibetur succedere sponſo per statutum, quod prohibet uxorem succedere marito.
- 9 Sponsalia an ueniant matrimonij appellatione.
- 10 Sponsalia non possunt contrahi à minore septennio.
- 11 Nisi malitia ætatem suppleat.
- 12 Sponsalia ante infantiam contracta possunt ratificari ab iisdem post infantiam factis, vel verbo.
- 13 Sponsalia aliqua vera, aliqua præsumpta.
- 14 Sponsalia præsumpta quæ sint.
- 15 Sponsalia vera quæ dicantur.
- 16 Sponsalia pluribus modis contrahi possunt.
- 17 Contrahi possunt etiam per procuratorē.
- 18 Sponsalium effectus qui sit.
- 19 Sponsi an debeant cogi ad matrimonium contrahendum.
- 20 Cogendi non sunt, si periculū metuantur.
- 21 Iudicis Ecclesiastici in cōpellendos sponſos ad contrahendum quæ partes sint.
- 22 Sponsalia transeunt in matrimonium præsumptum per copulam subsequentem.
- 23 Neque admittitur probatio in contrarium, etiam per confessionem partium.
- 24 Confessio litigantium nihil ualeat in causa matrimoniali.
- 25 Ddaci opinio contraria.
- 26 Confessio indiuicta admittitur cōtra matrimonium.
- 27 Sponsalia transeunt in matrimonium per copulam etiam quod protestatio facta

- esset contraria.
- 28 Sponsalia etiam incerta de certis transeunt in matrimonium per copulam.
 - 29 Sponsalia certa licet nulla pariunt publicæ honestatis iustitiam.
 - 30 Sponsalia tamen incerta, & uaga non transeunt in matrimonium.
 - 31 Declaratur, quomodo intelligendum sit.
 - 32 Copula etiam propter vim subsequentis sponsalia facit ea transire in matrimonium.
 - 33 Sponsalia transeunt in matrimonium per copulam etiam, quod sponsa probetur fornicata cum alio.
 - 34 Sponsalia, quæ tranſerunt in matrimonium per copulam, præiudicant sponsalibus anterioribus.
 - 35 Nixus ad copulam solus non facit transire sponsalia in matrimonium.
 - 36 Sponsalia non transeunt in matrimonium per copulam in foro conscientie, ubi copula non intercessit animo coniugali.
 - 37 Excommunicatio potius toleranda q̄ peccatum committendum.
 - 38 Copula antecedens non facit transire sponsalia in matrimonium.
 - 39 Sponsalia transeunt in matrimonium per traditionem sponsæ cum solemnitate.
 - 40 Quid si tradita fuerit sine pompa, et solemnitate.
 - 41 Amplexus, & subarratio non faciunt transire sponsalia de futuro in matrimonium, sed solum sponsalia de presenti.
 - 42 Sponsalia de futuro pariunt publicæ honestatis iustitiam.
 - 43 Etiam, quod matrimonium cum his esse non possit, inter quos sponsalia intercesserunt.
 - 44 Publicæ honestatis iustitia, apud gentiles cognita fuit.
 - 45 Non crudendum sponsis dicentibus, se aliud mente sensisse, ut vitent publicæ honestatis iustitiam.
 - 46 Contrahens cum sponsa consanguinea et consumans matrimonium ab utraque prohibendus est.
 - 47 Publicæ honestatis iustitia impedimentum à Concil. Trid. restrictum.
 - 48 Sponsalia sub conditione non pariunt publicæ honestatis iustitiam ante conditionis euentum.
 - 49 Etiam quod conditio tacite ineffet.
 - 50 Secus in conditione de presenti, & conditione necessaria.

- 51 Sponsalia facta per infantes, vel à patribus nomine filiorum sine eorum consensu non parum publicæ honestatis in iustitiam.
- 52 Sponsalia clandestina publicæ honestatis in iustitiam non pariunt.
- 53 Sponsalia quandoque solvuntur ipso iure, quandoque iudicio ecclesiæ.
- 54 Sponsalia solvuntur ipse iure per matrimonium subsequens, etiam non consummatum.
- 55 Etiam, quod sponsalia essent iurata.
- 56 Periturus contrahere potest matrimonium.
- 57 Sponsalia solvuntur ipso iure per ingressum religionis.
- 58 Sacri ordinis susceptio solvit sponsalia ipso iure.
- 59 Fornicatio notoria, & secreta causa sponsalia ipso iure tollere possunt.
- 60 Sponsalia etiam de consensu partium non tolluntur sine iudicio ecclesiæ.
- 61 Sponsalibus ob amorem Dei factis, & iuratis au partes possunt unanimis renuntiare.
- 62 Sponsalia ex causa fornicationis non solvuntur sine iudicio Ecclesiæ.
- 63 Neque ex morbo lepre, aut alio corporis defectu.
- 64 Neque ex causa absentis alterutrius.
- 65 Sponsa, quæ nolit contrahere tempore præstituto, puniendæ est.
- 66 Absens moneri debet.
- 67 Temporis lapsus an faciat solui sponsalia.
- 68 Tempus contractus matrimonij quando appositus videatur limitandæ, vel finitæ obligationi.
- 69 Dies appositus contrahendo matrimonio ex intervallo post sponsalia videtur appositus sollicitandæ obligationi.
- 70 Quibus verbis videatur quis recusare matrimonium post sponsalia.
- 71 Sponsalia an solvantur, si dos non sit parata, ut dari possit in tempore.
- 72 Sponsalia facta ab eo, qui uxorem habebat, copulamque inerat cum sponsa, iudicio ecclesiæ solvuntur.
- 73 Sponsalia solvuntur propter famam impedimenti.
- 74 Iuramentum parentum credi non debet contra famam, quæ viget contra sponsalia.
- 75 Pubes factus potest venire contra sponsalia facta nomine suo per alium.

a S. Tho. in 4. dist. 27. Siluest. in summ. nec. sponsalia. q. i.

b l. i. & ij. ff. de sponsal. l. spon. ff. de verb. signif. c. nostras. 30. q. 5.

c c. tertio loco. vbi Ab. de præsump. c. 2. ca. fin. de spon. duor. c. coniuges. ca. qui desponsat. 27. quest. 2.

d glo. c. quidam desponsavit. 27. q. 2. gl. c. si vero. 1. de sen. excom. Fel. in Rub. de spon.

- 76 Impuberes, qui sponsalia contraxerunt non possunt venire contra illa ante pubertatem.
- 77 Copula sequuta post sponsalia impuberum facit ea transire in matrimonium.
- 78 Impuberum, qui sponsalia contraxerunt, altero facto pubere citius, an is a sponsalibus resiliere possit, non expectato, quod alter sit factus pubes & ipso.
- 79 Intellectus ad cap. de illis, de desponsat. impuber.
- 80 Sponsalia inter puberes contracta an solvantur per matrimonium contractum ab eo, qui prius factus est pubes.
- 81 Inimicitie capitales supervenientes dissolvunt sponsalia.
- 82 Affinitas superveniens inter sponsum, & sponsam dirimit sponsalia.
- 83 Publicæ honestatis in iustitia superveniens non dirimit sponsalia, & quare.
- 84 Votum simplex castitatis, vel religionis an dirimat sponsalia.
- 85 Omnes modi, quibus dirimitur matrimonium, dirimunt sponsalia.
- 86 Sponsalia solvuntur omnibus ex causis, quæ, si à principio consideratæ fuissent, verisimile est, quod sponsalia non fecissent.

CV M iuxta susceptum ordinem de singulis ecclesiæ sacramentis a iuris, matrimonij sacramentum super sit, opus precium duximus, antea de sponsalibus, quæ matrimonium antecedunt, eiusque sacramentalia sunt, ut exorcismus Baptismi, A aliqua hoc titulo præcepta dare; sunt enim sponsalia mentio, & repromissio futuri matrimonij, à spondendo appellata, nam moris fuit veteribus, stipulari, & spondere sibi uxores futuras, unde & sponsi, sponsæque; appellatio nata est, a quamvis sit & nonnumquam cernere sit, ea quoque sponsalia dici, quæ verbis presentibus, & presentem contractum significantibus contracta sunt, c verum hæc sponsalia de presenti, illa sponsalia de futuro dicuntur, hæcque largè, seu improprie, illa autem proprie & strictè (licet vulgari quoque loquendi vsu novam nuptiam, etiam post matrimonij opus consummatum sponsam appellari notum sit) ex quo traditum est, neque adulterium cum sponsa de futuro committi, & licet coitus

coitus ille grauem pœnam expectet, propter grauem sponso, id est, marito futuro illatam iniuriam, A neque excusari eum, qui percussit clericum in fornicatione cum sponsa de futuro inuentum, quominus Apostolica auctoritate expianda excommunicatio ista sit, quamvis cum uxore inuentum Clericum percussens illa absolutione b Apostolica non egeat, b Didacus tamen & rectius forte hunc quoque sponsæ vltorem ab Episcopo absolui posse opinatur, c ex hoc item fit, quod filij 6 nati ex ea, quæ alteri desponsa iam erat, tanto odio digni non censentur, quanto filij adulterini, neque is, qui cum sponsa huiusmodi fornicationem admisit, teneatur in sacramento penitentia hanc circumstantiam fateri magis, quam, si cum muliere omnino soluta coisset, ut ex Martino Azpilcueta ait Didacus iam proximè citatus, d quod tamen sic intelligendum opinor; nisi ex se illa in tali congressu conceperit, ne maritus alienam prolem alat, sibi que heredem extraneum ignarus in præiudicium propriæ sobolis instituat, imò, quia tali in congressu hoc periculum subest, videtur omnino hæc circumstantia aperienda, quasi peccatum augens, cum metuere hoc periculum debuisset, & propterea ab hoc peccato cautius se continere.

8 Item si lex municipalis vetans mulieres nuptas succedere, vel capere ex testamento mariti, sponsas de futuro non comprehender, e licet etiam matrimonij mentio si fiat, sponsalia non continebuntur, neque in odiosis, neque in mixtis, quamvis in favorabilibus fecus sit. f

10 Sponsalibus contractendis apta est ætas finito septennio, non prius, eo quæ creditur, eo tempore aliquem ad percipiendum, quicquid agit, intellectum puer adipisci, g quod si alicui & ante septennium exactum felix ingenium adsit, iudicioque alicui polleat, tenebunt etiam non expectato septennij lapsu, contracta ab eo sponsalia, h ut crebris sententijs receptum est, licet Abbas Panormitanus aliud i scriptum reliquerit, i quem pauci tamen secuti sunt, j possunt etiam nomine infantium contracta sponsalia ab

a l. si vxor. S. diuus. ff. de adulter. Coaru. in ca. i. part. i. Epitom. num. 6. & sequen.

b gl. in ca. 3. de sent. excom.

c Coaru. vbi sup. num. 1.

d Coaru. vbi sup. nu. i. 4. Navar. c. consideret. de ponit. dist. 5.

e Abb. d. c. tertio loco.

ijdem, vbi infantiam exceperint, ratificari seu verbo, seu facto, verbo scilicet, sponso se inuicem appellandò facto autem, cum se deosculantur, & amplexantur, k sola autem superveniens ætas non confirmabit sponsalia. Sed sciendum est, sponsalium aliqua esse vera, alia verò esse præsumpta, seu interpretata, vera quidem, & certa sponsalia sunt ea, quæ iam diximus, verbis de futuro contracti, id est, cum quis spondet, se olim contracturum esse matrimonium, vbi scilicet prædicta sponsalibus apta ætas non deest.

14 Quod si aliqui ætate in matrimonij requisita minores contraxerint matrimonium verbis presentibus, quæ matrimonium ob ætatis defectum esse non potest, sponsalia iuris interpretatione dicuntur, ut concordia consensu omnes iuris nostri Doctores tradiderunt, l nam, & si, quando id, quod agere proposueram, quodque agi non potuit, si obligationem utriusque partis contrahentiū affectebat, nec eo quidem modo valere solet, quo agi rectè m potuit, n quia tamen is, qui matrimonium contrahere statuit, sponsalia contrahere voluisse creditur, si matrimonium minimè valeret, quandoquidem sponsalia, (ut diximus) matrimonium præparant; & quodammodo sub contractu matrimonij comprehendi contingit; possunt, n ideo est, quod sponsalia ipsa tenere, & valere possunt. o

Sponsalibus contractendis apta est ætas finito septennio, non prius, eo quæ creditur, eo tempore aliquem ad percipiendum, quicquid agit, intellectum puer adipisci, g quod si alicui & ante septennium exactum felix ingenium adsit, iudicioque alicui polleat, tenebunt etiam non expectato septennij lapsu, contracta ab eo sponsalia, h ut crebris sententijs receptum est, licet Abbas Panormitanus aliud i scriptum reliquerit, i quem pauci tamen secuti sunt, j possunt etiam nomine infantium contracta sponsalia ab

f l. non sine. C. de bon. que liber. gl. inf. de nup. S. & si vxor. 27. q. 2. in princ. Siluest. nec. sponsalia. q. i. in fi.

g c. ex litris. c. ad dissolven. dñ. de despon. impub. c. iuuenis. de spon.

h glo. Bernar. & Præpos. in d. ca. iuuenis. 10. And. Dom. & Fran. in ca. m. in prin. de sponsal. in 6. Bald. cons. 44. lib. 4. S. Thom. in 4. dist. 27. Siluest. versic. sponsalia. q. 2. Coaru. i. par. & epitom. c. 2.

i Abb. d. c. iuuenis. Brunel. in tra. de sponsal. concl. quarta. sum. Ang. & Rosel. vers. sponsalia.

k c. vii. in prin. vbi gl. de desponsat. i. impub. in 6.

l glo. cap. vii. S. idem quoque; vbi doct. de spons. impub. in 6. Dec. consil. 368.

m l. i. S. si quis ita. vbi Bart. & alij. ff. de verb. obligat. l. eo. tempore ver. si de inoff. ff. de pecul. l. i. S. de inde. ff. quod iusu.

n gl. c. vii. ver. de futuro. de despon. impub. in 6. cap. à vobis. vbi Præposit. cap. attestaciones. cap. fin. cod. tit. Card. clem. 1. de consang. & affinit. Calderin. consil. 4. de sponsal. Coaru. cap. i. de sponsal.

o l. si tam angustii. vbi Ang. Alber. Floria. ff. de seruit. doct. in d. S. si quis ita. Coar. vbi sup. ad fin. capit. tertij.

z l. i. & 2. ff. 15 de spons.

b l. Archi. 16 cap. eod.

e cap. si quis desponsauerit 27. q. 2.

d l. si. C. eod. 17 e l. 3. ff. eo. f d. l. si. ff. eo.

g capit. fin. de procur. in 6. ubi no. h cap. 2. ubi Abb. & alij. de sponsal.

i capitulo ex literis siluam eodem titulo. de sponsal.

K capitulo requisit. eod. titul.

l. San. Thom. ubi supra. Gl. Hostien. Ab. dicto capitulo ex literis, & capitulo requisit. Siluester. versiculo sponsalia. 4.

m Coaru. capitulo quarto part. prima. epit.

n Hostiensis. Ioann. Andr. Prapof. in capitulo final. de sponsal. duor. Abb. Prapof. sit. in capitulo is qui fide. de sponsal. gl. cap. sic qui ppe. et c. raptor 27. q. 2.

Sponsalia t̄ autem vera tunc fiunt, cũ de futuro matrimonio promittitur, quod frequentius fit verbis, a quamuis t̄ & nonnumquam sine verbis fieri soleat, nempe, (idque non raro) puta, aris sponsalitijs, n̄ vel annuli subarratione, c̄ Item literis, & epistola, d̄ quare traditum est, vel nudum consentum sufficere ad constituenda sponsalia. n̄

Postuntque sponsalia etiam per nuntium, & procuratorem contrahi, n̄ qui tamen procurator alium substituere non potest, nisi hæc potestas ei specialiter data sit. g

Sponsalium t̄ autem opus hoc est, quodd, qui sponsonem hanc fecerunt, vt fidei seruent, matrimoniumque contrahat, compelli possunt, vnde, qui de matrimonio contrahendo purè, & sine conditione fidem dederunt, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, vt præctam fidem obseruent, sin autem se ad inuicem admittere noluerint, ne fortè deterius inde contingat, vt eam, scilicet, quis ducat, quã odio habet, videretur, quodd ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea sibi remittunt, hoc possit æquaminiter ferri, cum vtraque pars in reuocando fidem datam concors est; n̄ t̄ sed si alter tantum manere pacto detrectet, altero, vt seruetur intante, quidnam agendum sit, magis ambigenti, eod quia non satis apertè hanc quæstionem finisse videntur Su. Pontifices, nam Alex. iij. scribens Pictauesi Episcopo, i vult, moneri eum debere, qui detrectat, & si non acquieuerit monitis, ecclesiastice censura compelli, vt fidem impleat, sed Lucius iij. à Rapalesi Episcopo interrogatus, qua censura mulier compelli debeat, que iurissurandi religione abiecta nubere detrectat ei, cui se nupturam interposito iuramento adstrinxit, his verbis respondit, x quodd, cum libera esse debeant matrimonia, moeanda est potius, quàm cogenda; cum coactiones soleant difficiles exitus frequenter habere, neque enim ab omnib. interpretatio illa admittitur, quodd i moneri prius, deinde compelli debeat, cum talem interpretationem ratio illius decisionis expressa in vlti-

mis verbis huius epistolæ non patiat, cum sic omnino ille difficilis euentus inde merui posset, qui ex coactis matrimonijs subsequi consuevit.

Sed in eam t̄ ego sentiam libentius transeo, quam D. Thom. & glossemma, & Hostiensis, & Abbas, & Archidiaconus, & Siluester, probauerunt, i nempe vt, si magnum & periculosum inter ipsos dissidium præuideatur, cogendi non sint, vt Lucius iij. ait, quia tunc difficilis exitus metuatur, si verò solus simplex dissensus in contrahendo matrimonio sit, nec tamen odia, nec dura perunacia inter eos appareant, cogi tunc possint, iuxta prædictam Alexandri epistolam, neque ab hac interpretatione multum longè discedit Didacus, x dum ait, moderatam esse debere coactionem, cum libera esse oporteat coniugia, nec sponsis metus à iudice inferatur, quare, si Iudex (iugit) videat sponsum ita obstinatum, vt coactione potius vti debet, quàm exacta coactione, ex qua consensus sequatur, nec liber esset, nec verò dici consensus possit, quodd etiam congrui hic, que dixerunt Hostiensis Ioann. Andree;

Præpositus, n̄ & Abbas, non velle, scilicet, ecclesiam, neque posse matrimonium aliquod constituere sine consensu eorum, qui coniungendi sunt, quia impediretur finis, ad quem tendit matrimonium, si aliqui inuici ab ecclesia coniungerentur.

Prudens t̄ igitur iudex sponforum mores, dissidiorumque vim, & causas maturè, cautèque pensabit, ac quantam maximam poterit, curam in primis adhibebit, vt rationibus optimis eum inducat, qui resistit, pactionibus stare, quas si nihil prodesse viderit, censuras voce comminabitur, deinde & scriptis ei denuntiatis, quibus præcipiatur ei, vt, nisi ab ecclesia exterminari velit, promissa exsoluat, matrimonium que contrahat, itaque ad ipsum vsque terminum procedet, vt nihil aliud agendum ei supersit, quàm excommunicationis sententiam proferre, ad quã non nisi coactus, & nisi magna cum cautione perueniet, neque tamen quis sibi blandiatur, qui hæc legerit, neque ex hoc discat, promissa violare, ecclesia sicatq;

sciasque ad iustiones contumax esse confidens, minas inanes futuras, cum sententia ferenda non sit, nam præter id quodd diximus, Iudicis in arbitrio hoc positum esse, an mucronem excommunicationis nudare velit, constat deinde, vltionem diuinam ei metuendã esse, cum lætale peccatum admittat, a quamuis si ad iudicium cõtentiosum deductum fuerit, iudex illud permittere possit, quodd grauiora mala euitentur. n̄

Aliud t̄ quoque est sponsalium opus, nã si postea ad carnis copulam veniant, quamuis matrimonium presentibus verbis contractum non sit, matrimonium tamen præsumetur, quodd propterea fit, quia peccatum mortale crederetur admisisse, vbi citra coniugale consensum id patrasset, præsumit potius lex, eos in id propterea conuenisse, quia in matrimonium præsens consentirent, c̄ adeo quidem, t̄ vt nec vlli contrariæ probationi locum relinquat, ne illi quidem probationi, quam partis ipsius confessio induceret, quæ pro matrimonio pugnat, n̄ quamuis alioqui præsumptionem iuris soleat, c̄ partis confessio perimere n̄) ea nimirum ratione, t̄ quia litigantium confessio in matrimoniali causa nihil vitium habet, n̄ quodd tamen Didacus non admittit, dicens, præsumendum non esse, quemquam sine causa sibi ipsi contradicere voluisse, ea propter, licet confessioni litigantis contra matrimonium fides adhibeda non sit, illius tamen confessioni, qui matrimonium fuisse contractum contendit, contra se, id est, contra matrimonium standum est, c̄ quæ sanè Didaci sententia & mihi plurimum arridet, nisi tamen (vt idem Didacus ait) aliqua verisimilis coniectura collusionis inter ipsas partes militaret, n̄ vel ea confessio posset alteri, qui in eadem causa non esset, i præiudicium aliquod importare. i

Confessio tamen, vel probatio contra huiusmodi præsumptionem illa admitteretur, quæ obliqua potius, quàm recta via, illi repugnaret, puta, si ex eis alter probare velit, quo matrimonium euerterat, ab illis sponsalibus iam antea coitum concordem recessisse, aliove modo ea soluta, aut quauis ratione

Thom. in 4. dist. 27. q. 2. col. i. Floren. par. 3. tit. i. cap. 18. Siluest. ver. sponsalia. quest. 4. b doct. dist. cap. 2. & c. ex literis, & cap. requisit, & cap. is qui fidem. Didac. ubi supra. c is qui fidem. vbi gl. si. c. veniens. 2. eo. tit. gl. c. ferrum. dist. 50. Abb. & Felyn. in c. quanto. de presump. Alciat. in trac. de presumpt.

Item t̄ quodd dictum est supra, in matrimonio per copulam subsequente sponalia transire, non minus auit procedere, & si eorum alter altero præsentente, & consentiente in ipso sponsalium contractu protestatus fuisset, si quando contigerit, coniunctione carnis inter eos ante celebratū matrimonium sequi, nolle tamen, vt ex tali coniunctione contractum censetur matrimonium, neque se velle matrimonio propterea assentiri, huiusmodi, n̄ protestationes veluti honeste repugnantes respicit lex, aut certè præsumit, eos deinde, vbi coierit, ab hac protestatione discessisse. i. Nec minus in matrimonio transibunt sponsalia interdū (quodd certè mirum est) & si incerta foret, ex certis tamen illa, quæ desponsata est, vt (gratia exempli) si quis tres filias in nuptas habens earum vnã, nulla expressa, vel designata alicui despondisset, qui iurauit se vnã ducturum ex eis, illa enim, cum qua se se immiscuerit, præsumetur ab eo accepta, & tamquam vxor cognita fuisse, quam opinionem frequentissimè probatam aiunt, x & valde æquitati consonam ego iudicio, licet aliqui dissenserint, n̄ quibus certe iuris subtilitas magis fauere videtur, quia ex huiusmodi sponsalibus incertis non oritur publica honestatis iustitia, cum liceat quamlibet ex eis vxorem habere, antequam alij se se coniunxerint, t̄ & tamen ex sponsalibus certis, rametsi nullis constat, publicè honestatis iustitiã o duci, o sed hanc iuris subtilitatem sic

Ab. et doc. in d. ca. is qui fidem. Felyn. et Alcia. par. 2. numer. 9. e gl. Autnt. sed iam necess. se. C. de donat. an. nup.

f ca. super eo. de eo, qui cogn. confangu. vxor. sua.

gl. c. attestatum es. ver. euafisse. de despon. impuber. vbi Abb. Roman. sing. 6. i. 4. Ab. & Hostiensis. c. pin. de raptor. Coar. Epitom. part. i. cap. 4. § i. num. 4.

h Host. Abb. Prapof. d. ca. attestaciones. Coaru. vbi su.

i Coaru. vbi sup.

K c. 2. eo. tit. Abb. & Prapof. in d. ca. is

qui fidem. Coaru. vbi supra. num. 7. l gl. cap. per tuas. de cond. apposit. ver. præsumendum vbi doct. Abb. c. tua nos. de sponsal. & Abb. Felyn. Dec. Rip. c. cum M. de constit. Coar. vbi sup. num. 18. dicit com m Host. & Abb. ca. ex literis. 2. de sponsal. Siluest. ver. matrimonium. 2. q. 1. i. Coaru. vbi sup. num. 17. n gl. c. ex literis. vbi Io. m. Ant. Henri. Car. ver. sub iuramento. o c. i. de sponsal. in 6.

vitat Didacus, quia (inquit) publice honestatis iustitia non propterea oriri ex hoc desinit, quia sponsalia non sunt, verè enim sunt sponsalia, sed quia incerta sunt, & quia aliàs quoque videmus, sponsalia incerta, vt, quæ sub conditione facta sunt, in matrimonium sequuta copula transire;

30 Ar, si valde vaga esset, ac lata illa incertitudo, aliud esset dicendum, nam, & si quis promiserit Principi, vnam ex subditis eius vxorem ducere, & aliquam ex eis cognouerit, non propterea videtur maritali affectu eam cognouisse, neque. n. animus nollet tam magis, incertisque applicari potest, si verò & si paucè essent, non tamen sibi inuicè sanguine coniunctæ, quibus promissit, se vnam ex illis vxorem accepturum, vnamque ex eis cognouerit, non tñ cogitur ea accipere, sed liberatur, aliã ex eis accipiendõ, sive in. promississe alicui, se ducturum vxorem vnã ex eius ancillis, quas tñc habebat, nã, & si vnã ex eis cognouerit, nihil impedimento erit affinitas, quominus aliam à se nõ cognitam ducere possit, quia ex coitu nulla oritur cum alijs affinitas, cum illæ non essent inter se coniunctæ sanguine, quod contra est in promissione facta pluribus sororibus, quarum si vnam quis cognouerit, cum cæteris omnibus hac coniunctione affinitatè censetur contraxisse, quare nec vllam ex eis ducere amplius potest, vnde cõsequens est, vt hanc accipiat, itaq; hanc eo aõ cognouisse videt, vt fides seruet, cum alias ducere amplius nõ possit. A

a siluest. ver. matrimonium quest. 2.

b Coar. vbi fin. num. 11.

c Ab. & Præposit. in c. consultationi. de sponsal.

d gl. e. de illis 1. de despons. impub.

e ca. quemadmodum. de iur. iur.

f Abb. d. ea. quemadmodum. nu. 4.

g gl. e. de illis ver. iudicium ecclesiæ. de despons. impub.

ratione prædicta.

32 Sciendum est quoque, non cessare dictam præsumptionem, & si propter incussum metum, etiã talem, qui in constantem virum cadere possit, adactus sponsus copulam inierit, eò quia non potest dici voluntas abesse omnino, quamuis ea voluntas coacta fuerit, nec peccato careret, quilibet metu mortis fornicatione admitteret, quare, vt peccatum ab eo abesse præsumatur, coniugium est potius, vt matrimonij promissionem expleat, quam vt fornicetur, etiam vi adhibita illi sese immiscuisse, vt ex Hostiensis, & Paludano ait

33 Non potest etiam hac exclamatione matrimonium evitare sponsus post copulam ad sponsalia sequutam, quia prohibet, sponsam cum alio post sponsalia fornicatam fuisse, vt ait Didacus, quia (inquit) licet possit sponsus propter fornicationem à sponsalibus recedere, quòdiu tamen ea non fecerit iudicio ecclesiæ dissolui, vinculum illud integrum esse constat, & quare manentibus sponsalibus nulla est ratio, cur non ex sequente copula in matrimonium transeant, cuius tamen contrarium olim dixit Ioannes Neuzanus in libro secundo siluest. nuptialis ab eodem ipso Didaco citatus, & verior certe meo iudicio est ipsius Didaci, quam Neuzani opinio, namque, & si clara sit Innocentij decisio, quod, si quis iurauerit, se aliquam ducturum vxorem, potest ei fornicationem subsequenter obijcere, ne illam coniugem ducat, quia hoc iuramentum hanc conditionem recipit, si videlicet, illa contra legem desponsationis non venerit, ne absurdum sequatur, vt teneatur quis eam vxorem ducere, quæ post iuramentum effecta meretrix fuerit, & quod valde

d

e

f

g

te se miscuerit, dissolutioni sponsali renuntiale videtur, si id sciuerit, sed & antequam sciuerit, sponsalia omnino integra esse, nondum secuto ecclesiæ iudicio constat, vt diximus, ideoque eorum vigore fieri, vt secuta copula matrimonium efficiat. 34 Tanti est præterea hæc ad sponsalia subsequens coniunctio, vt alia præcedentia sponsalia, quibus coniugalis assensus non accessit, tollere possint, vt multi senserunt, quibusdam Epistolis Põtificijs innixi, A quibus decerni videtur, primum coniugium copula carnis adhuc non consumatum posteriore coniugio, quamuis copula carnis consumato non tolli, eo quod in primo coniugio consensus carnalis iam adesset, quare licet à contrario sumere argumentum, vt si in priore consensus coniugalis non intercessisset, sed sponsio tantum, posteriore tolli potuisset, sed ea tamen epistola (vt vides) non de matrimonio præsumpto subsequente loquitur, sed de vero, quod enim mirum, si sponsalia de futuro tollantur vero matrimonio, hæc tamen vi sententia magis æqua, & pudorem violatæ sponsæ magis seruans mihi placet, quamuis non parui æstimandum sit, quod è contrario pugnat argumentum, nempe; quia, si matrimonio consensisse iudicio interpretamur propter commixtionem, vt peccatum vitemus, in aliud crimen violatæ scilicet priori sponsæ fidei incidimus, quod fortè maius est superiøre, verum hæc obiectio sic dilui potest, non posse omnino tale crimen vitari, cum satis apertum sit, propter sponsionem alteri factam, quare cum in aperto sit, non est, quod eius præsumptionis vitandæ causa, quæ vitari non potest, alterum in malum incidamus: 35 Nixus autem ad copulam solus matrimonij ex sponsalibus nõ faciet opere nõ cõpleto, non solum vbi sponsalia sunt futuro, (vt vocant) sed neque sponsalia de præfenti, quando scilicet, ob defectum ætatis, contractus verbis presentibus celebratus spõsalium vim habet, nisi ætas proxima sit maturitati, c imò & si proxima sit pubertas auctore Didaco:

36 Sed tamen sponsalia in matrimonij

ex copula sequente ne credas transire in foro illo, quod soli animæ salutis prospicit, conscientiamque iudicat, si pars altera fateatur, se non animo coniugali opus venereum expleuisse, sed libidinis causa, nam debet confessioni ipsius eo in foro fides adhiberi, hinc quædam perplexitas contingit, quia fõi exterioris iudex, qui non nisi ex actis, probationibusque datis iudicare potest, pro matrimonio sententiam feret, cù tamen ipsa pars, quæ sibi ipsa conscia est, ei sententiæ parere non teneatur, in foro conscientia, & quemadmodum etiam contingit, vbi ex coniugibus alter certus est, legitimum impedimentum nuptijs suis obesse, cuius tamen certam scientiam iudex non habet, q debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam p carnis commercium mortiferum crimen admittere: & Nisi tamen certus omnino sit, tali se animo ad eam accessisse, prædictis non erit locus, in dubio enim coniugalis, licitusque, potius, quam fornicarius congressus præsumi debet. 37 Antecedens quoque copula hoc efficere non potest, vt sponsalia in matrimonium transferantur, semper enim loquuntur de copula subsequente canonice, & quod ratione euidenti confirmatur, nam copula præcedente si matrimonium contrahere voluissent, spõsalium vtique viam non elegissent, sed presentibus verbis vñ fuisset, & facilius in sequentem copulam consensus in fluere potest, quam in præcedentem. 38 Transire quoque aiunt in matrimonij sponsalia, si sponsus domum sponsæ traduxerit, præsumptusque esse hoc quoque matrimonium asserunt, vbi scilicet cum pompa, & solennitate pro more loci, & personæ qualitate, traductio facta fuerit, quod omnes fatentur, sed & si domum simpliciter ulla absque solennitate, & amicorum cognatorumve presentia fuisset deducta, aliqui non minus matrimonium effici, seu præsumi putant, nempe Ioan.

39

40

a cap. pen. de sponsal. ca. licet. si de spons. duor. Præposit. Ioan. Andr. et Anton. in ca. is qui fidem. de sponsal. & Præposit. in d. e. de illis. col. pen. Sil. versic. sponsalia, q. decima. b capit. fin. ex vo. vbi doct. cap. vn. s. idè de despons. impub. in sexto. ubi Sil. Fran. Aretin. consil. 142. colum. 5. Siluest. versic. matrim. 2. q. 6. Alciat. in tra. præsumpt. reg. 3. Præsumpt. 38 Coar. vbi sup. c cap. attestaciones. de despons. impub. vbi Hostiens. Anton. Præposit. d. c. tua nos. d. spons. Ab. c. is qui fidem. col. tit. vbi Ant. Præposit. & Hostien. Ancha. reg. possessor. eo. 6. in 6. Sil. ver. matrimonium. 2. q. 25. Soc. conf. 28. libr. 1. Coar. vbi sup. nu. 9. e ca. inquisit. de sentent. excomm. f Didac. ubi supra.

a Ioan. Andr. in cap. fin. de sponsal.
b Alciat. reg. 3. præsump. 38.
c Doct. c. iuravit. de probat. col. i.
d Calder. Anton. Abb. Præposit. in d. c. fin.
e Aretin. consil. 142. colum. 5.
f Coarru. par. i. epitom. cap. 4. §. 2. num. 1.
g l. mulierem de ritu. nupt.

h Coarru. ubi sup. ex. Bal. & Salyceto.

i ca. i. de matrimon. contra interd. eccl. vbi no. doct. in ca. i. §. idem de desponsat. im. p. ubi in 6. Pa. ris. consil. 62. lib. 4. Coarru. ubi sup. Dec. conf. 368.

K c. 4. c. Inu. nis. cap. ad au. dientiam. cod. tit. c. vii. eod. tit. in 6. Coar. c. 6. §. 2. par. 2. epitom.

l gl. ca. si quis de spõsauorit. vxorem. 2. q. 2. c. i. de spon. in 6. Coar. ubi sup. Nauarr. in manuali c. 22. §. 18. num. 58. tit. de sa. cram. eccl. es.

m l. semper. ff. de ritu nupt.

n le. si qua. §. i. ff. eod. tit. de rit. nupt. §. si vxor. versic. nam constant. inst. de nupt. Coar. c. 6. §. 2. epit. nu. 3. Palud. in 4. dist. 27. q. 2. art. 5. & dist. 21. q. 2. art. 3. Floren. in 3. par. tit. i. cap. 10. Nauarr. in manu. cap. 22. §. 18. num. 58. Siluest. versic. matrim. 8. q. 14. num. 5. vers. & intellige secundum. p. ca. i. §. de sponsal. in 6. Nauarr. ubi sup. num. 58.

siliere nitebatur: Item dura est glossa interpretatio ad verba illa (cum sponsalia contrahuntur) exponentis, id est, quemadmodum existebat, quando sponsalia contrahebantur, quam tamen interpretationem dedit, ne quis credat, voluisse Pontificem Maximum à contrario inferre, quod post sponsalia contracta, quo tempore alius contradixit factus maior, hunc quoque puberem factum esse, vel ne quis inferret, expressum fuisse, hunc infra pubertatem sponsalium tempore fuisse, vt supponeretur alterum iam tunc puberem.

Quare mutata nunc in melius (vt puto) sententia, Innocentio, Abbati, Præposito, & Did. assentior repudiata glossatoris, quam olim sequutus fui, sententia, & Dico, posse eum, qui prior pubes factus est, sponsalibus in pubertate contractis, cum nulla constitutione, vel canone hoc fieri prohibitum inueniatur, non expectata alterius pubertate arbitrio suo renuntiare, & ex hoc consequens est, quod si matrimonium à pubere cum alia contractum valere debeat, sponsaliaque ipsa penitus soluere, præsertim, si contractum sit, dum alter adhuc impubes foret, qd̄

ferē omnes fatentur, nō imō & si vterque sponsalibus iam effectus fuisset, alterq; sponsalibus iam consensum præstitisset, nihilominus licebit alteri quamuis scienti consensum eius, matrimonium aliud inire, atque hoc pacto sponsalia dirimere, quæ pubes contraxerat, siue ea sponsalia vera, seu iuris intellectu interpretata sint sponsalia, sed verbis matrimonij celebratum esset, vt cōsent Baldus, c̄ Carolus Ruinus, Didacus, quos & ego libenter sequor, quamquam Siluester, & Gozadinus n̄ aliud scripserint, docuerintque, sponsalia, quæ verbis de præsentī, iuris verō intellectu de futuro facta sint, inter puberem, & impuberem, in matrimonij transire, si impubes post pubertatem illi matrimonio consentiat, licet qui pubes erat, consensum reuocare velit, veram enim esse rationem opinor, quam aduersus Siluestrum & Gozadinum memorat Didacus, lege Pontificia fundatam, nempe, nouo consensu opus esse post pubertatem eius, qui impubes

impubes sponsalia contraxerat, quo matrimonium dicatur firmum, & perfectum, A & quia nō solent sponsalia matrimonium transire ex alterius consensu tantum, sed vtriusque consensus desideratur. B Item quia huiusmodi sponsalia iisdem modis solent dissolui, quibus sponsalia vera id est, quæ de futuro contrahuntur, vt aiūt Hostiensis, Antonius, Henrichus, alijque plures ad dictam constitutionē scribentes.

1. Capitales t̄ quoque inimicitias inter sponsam, & sponsum postea exortas aiunt, posse iustam sponsalibus soluedis causam præbere, quemadmodum & diximus supra, non debere ad implementum sponsalium cogi eum, qui odio sponsam persequitur, & contra, neque si notoria sit in sponso metuentidaque seuities. D

2. Item t̄ superueniens inter eos affinitas sponsalia dirimet; vt, si sponsus per copulam sponse consanguineam cognorit, vel contra, & publica autem t̄ honestatis instituta postea superuenientē non propterea putes sponsalia prius contracta soluere, si quidem ex prioribus sponsalibus orta iam erat publica honestatis iustitia, quæ debet posteriori honestatis publicæ institutioni impedire. F

3. Item, t̄ votum simplex castitatis, vt religionis etiam sine professione ditimit sponsalia, quamuis matrimonium minime soluat, vt aiunt Angelus, & Siluester, sed contrarium tamen asserunt, Innocentius, Abbas, Hostiensis, Nauarrus, nempe voto simplici religionis non dissolui sponsalia, mihi tamen placet Innocentij distinctio, nempe, vt præstitatur huic tempus, quo vel ingrediatur, & profiteatur religionem, vel matrimonium contrahat, quo tempore, nisi religionem ingressus fuerit, teneatur matrimonium perficere, n̄ simplex autem castitatis votum sponsalibus superueniens obesse eis nusquam (vt puto) probatum reperitur, quamuis si præcedat, obesse receptum sit.

4. Omnes t̄ denique hi modi, qui possunt matrimonium soluere & impedire, de quibus non ita hinc longē disse-

remus possunt etiam ac longē magis sponsalia irrita facere. A iunt t̄ præterea doctores, quia impossibile est, omnes casus sigillatim nuncupare, quibus solui sponsalia possint, generaliter statuerunt esse, omnibus illis casibus licere sponsalibus renuntiare, qui, si à principio considerati fuissent, quod superuenire possent, verisimile sit, quod ab huiusmodi sponsalibus nec sine iusta ratione se continuissent.

DE SACRAMENTO MATRIMONIJ.

Tit. XI.

E. P. I. T. O. M. E.

MATRIMONIUM esse sacramentū ostendit, aliudque esse ratum, & legitimum, aliud legitimum tantum, aliud neque ratum, neque legitimum, qui sint matrimonij, ex eo, quod est sacramentum, effectus, traditur matrimonij distinctio, in quod, forma, & substantia, plures casus excutuntur, quibus ambigi poterat, num contractum esset matrimonium, & vultee verborum forma, quid de matrimonio contracto sub conditione, distinguendo inter conditiones ipsas, quæ verba contrahendo matrimonio adhiberi debeant, An parochi, & testium præsentia sit necessaria, De clandestino matrimonio late agitur, quot s̄. modo dis clam fieri dicatur, quid iuris de clandestino matrimonio ante Concilium Trident. vel postea seruetur, quæ sit matrimonij materia, quid de concubitu, quid de matrimonio presumpto. Post hæc tria matrimonij bona dilucide explanat.

Hinc matrimonij plures docentur effectus, vt; debitum carnis, cohabitatio, filiorum legitimatio, sequendi maritum obligatio, quæ vxori incumbit, vxorem vendicandi, à quocumq; detineatur, potestas, domicilij eiusdem sortitio, leuis in vxorem coactio, quæ singula non vili apparatu exornantur, hinc traduntur nonnulli fauores matrimonio, & matrimonialibus causis à

a d. c. m. s. i. de despons. in pub. in 6.

b gl. ca. super. eo de cond. appof. gl. d. ca. de illis.

c c. 2. & c. re. quisiuit. extr. eo. doct. Host. in sum. versic. et qualiter dissoluitur. ad si. Ang. ver. sponsalia in casu nono. nu. 31.

d Siluest. cod. ver. num. 5. c. veniens q̄ cler. vel non.

e c. si quis spōsam 27. q. 2. de eo, qui cognoscant. vxor. ca. ex literis.

f c. si quis. d. l. 57. Angel. nu. 35. Siluest. nu. 10. eo. ver.

g ca. veniens, qui cleric. vel non. ubi Innoc. Ab. Host. Siluest. versic. sponsalia. nu. 16. Angel. nu. 40. Nauar. in manu. c. 22. n. 25.

h Imoc. c. xur. sus. in fin. qui cler. vel non.

sis à iure concessi, ac demum coram quo debeant causæ matrimoniales tractari, & quid si ex litigatoribus alter absit.

SVMMA RERV M.

- 1 Matrimonium est sacramentum ecclesie
- 2 Est necessarium corpori ecclesie non singulis.
- 3 Beatior est vita celibatus, quam matrimonij.
- 4 Matrimonium Abrahæ non minoris merito fuit, quam virginitas Ioannis Baptistæ.
- 5 Matrimonium cur sic dictum.
- 6 Nuptia vnde sic dicta sint.
- 7 Mulieres velato capite in ecclesia esse debent.
- 8 Matrimonium & niconum legitimum esse poterat, non tamen ratum.
- 9 Matrimonium ante legem Christi non erat ratum nec sacramentum.
- 10 Sacramenta omnia manant à lege Christi.
- 11 Matrimonium ratum est, quandoque non legitimum.
- 12 Matrimonium q. dissolui non possit, ex eo procedit, quia est sacramentum precipue.
- 13 Matrimonium est prestantius, vt sacramentum, quam vt officium nature.
- 14 Matrimonij effectus, quatenus est sacramentum.
- 15 Matrimonij vbi institutum.
- 16 Negantes, matrimonium esse vnum ex septem sacramentis anathematizantur.
- 17 Matrimonium aliud est, quam contractus matrimonij.
- 18 Aliud est matrimonium, quam sacramentum matrimonij.
- 19 Matrimonij vox apud Christianos absolute prolata significat contractum, & sacramentum simul.
- 20 Matrimonij diffinitio.
- 21 Matrimonium debet habere substantiã, & formam et in quo consistat vtrûq.
- 22 Matrimonij contrahendi modus antiquus, nunc à Concilio Tridentino renouatus describitur.
- 23 Matrimonium quod dicatur contractum in faciem ecclesie.
- 24 Publicatio matrimonij quandoq. omitti potest.

- 25 Parochi pena ex concilio Trident. contra contractum matrimonij auctorizantis sine publicatione.
- 26 Benedictio matrimonij à quo facienda sit.
- 27 Sacerdotis benedictio in matrimonio alienos parochianos pena.
- 28 Matrimonium contracturi debent confiteri peccata.
- 29 Publicationes an fieri debeant in vtraque parochia contrahentium.
- 30 Interrogatio, an consentiant matrimonio, potest vtrius contrahentium prius fieri.
- 31 Femina cur prius interroganda, quam vir ex honestate.
- 32 Interrogatio an quandoque omitti possit in matrimo.
- 33 Consensus in matrimonio an requiratur simulateneus.
- 34 Consensus an dari debeat per interpretem.
- 35 Contrahi potest matrimonium per procuratorem etiam post Concilium Tridentinum.
- 36 Procurator quibus verbis debeat vti cõ nomine alieno matrimonium contrahit.
- 37 Quibus verbis principales matrimonij contrahant.
- 38 Verba in contrahendis matrimonijs sũt interpretanda iuxta communem intellectum.
- 39 Etiam vbi per interpretem contractum fuit matrimonium.
- 40 Idem & si principales ipsi contrahunt.
- 41 Verba illa, donec terra mihi ocnlas cooperiat, quomodo intelligenda.
- 42 Verba illa volo te habere in uxorem, vel maritum, an faciant matrimonium.
- 43 Verba illa, habeo te in uxorem, an faciant matrimonium & de multis similibus.
- 44 Verba, non habeo aliam uxorem, nisi te an faciant matrimonium.
- 45 Verba, nolo, vt me cognoscas nisi honeste, an matrimonium innuant.
- 46 Ringens sibi aliud nomen, & sub eo nomine in tertia persona desponsans aliam, quam per verba de presenti an contrahat matrimonium etiam in foro poli.
- 47 Conditiones quandoque irritant, quandoque suspendunt matrimonium.
- 48 Conditiones quæ neque irritant, neque suspendunt matrimonium.
- 49 Conditiones, quæ tacite insunt, vel requiruntur ad actum non irritant, neque suspendunt.

- 50 Conditiones natura impossibiles non vitiant, neque suspendunt.
- 51 Conditiones turpes quandoque vitiant matrimonium quandoque reijciuntur.
- 52 Conditiones turpes ledentes substantiam matrimonij vitiant.
- 53 Conditiones honestæ & possibiles suspendunt non vitiant matrimonium.
- 54 Conditio, si pater consenserit, an matrimonium vitiet.
- 55 Conditio purificata an matrimonium denuò sit contrahendum, vt valeat.
- 56 Matrimonium contractum sub conditione, si Pontifex Maximus dispensarit, an dispensatione habita sit denuò contrahendum.
- 57 Verba proferenda in matrimonij contractu qualia esse debeant, & an sint ex necessitate.
- 58 Minister an sit necessarius in contractu matrimonij.
- 59 Præsentia testium an sit necessaria in matrimonio.
- 60 Testes quales debeant esse.
- 61 Serui, infames, & feminae an possint esse testes, & excommunicati, & familiares.
- 62 Non tamen sunt omni exceptione maiores ad probationem matrimonij.
- 63 Testes omni exceptione maiores matrimonio adhiberi vtilius est.
- 64 Publicatio matrimonij est de forma.
- 65 Publicatio an sit repetenda reperto impedimento in matrimonio antea contracto cum publicatione.
- 66 Matrimonium pluribus modis dici potest clandestinum.
- 67 Clandestinitas quæ magis vitiet.
- 68 Clandestinitas omnis punitur per capitulum inhibitiõ.
- 69 Matrimonium de quo facta sunt publica instrumenta, an dicatur clandestinum propter omisam publicationem.
- 70 Publicatio solius omisio nõ facit matrimonium penitus clandestinum.
- 71 Matrimonium à filio familia clam patre contractum an dicatur clandestinum.
- 72 Matrimonia clandestina damnantur et à legibus secularibus.
- 73 Leges seculares quæ damnant clandestina matrimonia cessant, si in illis sic contractis non inueniantur imparitas, nec impedimentum.
- 74 Clandestini matrimonij imbecillitas.
- 75 Clandestinitas an obstat solum quando ob-

- Stat consanguinitatis impedimentum.
- 76 Matrimonium clandestinum exigit validiores probationes.
- 77 Clandestino matrimonio interessentes sacerdotes puniuntur.
- 78 Suspendio interdicens officio censetur et adimere beneficium interca.
- 79 Matrimonium clandestinum ante concilium Tridentinum non erat irritum.
- 80 Nati ex matrim. clandestino contracto ante concilium Tridentinum sunt legitimi.
- 81 Matrimonium clandestinum probatum fama, & uno teste præfertur publico matrimonio posteriori.
- 82 Quid, si matrimonium publicum posterius sit melius probatum, quam vno teste & fama.
- 83 Casus in quibus clandestinum matrimonium posterius priori clandestino probato cum fama & vno teste.
- 84 Vincentij opinio fauentis posteriori matrimonio publicato contra primum clandestinum consuetata.
- 85 Clandestinum matrimonium hodie non valet ex Concilio Tridentino.
- 86 Sola omisio publicationis matrimonij non reddit nullum etiam hodie.
- 87 Matrimonium contractum in articulo mortis non requirit solemnitates.
- 88 Concilium inhabilitans ad contrahendum matrimonium eos qui sine solemnitatibus ecclesie contraxerunt, censetur inhabilitare duntaxat ad illud non ad alia matrimonia.
- 89 Neque ad illud idem, si contrahatur cum debitis solemnitatibus.
- 90 Matrimonium olim contractum clam potest deinde publicari & in faciem ecclesie contrahi.
- 91 Publicationem matrimonij differentes peccant.
- 92 Contrahentium matrimonium sine solemnitatibus ecclesie pena.
- 93 Episcopi imponere possunt excommunicationis penam his, qui sine solemnitatibus contrahunt matrimonium.
- 94 Alijs quoque modis potest eos punire.
- 95 Matrimonij materia est consensus.
- 96 Matrimonij præsumpti quæ substantia sit.
- 97 Contrahentes ipsi sunt materia matrimonij.
- 98 In matrimonio præsumpto præsumitur etiam substantia, & forma.

- 99 Concubitus matrimonio non est necessarius.
- 100 Adam, & Eug matrimonium fuit sine copula, et verum quidem matrimonium.
- 101 Matrimonium consumatur concubitu.
- 102 Matrimonium non consumatum non designat coniunctionem Christi cum ecclesia.
- 103 Matrimonium non consumatum quandoque est sanctius.
- 104 Matrimonium presumptum quod sit, et quot modis.
- 105 Matrimonium presumptum sublatum censetur hodie ex concilio tridentino.
- 106 Matrimonij bona quae sint.
- 107 Matrimonium contrahentes propter diuitias, aut alias causas praeter causam prolis an peccent.
- 108 Contrahentes matrimonium propter solam libidinem peccant.
- 109 Matrimonium Iosephi cum B. Virgine habuit omne bonum.
- 110 Condicio, si prolem vitaueris, & conditio perpetuae castitatis vitiat matrimonium.
- 111 Pactum seruandae castitatis inter coniuges post contractum matrimonium valet.
- 112 Condicio illa, si debitum negare volueris, quotiescumque non licuerit petere, an matrimonium vitiet.
- 113 Condicio, si veneno sterilitatem procuraueris an vitiet matrimonium.
- 114 Remitti potest talis conditio, & matrimonium consistit.
- 115 Fides, quare sit bonum sacramenti.
- 116 Condicio, si vxor se prostituerit, vitiat matrimonium.
- 117 Sacramentum tertium bonum in matrimonio quomodo dicatur.
- 118 Condicio, donec meliorem inuenero, vel quod propter adulterium possit aliam habere vitiat.
- 119 Coniuges tenentur sibi inuicem debitum reddere.
- 120 Coniuges non debent commisceri ante benedictionem.
- 121 Coniunctio carnis facienda non est in locis sacris.
- 122 Coniugi adultero denegari potest debitum carnis.
- 123 Coniugi incestuoso denegari potest debitum.
- 124 cum iuvene incestuoso dispensare potest Episcopus, ut petere possit debitum.
- 125 Coniuges debent simul habitare.
- 126 Et cogi possunt auxilio brachij secularis.
- 127 Vxor quae non soluit dotem, an possit a marito eijci de domo.
- 128 Vxor obsequia, quae praestat marito compensanda cum dote.
- 129 Matrimonium facit, quod filij nati, & nascituri sint legitimi.
- 130 Etiam quod matrimonium contractum non fuisse tempore conceptionis filiorum.
- 131 Etiam quod ea mulier non esset in schemate concubinae.
- 132 Item quamuis clericus beneficiatus esset qui contraxit matrimonium.
- 133 Et quamuis esset monachus.
- 134 Nec refert quod instrumenta dotalia non interuenerint.
- 135 Neque refert quod post susceptos filios aliam uxorem habuerit, antequam cum matre filiorum matrimonium contraheret.
- 136 Efficiuntur filij legitimi etiam contra voluntatem patris vel filiorum.
- 137 Nec refert, quod non essent pares.
- 138 Nec quod amplius generare non possint propter aetatem, vel infirmitatem.
- 139 Quid si coniugum alter alio matrimonio deinceps esset.
- 140 Filius legitimatus per subsequens matrimonium habetur in omnibus pro filio vere legitimo.
- 141 Filius legitimatus per subsequens matrimonium potest promoueri etiam ad episcopatum.
- 142 Succedit in feudo & emphiteusi, & in multis alijs.
- 143 Filij defuncti ante matrimonium secutum non legitimantur.
- 144 Filij nascuntur legitimi ex matrimonio etiam inualido contracto in faciem ecclesiae si alter ignorabat inualidum.
- 145 Bona fides praesumitur, dum non probatur mala fides.
- 146 Etiam quod contumaces fuissent parentes in non comparando.
- 147 Etiam quod filij concepti essent pendente appellatione super causa.
- 148 Vxor tenetur sequi maritum.
- 149 Nisi vagetur temere.
- 150 Pactum an valeat, quod maritus teneatur habitare in domicilio vxoris.
- 151 Maritus vindicare potest uxorem ab alio detentam etiam a patre suo, vel patre vxoris, vel fratribus.

- 152 Vxor sortitur mariti forum etiam in re petenda dote.
- 153 Vxor est subiecta marito, & quatenus.
- 154 Maritus habet leuam coercionem in vxorem.
- 155 In causa dubia indicandum est pro matrimonio.
- 156 Opinio singularis pro Matrimonio est praefenda.
- 157 Confessio erronea reuocari potest in fauorem matrimonij.
- 158 Sententia contra matrimonium nunquam transit in rem indicatam.
- 159 Non tamen semper tramite appellationis.
- 160 Qui modus seruandus in retractanda sententia lapsa tempore ad appellandum in causa matrimonij.
- 161 Testes produci possunt in casu matrimoniali post conclusum in causa.
- 162 Spolij exceptio non opponitur in causa matrimonij de alia re.
- 163 Testes debent esse omni exceptione maiores in causa matrimoniali.
- 164 Testes esse omni exceptione maiores probandum est.
- 165 Parentes quandoque possunt testificari in causa matrimoniali.
- 166 Nisi comprehendatur magna affectio eorum.
- 167 Matrimonialis causa non consumitur vno agente.
- 168 Matrimonium non debet adiudicari ei qui plenus probauit, licet alter imperfecte probarit.
- 169 Minusque si probationes pares fecerint.
- 170 Excommunicatus contrahere potest matrimonium.
- 171 Rescriptum super matrimonio valet, etiam non facta mentione processus.
- 172 Nisi causa a priore iudice auocaretur.
- 173 Iuramentum non defertur in causa matrimoniali.
- 174 Confessionis sacramentum non est violandum propter fauorem matrimonij.
- 175 Regis tenetur edere assorti ad fundandam intentionem in causa matrimoniali.
- 176 Bona fides praesumitur in causa matrimoniali etiam lite contestata.
- 177 Cause matrimoniales sunt summariae.
- 178 Procurator in causa matrimoniali etiam per litem contestationem litis dominus effectus potest tamen concipere verba sententiae in persona domini.
- 179 Iudiciarius ordo non est necessarius in causis matrimonialibus.
- 180 Cause matrimoniales ad quem spectent.
- 181 Cause matrimoniales delegantur solis episcopis.
- 182 Vicarius episcopi cognoscit de causis matrimonialibus.
- 183 Et capitulum sede vacante.
- 184 Cause matrimoniales an queri possint consuetudine, praescriptione, vel priuilegio.
- 185 Cause matrimoniales non debent cognosci nisi a iuris canonici peritis.
- 186 Matrimonialis causa compromitti non potest, nec transigi.
- 187 Cognosci potest etiam absente parte per contumaciam.
- 188 Secus si absit, non per contumaciam.

M. Ant. Cucchi, Inst. malo. Lib. V.
A M P L I S S I M O, E T
 RELIGIOSISS. PRAESVLI
HIPPOLITO ROSCIO
 Episcopo Papiæ.



V M MIHI post diuinam plurium annorum nauigationem Deo propitio iam littus se procul ostendat, teque ex alto, & sublimi loco faces mihi attollentem; & reduci, quas potes, è longinquo gratulationis, & letitię significationes dantem conspicerę videar amplissime, & vigilantissime speculator, nec dubitem, quin tu, quę pietate, & singulari in omnes, tum in deuotos, presertim nominis tui homines charitate, perpetuas preces pro incolumitate mea ad Deum fuderis; nunc verò, cum me redeuntem longè agnoscis, Deo seruatori supplicationes decernas; & vota iam tunc nuncupata, cum oram solucrem, nunc ob preces auditas reddere pares, equum est, vt ego inuicem te primum ab alta puppi, etiam antequam littus contingam, venerabundus salutem, gratulationesque tuas Pontificijs insulis procumbens accipiam, maque tecum læter, saluum & sospitem huc me peruenisse, & Deo gratias agam. At, si non eas mihi merces hęc. comportare contigit, quas & amicorum expectatio fortè, & longè nauigationis ratio exposcebat, quęque magnam sint utilitatem allaturę, rogo te, atque obsecro, ne meę sequitię id tribuendum priores, nullum enim certè locum inaccessum reliqui, nullos sinus omisi, quos non penetrare tentarim, quamuis eas fortè res ideligere, aut delictas inde asportare mihi non licuerit, quę sine præconijs. vendibiles sint; Vtrum, si tu, cui, & spũs Pontificij huius disciplina precipiam operam non nauaueis, illud tamen iudicij lumen natura liberaliter largita est, vt cum summis sepe Iurisconsultis de iure disceptans, ostendas quantum doctrina iudicium antecedar, hęc nostra commendaris, incredibilem profectò assequar lætitiã, quandoquidem hoc mihi ingens semper studium fuit, tibi vt lubricationes nostrę placerent: Hęc verò, quam modo enarraturus sum, matrimoniorum materia, tibi ad dicta inscripta que fuit, quòd magnam huius rei cognitionem, & scientiam tenere mihi videaris, admiratus sum enim quandoque (nec quis me assentationis vitij insimulabit, cui idem contigerit obseruare,) tam congruentes; iurique consonas hac in materia à te sententias redditas ex tempore fuisse, vt consumatissimus iuris Pontificij consultus melius post multam librorum euolutionem responsurus, vel iudicaturus non fuisset, Quare merito hęc tibi dicta, & iudicio tuo, vt cętera omnia, & censurę subiecta esse volo, atque vt ea grato animo accipias, rogo. Vale.

MATRIMONIUM ¶ quoque (vt diximus) inter cętera ecclesię sacramenta refertur, ipsi ¶ quidem vniuerso ecclesię corpori necessariū, quamquam singulę huius corporis personę ita hoc sacramento opus non habeant, quin & sine eo in ecclesia Dei, & in gratia eius vitare, & mori possint, atque ¶ etiam creditur, beatam & perfectam hominis Christiani vitā facilius quem allequi in cęlibatu, quā in matrimonio existentem posse, eo quod, qui matrimonio solutus est, his curis liber, quę coniugatus vt plurimum sequi solent, omnem Deo colendo operam suam præstare potest, quapropter sacros. Synodus Trident. canone decimo Sectionis vigesimę quartę sanxit, vt, si quis dixerit, statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cęlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate, et cęlibatu, quā iungi matrimonio, anathema sit, nisi forte aliquis Deo assultus coniugium subeat, ¶ quemadmodum fecisse Patriarcham illum Abraham scriptum est, quem creditur non minus meritum de coniugio suo consecutum fuisse, quā de virginitate sua Ioānes Baptista meritis sit, eam, nempe, quam diximus, ratione, quòd scilicet, monitis Dei id fecisset.

¶ Hoc autem nomine appellatur matrimonium, quia mulieres hunc contractum inuent vt matres fiant, aut alio nomine dicuntur nuptiæ, quòd caput obnubere, & viuere mos esset iulicibus, ¶ quocirca in iuste conqueruntur mulieres, quibus ab eorum præfatis precipitur, vt in ecclesia velato capite iuxta præceptum Apostoli sint, quandoquidem hic velandi mos semper muliebrem pudorem decere etiā apud Ethnicos & gentiles visus fuit.

¶ Sed, ne credas tamen, quòdlibet quātumvis legitimum coniugium, protinus & ratum, & sacramentum esse, cum possit apud aliquos matrimonium legitimum esse, quòd tamen sacramentis minimè annuerabitur, nec ratū erit, ¶ nam & olim ante legem à Christo allatam nec ratum, nec sacramentū dici poterat (quandoquidem ab ipsa lege Christi sacramenta omnia manarunt) licet legitimum esse posset.

Item apud infideles legitimum erit matrimonium, si iuxta legum præcepta coeant, nec tamen ratum, aut sacramentum erit, cum sacramenta apud eos non sint, ¶ contra ¶ verò aliud matrimonium est ratum, sed, non legitimum, quòd scilicet inter fideles legitimæque personas sine solennitate ecclesię factum est, A ex hoc autem, quod matrimonium sit sacramentum, efficitur maximè, quòd infra dicturi sumus, vt dissolui nō possit, quamuis enim, etiā quatenus matrimonium natura est officium. exigit, ne dissolui possit, id tamen hac ratione præcipue sit, quatenus est sacramentum, sic etiam in cęteris omnibus, quę natura lege matrimonij proprię sunt, summam ex sacramento perfectionem consequitur. Multò autem præstantior est matrimonij, vt sacramenti, natura, altioręque ad finem refertur ¶ nam quemadmodum matrimonium, vt naturalis coniunctio ad propagandum humanum genus ab initio institutum fuit, sic deinde, vt populus ad veri Dei, & saluatoris nostri Christi cultum, & religionem procrearetur, atque educaretur, sacramenti dignitas illi tributa est, si quidem matrimonio aristissima illa necessitudo significatur, quę inter Christum, & ecclesiam intercedit, quòd nulla alia re significantius officii poterat, cum ex omnibus humanis necessitatibus nulla magis inter se homines, quā coniugij vinculum cōstringat, nec maiore charitate, & beniuolentia deuinciat, quę quidem omnia accurate, & eleganter nonissimè à catechismo eloquia explanataque sunt, & prius etiam grauissimis verbis à Concilio sacros. Tridentino declarata, & sanctis. Canonibus firmata fuerunt scilicet vigesima quarta, institutione simul etiā, originemque eius demonstrando his verbis videlicet. ¶ Matrimonij perpetuū indissolubilemq; nexum primus humani generis parēs diuini spiritus instinctu pronunciauit, cum dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quam obrem relinquet homo uxori suę, & erunt duo in carne vna. Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & coniungi Christus Do

Ddd 2 minus

a ca. tuanos :
vbi glo. pen. de
sponsal.

b gl. d. ca. tuanos.

c c. cum inhi-
bitio. de clan-
dest. despons.

minus apertius docuit, cum postrema illa verba tamquam à Deo prolata referens dixit. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro, statimq; eiusdem nexus firmitatem ab Adamo tantò ante pronuntiatam his verbis confirmavit, quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem vnitatem confirmaret, coniungesq; sanctificaret, ipse Christus venerabilium sacramentorum institutor atq; perfectior sua nobis passione promeruit, quod Paulus Apostolus inuit dicens. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, mox subiungens, sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & ecclesia. Cum igitur matrimonium in lege euangelica veteribus connubijs per Christum gratia præstet, merito inter nouæ legis sacramenta annumerandum sancti patres nostri, concilia, & vniuersalis ecclesiæ traditio semper docuerunt.

Et hæc quidem est ipsismet verbis recitata facti concilij Tridentini de matrimonio doctrina, cui & canonem infra scriptum adiecit, videlicet: Si quis 16
& propriè vnus ex septem legis euangelicæ sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in ecclesia inuentum, neq; gratiam conferre, anathema sit; Verùm sciendum est, quod docet post alios Cardinalis Arææli in hoc titulo capite lx. nempe aliud esse matrimonium, aliud contractum matrimonij, & aliud sacramentum matrimonij, matrimonium est enim illa mutua obligatio, seu vinculum, quod post contractum remanet in animabus contrahentium, contractus est actus ille mutuus voluntatum, quo inuicem sibi corporis sui potestatem tradunt, Sacramentum est signum efficax gratiæ actum illum concomitans. Sed & ipsa eadem vox matrimonij, absolute apud Christianos prolata hæc tria complexitur, ita vt, cum matrimonium proferimus, hæc simul omnia comprehendamus, obligationem scilicet illam, & vinculum, & reciprocam voluntatum, & corporum

translationem, item & gratiam diuinam, quæ actus hosce concomitatur. Cum igitur nos de matrimonio veluti sacramento ecclesiæ acturi simus, merito & in diffinitione ipsius hanc in primis rem, nêpe, quod est sacramentum, aperiemus, vt facere soliti sumus. Matrimonium igitur sic diffinimus, vt sit sacramentum, quo vir vnus, vnaq; mulier perpetuo, & indissociabili vinculo coniunguntur.

Et Matrimonium quidem vt valeat, duo in primis exiguntur in eo constat, nempe, substantiam, & formam, substantiamq; esse consensum, formam autem in verbis consistere ad exprimendum consensum aptis, quorum si alterum desit, matrimonium nequam consistet, a nec ideo tamen matrimonium aut diuiduam, aut duplicem esse rem dixeris, imò simplex, & indiuidua res est b.

Disseremus in primis, quomodo & quorsum, & inter quos matrimonium coniungi possit, de hinc quænam matrimonium contrahi impediunt. Item an aliquo modo solui, aut separari matrimonium legitimum, ratumq; possit. In eûdi igitur matrimonij modus prius quidem canonibus elegans admodum sanctusq; traditus erat, qui tamè, cum temporum prauitate, seu præfectorum ecclesiasticorum ignauia exoleuisset, nouissimè Sacri Tridentini concilij decreto restitutus, reuocatusque est, nam præmissis sponsalibus, postea non prius ad ipsum contractum verbis præsentibus peruenitur, quam iuxta concilium Lateranense sub Innocentio Tertio celebratum, c. ter à proprio contrahentium parrocho tribus continuis diebus festiuis in ecclesia inter missarum solennia, publicè denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie ecclesiæ procedant, vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuersi; p. uinculæ ritum. Sed q.

Latere-

Lateranense Concilium exigebat, vt in facie ecclesiæ matrimonium fieret, interpretationem olim hæc accepit, vt in faciem ecclesiæ contractum id matrimonium diceretur, quod præsentibus ecclesiæ parrocho, alijsque Christianæ ecclesiæ hominibus factum esset, neque opus esset, quòd in ipso materiali templo hic actus celebraretur, modò in congregatione fidelium fieret, A rectius tamen sanctiusq; ipso in templo fieri indubitatum est, vt cetera omnia sacramenta, cum possunt, quare merito omnibus in locis mihi cognitis, vt in ecclesia fiat, magna religione seruari solet. Quòd, si aliquando probabilis fuerit suspitio, matrimonium malitiosè impediri posse (subijcitur in eodem Concilio Tridentino) si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel vna tantum denuntiatio fiat, vel saltem parrocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonij celebretur, deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant, vt, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synodus relinquit: Qui aliter, quam præsentem parrocho, aut alio sacerdote de ipsius parrochi seu ordinarij licentia & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse dicit, & annulat. Insuper parrochum, aut alium sacerdotem, qui, cum minore testium numero, & testes, qui sine parrocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes grauitè arbitrio ordinarij puniri præcipit. Præterea eadè sancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, statuitque, benedictionem à proprio parrocho fieri, neque à quoquam, nisi ab ipso parrocho, vel ab ordinario licentiam ad huiusmodi benedictionem faciendâ alij sacerdoti concedi posse, quacumq; con-

fuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstante. Quòd, si quis parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiam si id ex priuilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parrochiæ sponfos, sine illorum parrochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab ordinario eius parrochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluat. Item sacrosancta Synodus hortatur, vt coniuges, antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum eucharistiæ sacramentum piè accedant, retentis tamen ultra prædictas, alijs etiam cuiuscumque prouinciæ laudabilibus consuetudinibus, & ceremonijs hac in re adhiberi solitis:

Dubitari non semel vidi, an matrimonij contrahendi publicatio, vbi coniuges sint sub diuersis parrochis, ab vtroque parrocho faciendâ sit, an ab altero esse factam sufficiat, namque vtri usque vt publicationem exigat, tum verba S. Concilij suadere videntur, dùm plurium numero vtitur, dicens, publicationem faciendam à parrocho contrahentium, tum ratio, quia sua cuiusque impedimenta melius proprijs vicinis, quam alienis nota esse possunt, In vicinia enim viri nota non erunt, quæ in muliere sunt impedimenta, neque e conuerso, præsertim si valore, inter se distent, & diuersis in vrbibus oppidis vel ciuis colant. Sed tamen Martinus Azpilcueta in manuali cap. 25. testatur, amplissimos patres sacri concilij interpretes declarasse, publicationem in ea ecclesia fieri satis fore, i qua sit matrimonium contrahendum.

Ex supradictis percipi licet, quænam sit contrahendi matrimonij forma, & solennitas nempe interrogatio parrochi, & mutui consensus ab vtroq; contrahente declaratio, & prolatio verborum parrochi sacerdotis, quibus eos in matrimonio coniungit in facie ecclesiæ, & præsentibus testibus, præcedentibus publicationibus, verba autem,

a Sil. ver. ma-
trimonium. 2.
q. vlt. col. pen.
Abb. & Præ-
pos. in d. ca. c. u.
inhibitio. s. i.
de clandest. de
sponsal. Coarr.
in par. 2. epit.
lib. 4. decret.
cap. 6. nu. 8.

a Coarru. vbi sup. nu. 6.

b c. si inter. de spons. c. licet. de spon. duor.

c Ab. & alij c. tuæ frater nitaris. de spon. sal. sum. Ang. Rosel. Siluest. ver. matrimonium. 2. Coar. vbi sup. c. 2.

d Hostien. & Io. And. in ca. ex literis. de spons. Siluest. ver. matrimonium. 2. q. Coar. d. c. 4. part. 2. num. 7. Paris. consil. 5. li. 4. num. 1. 5. Fely. consil. 3. 9. col. 2. & 3.

e Ab. c. dilectus. de spons.

f Coar. vbi si:

g ca. si. de procurat. in 6. vbi gl. Ab. c. in causis. de elec. col. 6. l. genera li. ff. de viru. nupt. Coarr. vbi sup.

h Sil. ver. matrimonium. 5. in si. Io. And. d. c. si. in 6. Coarr. vbi supr. num. 8.

ipla præsertim matrimonij, quemadmodum & stipulationis formam nonnulli esse tradunt, quod tamen omni ex parte verum non esse, ex his patebit, quæ mox dicturi sumus.

30 Nihil in præferre putes, vter contrahentium, femina, an vir prior interrogatus fuerit, nam, & si omnibus ferè in locis mos inoleuerit, mulierè priorè in interrogat, ad formam tñ & rei substantiam nihil atinet, vnde incipias, quæ quis honestum videatur, & femina prius in interrogari, a eò quia magis in muliere, quam in viro voluntatis mutatio metui potest, quare congruum est, virum non prius verbis consentire, quæ mulier suæ voluntatis constantiam declarauerit, nam, quod alicubi in epistolis decretalibus viri prius, quæ mulieris verba ponuntur, nihil ad formam atinet, sed vir vti dignior nuncupatus est prior.

32 Omnino tñ interrogare eos debet, quò iuxta sacrè Trid. Concil. de consensu eorū cognoscat, qui si consensus aliunde manifestus parochi sit, grauius nò delinquit parochus interrogationibus huiusmodi posthabitis, non tñ oī culpa vacare creditur, cum sacrè cōcilij præceptum diligenter nò seruat, vt tradit Alfonso à vera cruce in speculo coniugiorum in appendicis dubio secundo propositione quarta. Item traditū est, nec necessarium esse, vt verbis consensus exprimat, modò certis aliquibus modis adeò innotescat, vt nullus dubitandi locus relinquatur, cū varijs modis citra etiā verba articulata expressum dici aliquid possit, cū quis, si quis sancti potens, verba exprimere nolit, dubitū quæq; iniiciat non leue, an verè consentiat, nisi fortè femina virginali pudore erubescens nutu potius, quam voce consensum præstare verecūdia inducatur: In eo autem, qui vel mutus est, vel lingue illius imperitus, nemo dubitat, et sine verbis eius consensum exprimi posse, matrimonijque sic contractū tenere. ¶ Videtur et sacrè Trid. Conc. verbis prædictis diffinita quæstio antiqua, an sufficiat consensus diuerso tpe, licet non simul & semel præstitos esse, puta, si hodie na die vir consensum suū declaret, post octo aut dies mulier suam pariter assensum præstet, in qua conclusum olim d. videt, satis esse, & si diuersis temporib;

declarati sint vtriusque consensus, vbi constantes fuerit; Sed, cū in facie ecclesiæ à parochi ex sacro Trid. Conc. hodie vtriusque interrogati sciendi sit, eorūq; cognoscendi cōsensus, resultat, quod eodem, non alio tpe consensus explorandus est, vt nonnullis etiam ante Conc. Trid. ex iuris subtilitate respondendū videbatur, eò q; in his, quæ consensu perficiuntur, non debeant ex intervallo consensus abhiberi, & saltem longo intervallo, vt ait Coarruicus supra citatus, præsertim vero inanis foret postea adhibitus consensus, vbi alterius partis consensus ante hunc præstitum reuocatus fuisset, tamen si hoc ignoraret. ¶ Per interpretem tñ consensus declaratio, vbi Idioma incognitum est, prohibita non censetur, vt ait idè Alfonso in appendicis prædicti tertio dubio secunda propositione. ¶ Item, cū satis notum sit, etiam per procuratorè speciale in id mandatum habentem contrahi matrimonium præsentib. verbis posse, specialiter v. 3. in mandato designata persona, eò videtur sacrè Trid. Conc. constitutio hanc contrahendi p. procuratore matrimonij potestatem adimere voluisse; vbi enim specialis à me datur procurator, seu nuntius nomine meo interrogatus respondens cōsentit, perinde est in omnibus, ac si ego idem ipse interrogatus responderem illius organo vsus. ¶ Quibus autem verbis vti hic nuntius, seu procurator specialis debeat, præceptum certo canone non reperitur, potest enim in persona absentis verba cōcipere, item in sua ipsius loquentis, sed absentis nomine, priore quidem modo sic, puta: Petrus te vxorem accipit, me internuntio, altero autem modo sic, v. 3. Ego contra te cum matrem nomine Petri, sed prior tamen contrahendi modus magis laudatur. ¶

37 Verum, quibusnam verbis ipsi contrahentes vti possent, vt præsentibus verbis contraxisse matrimonium dicant, non leuis momenti est quæstio, tñ varia est p. moribus hominum, & qualitate locorum & temporum forma, neque expedit tam angustis cæcellis rem angustare, vt laqueus iniectus videat, cum tamen appetenda potius, quam angustanda sit matrimonij via, quo tamen

38 dantibus. ¶ Sunt autem interpretanda secundum communem tritumque; eius loci vsum, quæ in matrimonio profertur, enuntianturq; verba, & proloquentium qualitate & conditione, vt omnibus in actionibus promiscuis fieri, solet, vt ait Didac. cap. 4. paragrapho primo secunda partis epitomes in quartum librum Decretalium, & ex quo etiam ait, consequens esse, vt contracto per interpretem matrimonio, (quod licere diximus) si in quæstionem reuocetur intellectus verborum, eo quod alter contrahentium fortè contendant, se alio sensu interpretis (etiā sui consensu adhibito) verba accepisse, ex communi interpretatione decidenda quæstio erit, nisi fortasse (vt Ego opinor) aliquibus actibus aliter intellexisse eos, aut eorum aliquem præsumatur, n Idemq; ¶ existimatur dicendum, & cum ipsi met cōtrahentes eiusdem idiomatis inter se contrahunt, sed eorum tamen verba varios intellectus pati, & admittere possunt, ille enim sensus vsui congruat, qui magis cōmuni vsui congruat, vt (exempli gratia) si quis dixerit, promitto te vxorem habere, donec terra cooperiat mihi oculos, non sic intelligenda erunt hæc verba, donec ipse sibi viuens regi oculos terra seu limo faciat, sed potius (vt communis interpretatio habet) donec viuat, alijsq; similibus exemplis. ¶ Verbis autem illis (volo te habere i vxorem, vel in virū) quia et actus à sola contrahentium voluntate pendet, & verba initium actus quidem, sed tamen & ipsius executionem innuunt, non autem suspendunt aliquo modo, propterea censetur matrimonium contractum, c quod secus se haberet, si non executionem verba innuunt, sed magis actum suspendent, puta; si quis dixerit, volo tecum matrimonium contrahere, nisi fortè alij interroganti sic respondisset, vel sic communis loquendi vsus se haberet, vt his verbis veluti puris & presentibus censetur matrimonium contractum

a cap. ex literis. de sponsal. vbi Abb. Did. vbi su. nu. 3.
 b Abb. & doct. in d. c. ex literis.
 c Hostien. & Abb. in capit. ex literis. de sponsal. Siluest. versic. matrimonium secunda quæst. 9. Didac. vbi sup. 5. capit. 4. §. num. 4. & 5. par. 2. epitom. Abb. & alij in cap. ex parte. eod. titul. de sponsal.

vel de contrahendo matrimonio contractus præcessisset, his enim tribus casibus posset matrimonium præsens dici contractum, etiam si verbis prædictis vsus fuisset, itaq; Cardinalis sententia probari poterit, qui matrimonium dici contractum his verbis scripsit, n secus verò sponsalia, non matrimonium dicenda essent. Quòd, si quis dixerit, volo te in vxorem, consensus præsens satis expressus, matrimonium c quæ contractum videtur. ¶

43 Quinetiam ¶ multi scripserunt, tunc quoque matrimonium initum censeri, cum quis dicit, habeo te in vxorem, aut iuro, seu promitto tibi, quod habeo te in vxorem, quam sententiā dixerunt glossa, Abbas, Præpositus, Decius, & ex Theologis, Paludanus, & quandoq; Adrianus, & frequentius recepta videtur, r sed eam tamen nò sequitur Didacus supra citatus, magistrumque ipsum sententiarum, c meliòri iudicio contrarium docuisse ait, quem & Abbas citat, & Adrianus ibi laudat: Dicendum est igitur, matrimonium quidem præsens verbis huiusmodi induci, v. 3. promitto, quod te in vxorem tenebo, vt Alexander Tertius sua epistola rescripsit, n eo quia hac promissione antecedentè matrimonij contractum supponit videtur, nisi forte præcessisset simul promissio ducendi eam vxorem, quia tunc subsequens promissio tenendi eam vt vxorem, videtur sub ea cōditione adiecta, cum scilicet eam vxorem acceperit, quod tunc eam pro vxore habiturus sit. ¶ Verum illis verbis, habeo te in vxorem, alius longe sensus est, nam & in futurum prospiciunt, & nihil olim, aut in presentia actum supponit, neq; de his aut similibus verbis Alexandri citata Epistola respondit, sed ne quidem Decius citatus de hac forma, sed de superiore dictum voluit.

Magna cto capitulo inrauit col. i. Didac. vbi sup.

d Cardin. in dicto capitulo ex literis. Didac. vbi supra.

e Bald. in leg. prima columna secunda c. de sum. Crinat. doctor. in leg. serui electione. §. primo. de leg. prima Didac. vbi sup.

f gl. & Abb. in dicto capitulo ex parte. de sponsal. gl. i. cap. si quis diuini xxx. quæstio. quinta. Abb. & in capitulo. inrauit. de probat.

g magist. sen. in quarto distinctione decima octaua. capitulo primo.

h dicto capitulo ex parte, de sponsal.

i Hostien. Abb. Præposit. in dicto capitulo ex parte. Roman. singul. 338. Alexand. consil. 152. lib. quinto Dec. in di-

a in d. cap. ex parte.

b consil. 152. lib. 5.

c Siluest. ver sic. matrimonium. 2. q. 2.

d conf. 6. col. 4. lib. 1.

e in l. actione 2. C. de trans.

f l. si cum. §. q. iniuriarū. ff. si quis cautin. doc. d. l. actio ne. post Bart. C. de trans.

g in d. cap. ex parte.

h Cepol. consil. ciuili. i. col. 3.

i Alciat. l. a. actione.

k le. Titia. §. fin. ff. de man. testam.

l reg. peccatū in 6.

m Bal. c. cum accessissent. de const. Alciat. d. l. actione nūmero 30.

n leg. si sterilis. §. penult. ff. de act. em. pr.

o Barb. consil. 6. in princ. Alciat. d. l. act. nū. 40. p Picus d. l. actione colum. §. Neuzan. in silua nup. l. 2. ver. qualitas coniugum. in fin.

44 Magna autem est controuersia, an p̄s̄s̄ ininitum matrimonium dicatur hac expressa verborum forma, Non habeo aliam in vxorem nisi te, in qua re frequentissimi, ijdemque optimi iuris nostris antistites scripserunt, matrimonium esse, nempe Card. Io. Andr.

a Abbas, Præpositus, A Alexander, B Siluest. c Barbata, D Curtius Iunior, c Iason, B hac potissimum innixi ratioe, d quia dictio hac (nisi) ponere, affirmat; req; censet, quoties eā dictio negatiua præcedit, quemadmodum e contra, si post affirmatiuam sequatur, negare

f videtur, F Contrariam tamen sententiam magis probarunt Gaspar Calderinus, Ant. Burrius, Zocchus, e Bartholomæus Veronensis, n Alciatus, i Didacus iam citatus, qui sponsalia non matrimonium his verbis contrahi dixerunt, quod huiusmodi oratione potius negatum, quam concessum matrimonium censetur, vt, cum Testator dixit, Onexiphore, nisi diligenter rationes excusseris, liber ne esto.

h Scevola respondit, ex his verbis libertatem potius adimi, quam dari; k & quamuis legatur, peccatum non dimitti, nisi ablatum restituatur, i non propterea consequitur, vt pronus restitutus ablati peccatū dimissum sit, nisi & confessio, pœnitentiæq; intercesserit, dictio enim exceptiua præcedens potentiam, non actum ponit.

l Ego verò, si verba presentis temporis prolata essent, puta, nō accipio aliam, non teneo aliam, non habeo, non volo aliam vxorem nisi te, in priorem, quā magis receptam dixi, sententiam transtem; vt matrimonium præsens factum dicatur, cum enim actus in potestate ipsius loquentis sit, purisq; & præsentibus vocib. potestatis sue executionem aperiat, ne frustra, & inaniter locurus videatur, huiusmodi oratio necessariam hanc interpretationē recipit, quod cum ea contrahat, queq; supra obtare videbantur, nihil officient, quia alterum exemplum Serui Onesiphori non præsens, sed futurum tempus habet, alterum verò exemplū

ex canonibus desumptum in potestate loquentis non est, at, cum nec potestas deest dissondi, neq; in futurum actus protrahitur, absurda esset interpretatio, si de potentia suspensione eum intellexisse diceremus, quam ipse mox exercere poterat. M Quæ secus procedent, si in futurum verba concepta fuissent, hucq; spectat illud quoq; Thema, cum promisi alij non vendere, quam tibi, n tractum enim quemdam hæc verba in futurum continent, quare, si dixerō, quod nulli alij vendo equum, vel fundum, vel nulli alij dono, vel commodō, quā tibi, viq; vendere, donare, vel commodare tibi in presentia videor; Quinetiam idem Didacus ait, huiusmodi verbis, non habeo, non teneo, nō accipiam aliam vxorem, quā te, nec sponsalia quidem induci, necdum non contrahi matrimonium, quod tota hæc oratio negatiua sit, ex qua hic verus sensus eliciatur, quod, si quando aliquod coniugium subire statuerō, cum nulla alia coniungar, sed eam ipsam mihi vxorem adsciscam, cui verba illa dixerō, non tamen absolute statum coniugale his verbis legisse videor, imò licebit mihi ab omni coniugio abstinere, & in coelatu arbitrio meo thalami expertem vitam agere; Si igitur illa mulier forte contemptum habuerit, me alterius mulieris nuptias parare, ad suas ipsius nuptias compellere non poterit, non aliter.

Si tamen oratio aliqua affirmatiua præmissa fuisset, puta, contrahō matrimonium, & non cum alia, nisi tecum, erit matrimonium, aut, promitto contrahere matrimonium, & non cum alia, nisi tecum, erunt sponsalia, vt ex Paludano ait loco præcitato Didacus.

Amplius ex facto consultus respondit Andreas Siculus ab Alciato probatus, quod, cum puella iuueni se appellanti respondisset, nolo, vt me cognoscas, nisi honeste, sicq; se facturum iuuenis recepit, eamq; vitiaisset, matrimonium contractum dicebatur, quod sine matrimonio honeste cognosci non potest, o quod responsum non tamen probat Picus, nec forte Ioannes Neuzanus, p sed hæc quæstio hodie cessat post Concilium Tridentinum.

Quod,

46 Quod si quis, vt libidinem suam cū aliqua puella optata exleret, simulans, se cum ea matrimonium contrahere, animo tamen à nuptijs alieno fingens sibi aliud nomen huiusmodi verbis vsus fuerit, vt, Ioannes te desponsat, cum aliud ei nomen esset, hac que fraude corporis ipsius copiam extorserit, nulli quidem matrimonio in conscientia foro adstrictus erit, quis crimen capitale admiserit, verum tamen, (cum animus ipsius probari aliter nequeat) ad seruandum matrimonium, si causa ad iudicium deducatur, compellendus erit. A

47 Conditiones autem matrimonio adiectæ interdum in causa sunt, ne matrimonium subsistat, sed frequentius suspendunt, nullum autem aliud impedimentum apportant, nam, si seu generaliter, cuiusque actui necessaria conditio adijciatur, vt, si Deo placuerit, (quando scilicet respectus ad beneficium Dei habitus fuit,) vel conditio illa, si vixerimus, seu etiam ad ipsum matrimonij contractum omnino desiderata, si vt, si contrahens sit Christianus, vel nullo alio matrimonio coniunctus, vel, si non sit affinis, vel consanguineus, seu, ex nature cursu conditionem illam existere sit necesse, vt, quæ ad temporum solisue, aut lune motus & cursus pertinent, matrimonio nihil obstant, nec vilo modo illud suspendunt, quandoquidem actui ipsi vel natura, vel iure inesse eas omnino certum est, quamuis non forent expressæ, quapropter nihil officere earum expressio potest, si quod & in calu contrario dicendum est, cū scilicet impossibile est, conditionem appositam euenire, puta, si digito cælum tetigeris, huiusmodi enim conditio non magis vitiat, quā, si adiecta omnino non fuisset, itaque matrimonij contractus vt purè gestus valet. Item, quæ contingere possunt, vel non contingere, conditiones interdū pro non appositis habentur, quare nec contractum vitiant, si cuiusmodi sunt turpes conditiones, quæ tamen contra substantiam matrimonij non sunt, puta, si furtum, rapinam, falsum admiseris, si homicidium patraueris, vnde & conditio illa, si te vir-

 185 *Statuta laicorum aliquid disponere possunt circa dotes.*
 186 *Leges civiles non valent, quae aliquam penam statuunt transenti ad secundas nuptias.*
 187 *Capitulum 1. de secun. nup. declaratum.*
 188 *L. omnes. C. ac Terullianum an hodie procedat.*
 189 *L. femina. C. de secun. nup. an hodie habeat locum de iure canon.*
 190 *Multae leges excutuntur, an hodie procedant de iure canonico.*
 191 *Poenae apponi non potest in contractu matrimonij.*
 192 *Metus poenae promissa quid differat a metu ex vi procedente.*
 193 *Poenalis promissa facta etiam a consanguineis, amicis, vel tutoribus in contractu matrimonij non valet.*
 194 *Iuramentum non confirmat poenalem promissionem in matrimonio.*
 195 *Poenae promissa in matrimonio per extraneum omnino valet.*
 196 *Promissor poenae in matrimonio an excusetur, si fecit quicquid potuit.*
 197 *Promissio facti alioni an valet.*
 198 *Arra non sunt prohibita in matrimonio & qua ratione.*
 199 *Arra quid sit.*
 200 *Non refert in qua quantitate tradatur arraedum non sint maiores dote.*
 201 *Arra an possint esse maiores dote vel donatione propter nuptias.*
 202 *Arrae maiores dote, vel donatione propter nuptias non carent poena.*
 203 *Arra possunt tradi in specie, & in quantitate.*
 204 *Arra possunt dari ex utraque parte.*
 205 *Confessa arrarum sola ex utraque parte, vel ex altera tantum non valet.*
 206 *Quid differat, ex utraque parte, an ex altera sit facta arrarum confessio.*
 207 *Arrarum traditio facta per constitutum valet.*
 208 *Conditio adiecta legato facta mulieri, si arbitrato alicuius nupserit, an valeat.*
 209 *Conditio, si Titio nupserit, adiecta legato an teneat.*
 210 *Conditio ista, si nupserit cum consilio Titij valet.*
 211 *Legatum factum mulieri, si Titio nupserit, an amittat nubendo alteri cum licentia patris.*
 212 *Dolus an vitiet contractum matrimonij.*
 213 *Ordo sacer matrimonium impedit, ac dirimit.*
 214 *Clerici in sacris contrahentes matrimonium excommunicantur, & alias poenas incurrunt.*
 215 *Clerici in sacris contrahentes matrimonium spoliantur ipso iure officijs & benef.*
 216 *Presbyter matrimonium contrahens quam poenam incurrat.*
 217 *Presbyter contrahens matrimonium de facto punitur poena stupri.*
 218 *Clericus in sacris contrahens matrimonium de facto est suspectus de haeresi.*
 219 *Ordo sacer habet implicitum votum castritatis.*
 220 *Ordinem sacrum assumens tenetur continere etiam quod non haberet propositum continendi.*
 221 *Nisi esset incapax rationis.*
 222 *Coniugatus qui promovetur ad sacros non potest petere debitum ab uxore.*
 223 *Coniugatus potest promoveri ad sacros cum consensu uxoris quae continentiam servatur a se.*
 224 *Coniugatus non potest effici episcopus nisi uxor in rediatur religionem.*
 225 *Clerici orientalis ecclesiae non possunt uxorem accipere, quamvis coniugati possint ad sacros promoveri.*
 226 *Clericus occidentalis ecclesiae etiam minorum ordinum ducens uxorem etiam de facto priuatur beneficijs ipso iure.*
 227 *Impedimentum ligaminis qualesit.*
 228 *Matrimonium prius etiam non consummatum praevalet posteriori quamvis consummatum.*
 229 *Etiamsi, quod prior coniux alteri se coniunxisset, filiosque ex eo suscepisset.*
 230 *Etiamsi quod crederet, priorem coniugem decessisse, quod tamen declaratur.*
 231 *Intellectus. c. in presentia desponsalibus.*
 232 *Mulier, quae contraxit secundum matrimonium, intelligens priorem maritum vivere quid agere debeat.*
 233 *Coniux, quae nesciebat priorem virum mortuum, qui tamen mortuus erat, an licite contrahat aliud matrimonium.*
 234 *Pagabundi cur non facile admittantur ad matrimonium.*
 235 *Contrahens matrimonium manente priore non est suspectus de haeresi.*
 236 *Duas uxores habens eodem tempore afficitur ignominia.*
 237 *Duas uxores, vel duos maritos habens an excommunicationem incurrat.*

- 238 *Pana habentium duas uxores, vel duos maritos de iure civili.*
- 239 *Affinitas vsque ad quem gradum impediat vel dirimat nuptias.*
- 240 *Affinitas contrahitur etiam per coitum violentum.*
- 241 *Etiā cum dormiente factum, & non intelligente, & amente.*
- 242 *Affinitas non contrahitur ex pollutione extraordinaria.*
- 243 *Affinitas, vel consumatio matrimonij, an sequatur emissionem seminis ex vna parte.*
- 244 *Affinitas impedit solū in tertio genere.*
- 245 *Vxor fratris defuncti uxoris meae defuncti potest mihi nubere.*
- 246 *Uxores duorum fratrum mihi non coniungitur ducere possum successive.*
- 247 *Soceri mei defuncti uxorem habere possum filia eius defuncta.*
- 248 *Affinitas durat cum superstitis, licet mortuus sit alter ex his quorum ex persona affinitas contracta fuit.*
- 249 *Affinitatis impedimentū quādoq; coniungitur cū publicae honestatis iniuria.*
- 250 *Publicae honestatis iniuria non est mentio, faciēda in dispensatione; quādo est coniuncta cum affinitate.*
- 251 *Affinitas subsequens matrimonium nō dirimit, sed impedit debitum petere.*
- 252 *Dispensatur quādoq; in gradibus prohibitis consanguinitatis, et affinitatis.*
- 253 *Impotentia causatur ex pluribus causis.*
- 254 *Natura impotentia quae, & qualis sit.*
- 255 *Pubes qui nondum est aptus ad generandum an contrahere possit, & e contra.*
- 256 *Pueri potentes ad concubitum, sed iudicio carentes non contrahunt.*
- 257 *Senes an contrahant matrimonium.*
- 258 *Frigiditas, vel nimia caliditas an matrimonium dirimat.*
- 259 *Impotens ad emitendum semen, sed potens ad erigendum an contrahere possit.*
- 260 *Vir impotens peccat, si matrimonium contrahat.*
- 261 *Vir si impotens sit cum virgine, sed potens cum corrupta, quid agendum.*
- 262 *Mulieris impedimentum unde veniat.*
- 263 *Mulierē existente nimium arcta quod ad virum quid agendum.*
- 264 *Impedimentum in muliere quomodo cognosci possit.*
- 265 *Impedimentum à casu quale sit, ac quātim noccat.*
- 266 *Impedimentum à magicis artibus quale sit, cuiusq; effectus.*
- 267 *Triennalis cohabitatio an requiratur post criminum confessionem, an & tempus praecedens computandum sit.*
- 268 *Contrahens matrimonium quamvis sciret impedimentum impotentiae, non potest altero inuito rescire.*
- 269 *Errore detecto post ingressum religionis alterius coniugis, qui propter impedimentum à coniuge discesserat, quid agendum.*
- 270 *Matrimonium validum & ratum quādoq; soluitur, auctoritate S. Pontificis, vel ingressu religionis.*
- 271 *Matrimonium non consummatum an solui possit à Pont. Max.*
- 272 *Matrimonium vii sacramentum confirmatur constitutione ecclesiae.*
- 273 *Matrimonium etiam ante coniunctionem refert coitionem Christi cū eccl.*
- 274 *Cap. non est dubium declaratur.*
- 275 *Cap. cum societas declaratur.*
- 276 *Matrimonium an tollatur ingressu religionis.*
- 277 *Solutio matrimonij religionis ingressu dicitur fieri diuina auctoritate non humana.*
- 278 *Matrimonium consummatum nō tollitur professione, & qua ratione.*
- 279 *Matrimonium consummatum tollitur professione vtriusq;.*
- 280 *Matrimonium etiam non consummatum non tollitur sacro ordine.*
- 281 *Pontifex Max. an possit soluere matrimonium, vt fiat Episcopus.*
- 282 *Matrimonium contractum ad tempus soluitur finito tempore.*
- 283 *Pontifex Max. potest dispensare, vt quis contrahat matrimonium donec prolem susceperit.*
- 284 *Nonnullae causae enumerantur separationis thori.*

AD

De Impedimentis matrim. Tit. XII. 601
A D H I E R O N Y M V M
M O N T I V M I L L V S T R E M
 Mediolani Senatorem.



N TITVLVM de impedimentis matrimonij, de quo sermone quandoque vnā habuimus, & quam materiam pragmaticis, & in foro ecclesiastico versantibus frequentem esse dicebas, vt est certū, an verò sic eam nos tractauerimus, vt celebritatem hic tractatus nos fieri meritò expellere possit, tuum, aliorumque sit iudicium; quos labor & fastidium legendi huius tituli non grauauerit, ego quidem, & si non modicum tempus in eo collocarim, multaque collegerim, plura tamen esse praetermissa non ignoro, quae maiorem temporis vsū desiderabant, & quae, si tramita à me, scriptaque fuissent, longe magis quietum, ac magis saturum legentis animum reddidissent, qualiscumq; verò hic noster sit tractatus, cum tibi nuncupato Senator non tam dignitate, & titulo, quam prudentia, doctrina, & pietate Illustris vt parua hac scintilla, quantus ignis sit amoris, & obseruantiae erga te mea, tu qui iudicio praestas, cognosceere possis, qui tantus est medius fidius, vt sperem, maiores olim, pluresq; scintillas, ac forè etiam flammam editurum, Sic Deus mihi saueat, quo possum conceptum mente opus, consummare.

MATRIMONIUM certos limites cancellosq; habet, quibus coeretur, & restringitur, quia neq; omnibus personis conceditur, neq; inter omnes contrahi potest; neq; omnibus modis & formis, nec omnibus temporibus: & de forma quidem, & modo contrahendi matrimonij diximus titulo superiore, de personis autem aliqua hoc titulo trademus, personarum autem impedimentum quādoq; à natura proficiscitur, quādoq; ipsarum personarum facto; vel casu. Item alia sunt, quae initio impedire quidē possunt, ne matrimonium contrahatur, sed vbi contractum fuerit, subuertere illud nequeunt; alia verò contractum etiam irritare, nedum contrahendum impedire valent.

I Prime speciei, id est, quae fieri impediūt, non tamen contractū dirimere possunt enumerantur, & feruē ab ecclesia indicat, & interdictum ecclesiae, sponsalia; Carechismus, votum simplex, Crimen, incestus, & raptus, & quodecumq; mortale crimen.

His enim casibus quisquis nuptias contrahere ausus fuerit, crimen quidem committet, non tamen actum irritum faciet, si nullo criminis metu deterri-

tus matrimonium contraxerit, sed haec tamen matrimonij impedimenta dicuntur, & quia ecclesiasticus Iudex, qui haec impedimenta sciat initio, nō debet his contrahendis auctor fieri, neq; interesse, imò pro potestate, quam habet, rescilte, ne fiant, & quia peccatum admittunt, qui aliquo ex praedictis impedimentis stante contrahunt scientes, singula igitur haec prosequemur.

Feriarum & impedimentum nuptiarum contractui obstitens militat à septuagesima vsq; post octauam Paschae, seu secundum consuetudinem ecclesiae Romanae, vsque post septem dies Penthecostes, à seu à diebus tribus ante ascensionem vsque ad octauam Penthecostes, à quod & ea ratione statutum fuit, ne distracti nuptijs à cultu diuino, qui diebus illis maximus, frequensque esse debet, auocemur, solebant enim aliàs christiani sacrosanctissimae Eucharistiae cibo his tempestatibus frequentissimi saginari, sed & Sacros. Syn. Tridentina canone vndecimo sessionis vigesima quarta statuit, vt quisquis dixerit, prohibitionem solennitatis nuptiarum certis anni temporibus superpositionem esse tyrannicam, ab ethnicorum

a ca. capellanus. de fer.

b 23. q. 4. ca. non oportet. et tribus. ca. seq.

a *Sil. ver. ma-
trimonium. 7.
q. 2. nu. 4.*

b *Caetan. in
sum. uers. ma-
trimonium. 1
par. 2. Naua.
in man. ca. 22
q. 2. 3. Angel.
uers. impedi-
mentum 2.*

c *Palud. in 4
dis. 3. 2. Rosell.
uers. impedi-
mentum. 13. S.
13. Ant. par.
3. tit. 2. c. 17.*

d *Ang. d. uer.
impedimentū.
2.*

e *ca. i. de ma-
rim. contr.
interd.
eccles. & c. fi.
& per toto. c.
cum in apost.
de spons.*

f *Siluest. ver.
matrimonium
7. q. i. Nauar.
in manuali. c.
22.*

rum superstitione profectam, anathe-
ma sit. Quia tamen videbantur nimis
angusta hæc tempora, unde & egrè ob-
seruabantur, ac frequentissimæ fiebant
prælati ecclesiæ interpellationes à spō-
sis, ut uellent concedere, ut non obsta-
tibus ferijs contrahi possent; idcirco præ-
dicta Synodus Tridentina citatæ sessio-
nis capite ultimo iudicauit, bene esse,
magis hanc prohibitionē laxare, fitaq;
cōstituit, ut ab aduentu D. N. I. CHRIS-
TI usque in diem Epiphaniæ, & à fe-
ria quarta cinerum, usq; in octauam
Paschatis inclusiuè antiquæ solennium
nuptiarum prohibitiones diligenter ab
omnibus obseruentur, alijs uerò tem-
poribus nuptias solenniter celebrari
permittit, quæ tamen prohibitionis
tempora à uesperis incipiunt sabbati
præcedentis in aduentu, in alijs autem
temporibus etiam completorium, ne-
dum uesperæ antecedentis diei excludi-
tur, quia ad diem præcedentem specta-
re censentur, nisi maius festum super-
ueniret, de quo uesperas celebrari opor-
teret, ut ait Siluester, qui tamen suam
cuiusq; regionis consuetudinem seruā-
dam ait, diu à prælati dissimulatam,
qua existente etiam in profunda nocte
aduentus uigiliæ, modò non post me-
diam noctē celebrari posse opinatur, a
dubitatur; tamen, quidnam his fe-
rijs cōferretur in nuptijs prohibitum,
an scilicet contractus ipse matrimonij,
an consumatio ipsius, an tractatio spō-
sæ, an solennes dapes, an omnia, & sin-
gula prædicta, Sed solennem qui-
dem translationem conuiujs, & cho-
reis interuenientibus prohiberi omni-
bus in confesso est, contractus autem
an censetur prohibitus uerbis præsen-
tibus, magna contentio est, nam Petrus
Paludanus, & Hostiensis nō licere opi-
nantur contractum matrimonij uerbis
præsentibus, etiam nulla celebritate
his temporibus fieri; sed quia talis con-
tractus in faciem ecclesiæ est faciendus,
non clam, his autem diebus in faciem
ecclesiæ, nec cum benedictione fieri
potest, sed Raynerius non cōtractum,
sed nuptiarum solēnia tantum his die-
bus interdicti putat, quod etiam Silue-
ster, & Abbas dixerunt, quia solo con-
sensu fiat, hocq; esse etiam de mente
S. Thomæ, Paludani, & Caietani, ait

Nauarrus, in sui manualis capite uige-
simo secundo, quinimo ausum dicere,
modò liceat, etiam de mente ipsius Sa-
cri Concilij Tridentini esse modò reci-
tati, cum de solennibus nuptiarum, nō
de nuptijs, aut contractu loquatur, ubi
tamen consuetudo aliqua uigeat, ne uel
contractus ipse nodus etiam sine cele-
britate, & pompa his etiam diebus fiat,
illi standum esse opinor, ut scripsit Ar-
chidiaconus, quem & alij sequuti
sunt, & Translationem uerò etiam
solennibus carentem, improbandam
esse his temporibus ait Siluester, cum
Rosella & Abbas, & alij, sed cōtra sen-
serunt Angelus, & Nauarrus, ubi saltē
uir aliam uxorem habuerit, sed priorē
opinionem elici etiam ex mente Diui
Thomæ dicit Siluester, ne animus, qui
diuini intentus esse debet, circa noui-
tatem translationis, & carnalia occupa-
tur.
Consumationem tamen pariter alij admit-
tunt, alij nequaquam his diebus, alij
in primis nuptijs tantum prohibitam
putant, in alijs secus, admittunt quidē
eam Caietanus, & Nauarrus, contra-
rium asserunt Paludanus, c Rosella,
& Antonius, qui dicunt, nō sine pecca-
to matrimonium cōsumare eos prima-
uice, quod tamē Petrus Paludanus de-
clarat, locum non habere, nisi uxor ritē
esset benedicta, primam tamen opinio-
nem ipsa quoq; Synodus Tridentina
abhorrere non uidetur, dum prohibi-
tiones solennium dontaxat nuptiarum
considerat, sic & Angelus Clauasius
ait, quod duo, quorum uterq; alias nu-
ptias expertus fuit, non peccant mor-
taliter contrahentes, & consumantes
d sine solennitate coniugij.

Alterum tamen est impedimentum, quod
si qui neglexerint, eoq; non obstante
contrahere non dubitarint, crimen ad-
mittunt, nec tamen irritum actum fa-
ciunt, cum scilicet. Prælati ecclesiæ,
ne contraherent, expresso interdicto
prohibuit, & Prohibere, tamen ma-
trimonium ex causa, & interdictum
hoc facere possunt episcopus, atq; etiā
Parochus ipse, ut contra Angeli Clau-
asini opinionem censent, Siluester,
& Nauarrus. f
Causa tamen interdicti iusta erit, si aliquod
impedimentum cognationis, uel affi-
nitatis

mitatis obiectum fuerit, seu quoddam ex
sponsis alter aliud matrimonium iam
contraxisset, seu quia Prælati magnas
rixas præuideant futuras, si contra-
hatur, quas ut auertant hoc interim,
dum student partes componere, uerant
præceptis specialibus, ne matrimonium
ineant, uel si propter alicuius di-
ci uenerationem. Si quis inquam spre-
tis huiusmodi interdictis matrimonium
contraxerit, cum aliud perpetuum
impedimentum non subellet, matri-
monium quidem tenebit, sed hic tamē,
præterquam qd (ut diximus) cri-
men mortiferum contrahit, est præ-
terea à matrimonio in penam separan-
dus, ad tempus, a t atque etiam, si
Pontifex Maximus ipse hoc interdictū
fecerit, decernendo irritum, & inane,
si secus actum fuerit, perpetuū erit nul-
lum huiusmodi matrimonium, ut ait
Siluester, b Item is t perpetuū erit inter-
dictum, ita ut contractum aduersus
interdictum non ualeat, si is, cui inter-
dictum fuerat, ne contraheret, eod quod
aliud matrimonium subesse diceretur,
non obstante alterius matrimonij alle-
gatione, quod ualidum esse credebatur,
nihilominus contraxisset, quia præ-
sumitur eo casu consensus abfuisse,
quare non potest hoc, quod lite illa
pendente contraxit Matrimonium, in
foro interiori, quod conscientiam spe-
ctat, ullo modo ualere, ipsa id consistē-
te, quamuis in foro exteriori mi-
nimè illi fides adhibenda c sit, imò
aiunt, debere iudicem hoc secundum
matrimonium, dum lis pendet, seque-
strare, neq; alijs matrimonij priuilegijs
d frui. d
Sponsalia tamen pariter (ut supra dixi-
mus) promissorem quidem ad ser-
uandam fidem astringunt, non tamē
matrimonium aliud postea uer-
bis presentibus contractum irritare ual-
ent.
Idem tamen & de catechismo idest, coniun-
ctione illa, quæ per catechismum, &
instructionem, quæ sunt baptismi exor-
dia contrahitur, ab eo, qui actui illi spō-
sor, patrinusque intercedit, statim erit
est, nam, si qui nulla habita ratione hu-
ius coniunctionis matrimonium con-
traxerint, ualebit matrimonium, quam-
uis sic contrahendo grauiter peccent, et

possint antea, ne contrahant, prohibe-
ri. e

Item, t qui uotum religionis simplex
nuncupauit, potest quidem ad soluendū
uotum cogi, tamen si matrimonium
cum aliqua contrahere iurasset postea,
reddita prius illiciti iuristuradi pœna,
nec matrimonium sine crimine lætife-
ro contrahet, si tamen matrimonium
contraxerit, ualidum erit, quamuis eorū
uotum uterq; hoc uoto se obligasset, neq;
amplius supersite uxore ad religionē
f cogetur, r quamuis neque ab ea debi-
tum exigere, sed reddere interpellatus
tantum debeat, e neque hoc matrimo-
nio solutus aliud matrimonium inire,
& uoti implementum reculare debe-
at; t interdum tamen neque etiam red-
dere debitum tenetur, cum scilicet alter
quoque pari se uoto adstrinxit, cum e-
nim & ille prohibeatur petere, satis re-
sultat, neque alterum teneri, id præsta-
re, quod peti non potuit, nisi ut pete-
rent, uel redderent, concessum eis fue-
rit ab episcopo, ubi potestatem habet di-
spensandi episcopus. t Nec minus pec-
care hunc credas, qui tali uoto sese ad-
strinxit, matrimonium postea contrahē-
do, quis sibi in aīo proposuisset neq; exi-
gere neq; petenti debitū matrimonij cō-
cedere, tum quia is uel contra uotum
suum implicite agit, dum per matri-
monium corporis sui potestatem alteri
dat, qua ex re in copulam carnis con-
sentire tacite uidetur, aut saltem uidere
tur, datam fidem violare, dum coniugē
eludit, qui matrimonium contracturus
non fuisset, si hoc sciuisset, tum quia is
malè agit, qui se periculo incontinentiæ
objicit, quin etiam non uidetur, hoc mo-
do sacramentum esse, ubi deliberaffet,
non reddere exigenti debitum, nisi for-
tè quis à Deo monitus fuisset, ut tale
matrimonium cœlebs (ut sic dicam) &
castum subiret, quamdiu autem iste se
à copula cōtinuerit, religionis uoto sol-
uendo obligatus erit, cum uel repugnā-
te uxore hoc ei facere liceat, ante copu-
lam genitalem, copula uerò sequuta ne-
quaquam: t exigere autem coniug de-
bitum

f *c. rursus ubi gl. mag. qui cler. uel nou. ca. m. de uoto, in 6. Sil-
uer. matrimonium. 7. dist. 27. per totum.*

g *gl. in c. Agathosa. 27. q. 2. cap. i. cap. placet. de conuers. coniu.
Siluest. ubi sup. quest. 5.*

a *gl. cap. tua.
de sponsa duo-
rum ubi Ab.
& capitul. ad
dissolendum,
de despon. 1m.*

b *Siluester.
ubi supra, nu-
mero 3.*

c *Abb. capi-
tulo cum A-
postolica: in
fin. de sponsal.
Coarum. part.
secunda. xpi-
tom. capitulo
tertio. numer.
4. & capit. 6.
num. 6.*

d *gl. fin. ubi
& Abb. in ca-
pitulo, tenores
de re iudica.
Imo. consi. 125
Dec. consi. 163
colum. quarta
ad fin.*

e *capitulo, si
quis filiastrā
30. questione.
prima. capitu-
tulo contracto
ext. de cognat.
spirit. ubi glo.
capitul. per ca-
techismum,
cod. titul. de
cognat. spirit.
in sexto.*

a no. in d. cap. rursus. q. cler. vel non. vbi: Abb. Sil. vbi sup. nu. 8.

b Nauar. ca. 22. §. 2. n. 35.

c gl. c. qui presbiter. de penit. ca. hi ergo. 27. q. i. Paludan. in 4. dist. 34. q. i.

d cap. i. de eo. qui cogn. con sanguin. uxor. & cap. ex literis. co. tit. ca. si quis viduam & ca. qui dormierit. 32. q. septima.

e c. admonere 33. q. 2. ubi gl. ver. duce. c. interfectores ea. quest.

f c. statutum 27. q. 2.

g c. de eo. 30. q. i.

h c. qui presbiterum. extr. de peniten.

bitum videtur, vt reddere teneatur, rribus modis scilicet, verbis, signis, & natura conditione, quae facilius percipi intellectu possunt, quam; vt extensa verborum declaratione egeant; quae castas aures laederet fortasse.

Neque his assentiri debes, qui putant, prima uice tantum, qua coniux hic voto nodatus coniugi se immiscet, delinquere, alijs vicibus non, explosa est enim frequentioribus calculis haec sententia, ut restat Siluester.

Predictis etiam locus erit, quamuis aliquis uouisset omnia substantialia religionis generaliter, modo non expresserit religionem, nam si religionem aliquam nominasset, cuius tria substantialia uouere se dixisset, imò, & si vel solam castitatem religioni alicui deuouisset, matrimonium postea contractum non teneret, quia votum huiusmodi pro solemnizato haberi debet, quamuis hoc in postremo casu, ubi scilicet quis solam castitatem alicui religioni deuouit, non haberi pro solenni, neque matrimonium postea contractum dicere Panormitanus scripserit, a

Hic etiam perplexus quandoque erit, qui consulatur, an voto simplici castitatis, vel religionis adstrictius matrimonium contrahere possit, namque in utramque partem subesse lapsus videtur, quandoquidem respondens, non posse matrimonium contrahere, verum non dicit, cum matrimonium teneat, consensus autem matrimonij contractui in causa erit, vt contrahens peccatum admittat, sed Hostiensis ait, dandum esse responsum; quod contrahi non possit, instante autem cliente, vt sciat, numquid, si contraheret, matrimonium tenebit, respondere non debet, ne peccandi occasio det mortaliter, vel mendax sit, Siluester uero ait, nulli ademptum esse, quin citra periculum criminis mortiferi possit veritatem docere, ubi de ea sit interrogatus, propterea posse eum dicere, quod matrimonium quidem tenebit, verum tamen contrahendo peccabit, quia non datur per tale responsum, sed demitur potius peccandi occasio, ne alioqui concedamus, eos quoque occasionem peccandi praebere, qui hac

scriptis mandat, & docent, cautius tamen fore inquit Hostiensis, & Siluester, si aliqua responsione cauta eum deludat, prudens autem responsum, cautumque existimabo, si dixerit, cauere omnino eum debere, ne matrimonium contrahat, vel si dixerit, male eum agere, atque ad gehenam edificare, qui iam certior de lectifero peccato factus, praeterea & alia explorare uelit, quasi poenae ex grauius delictis imminenti contempтор, vel, dicat, satis esse debere, hoc quod praecipuum est, intellexisse; interrogantis tamen personae conditio, qualitas, tempus poterunt respondendi modum, & formam suggerere, & edocere, alio enim modo cum Iuuenes ex facto proprio ipsius consilium petente, alio cum persona aliqua, vt doctior, eruditiorque; fiat, edicere cupiente agendum in responsione erit, cum illo quidem caute (vt diximus) & circumspecte, cum hoc syncere, & simpliciter agi licebit. b

Solent etiam quaedam crimina impedire, ne matrimonio locus fiat, quamuis contractum matrimonium dirimere non possint, ea sunt sex, nempe incestus, uxor seu mariti homicidium, & alienae sponsae raptus, & si quis proprium filium de sacro fonte leuarit, ut deinceps non possit suae uxori debitum reddere, & sacerdotis alicuius homicidium, & Crimen, cuius causa poenitentiam publicam solennem quis agere compulsus fuit. Quod etiam de incestus impedimento dictum fuit, non eo pertinet, vt matrimonium cum ea persona tantum putetur interdictum, cum qua incestus crimen per coniunctionem carnis committeretur, hoc enim ad aliam rationem pertinet, sed quod propter tale admissum crimen dignus est, qui ab omni matrimonio deinceps arceatur, etiam multi non, credunt generaliter de quocumque incestu dictum, sed eo duntaxat, quem cum uxoris consanguineae maritus, vel cum mariti consanguineae uxor patrarit, neque enim commissus ab aliquo incestus cum propria consanguinea, vel a muliere eum proprio consanguineo hoc impedimentum parit, cuius rei haec reddi solent rationes, sen quia non tam grauius uxori

maritus

maritus iniuriam infert, si propriam, vt si uxoris consanguineam cognoscat, vel econtra, vt ait Archidiaconus, seu quia copula haec non tam ratione culpae, quam ratione affinitatis, quam caufatur, impedimentum facit, vt ait Diuus Thomas a Siluestro citatus, in quarto distinct. 34. quest. i. vlt. art. Et quamuis Abbas & Angelus idem scribant etiam de propria consanguinea, sententia eorum tamen reuertitur ad praedictis, & ab Archiepiscopo Florentino in tertiae partis titulo primo cap. 16. §. 4. & Alfonso a Castro in lib. 1. de potestate legis poenalis cap. 7. ad finem, & Did. in c. 6. par. 2. ep. quod nulla canonum (vt ait) auctoritate fulciatur, nam quod ex Concilio Urbani habito in Apulia Angelus citat, non de eo, qui commiserit incestum post contractum Matrimonium loquitur, sed de illo, qui suam consanguineam uxorem duxit, & quod ex Concilio Agraphense producur; haec potius communem opinionem probat, cuius haec illius sunt uerba, videlicet, sane, quibus habebunt in eundem melioris coniugij libertatem. Sed tamen praedicta opinio Abbatis & Angeli a Gregorio relata pro ad foelicem Messanae ciuitatis Episcopum adiuuari non modicum uideatur, dum scripsit. Nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, aliquando illicita pollutione maculauit, in coniugem ducere ulli Christianorum licere, quod incestuosus sit talis coitus, & abhominabilis Deo, & cunctis bonis hominibus, incestuosos uero nullo coniugij nomine deputandos a sanctis patribus statutum legatur, quapropter Nauarrus in praetito cap. 22. q. 2. de impedimento septem delictorum; Abbatis, & Angeli opinionem sequitur, quam & plerisque canonistas tenerat, & praesertim Praepositum ad dictum capitulum, primum, & secundum, de eo, qui cognouit consanguineam uxoris suae, hocque inter caeteros clipeo citatur. Nauarrus, quia (inquit) stylas uirum, cum dispensat, vt consanguinei, qui se incestu polluerunt, contrahere inter se matrimonium possint, apponere clausulam conuenit, vt superstes maneant sine spe coniugij maneat, & praeterea pluribus iuribus ad-

iuuari ait hanc sententiam, & quamuis proferantur aliqua iura, quae de incestu commissio cum affinis, tantum loquantur, nec de consanguineis aliquid dicant, id tamen duntaxat expressum ait, quasi, id in quo magis dubitari poterat, quod certior in consanguineis decisio esset, ac praedictam, quae reddita est, rationem differentiae inter affines, & consanguineos, valde infirmam esse ait, quod idem efficit etiam in incestu cum affine, cum nullum praecessit matrimonium.

At, quod dictum est, incestus etiam cum affine, id est cum uxoris consanguinea patrarit impedire posse in incestum, ne deinceps, si praesenti matrimonio solatur, aliud matrimonium contrahere possit, non minus procedet, cum ei se immiscuit, inter quam publicae honestatis iustitia impedimentum intercedebat, tantisper scilicet, quam diu alter superstes in vita manet.

Traditum est tamen, licere episcopo huiusmodi impedimentum ex crimine procedens auferre, si uideat, aegre eos se continere posse, propter iuuenilem aetatem, imò, & tenet eum, ubi petatur, dispensare. g

Quintanam non defecerunt, qui dixerint, propter inconstituentiam suspitio, nempe, & metum vehementem, posse etiam proprium cuiusque sacerdotem huiusmodi impedimentum summouere, alij que addiderunt, hunc rigorem ex desuetudine abholum esse, vt aunt Veruacinus, & Monaldus quos citat Siluester, & Paludanus, & S. Antoninus, & Abbas Paroelmitanus, quos omnes etiam citat, sequiturque Nauarrus, addens, se nunquam uidisse, vel audiuisset, ullam incestuosum petere dispensationem a Summo Pontifice, vel ab episcopo, nisi ad contrahendum cum ea, cum qua incestum commisit, vel eius consanguinea, vt tollatur affinitas inde orta, quae, si reliret Summo Pontifex (inquit Nauarrus, cui uelut poenitentiarium ualde perito, & uero alioqui ornatissimo fides danda est) iuberet forte, ne in dispensationibus cum incestuosus apponeretur praedicta clausula, vt superstes maneant sine spe coniugij. Inter crimina ex specie incestus enumerari etiam potest, cuius quis in-

a Angel. in sum. ver. incestus.

b c. si duo uiri. 35. q. 6.

c c. de incest. in fin. 35. q. 2. & 3.

d c. ne eam. 35. q. 2. & 3.

e c. si 35. q. 8. ca. de incestis. 35. q. 3. c. si qs cum matre, & filia, & c. qui propinquam. 35. q. 3.

f ca. duo uiri. de despons. impub. Coarr. d. v. 6. num. 4. par. 2. epitom.

g ca. antiqui. c. in adolescentia. 33. q. 2. c. ex literis. de eo qui cognouit. co. sang. uxor. Palud. in 4. dist. 34. q. i. col. 3. Sil. uer. matrimonium. 7. nu. mer. 3. & 4.

a ca. hi verd. 32
27.q.1.
b c. statutum
27.q.2.
c. nec illud.
30.q. 5. c. i. v-
bi Ab. & alij.
de clandest. de-
spons. vbi etia
33
Proposit. Dec.
conf. 173. &
conf. 231. nu.
6. coar. d. c. 6.
nu. 7. S. Tho. in
4. senten. dist.
28. art. 3.
d. Sil. ver. ma-
rrimonium. 2.
q. 3.
e. c. quod dilo-
tio ubi Ab.
& alij. de con-
sangu. & affini-
35
ca. super co. de
cogn. spirit.
f. ca. quod su-
per his. de con-
sangu. Coar. ca.
6. §. 18.
g. c. i. c. discre-
tionem. c. pen.
de eo qui cogn.
consan. xx. sug
Coar. d. c. 6. §.
i. par. 2. epito.
Sil. ver. matri-
monium 6. in
princ.
37
h. c. nevum. de
conuers. conti.
ca. ex publico.
& c. ex parte.
eo. tit. Sil. vbi
sup. q. 2.

nalem sciens vxorem accepit. A
His addas, † quodcumque mortiferu
crimen debere quem morari, ne ma-
rrimonium contrahat, eo quia sacra-
menta non debent in peccato mortali
a quopiam tractari, nisi velit nouum
mortale peccatum cōtrahere, quocirca
marrimonium cōtracturi debent prius
sacramentali peccatorum confessione
se expiare, quod tamen si omiserint, &
cum peccato contraxerint, matri-
monium nihilominus valebit, † quod pa-
riter & de periuro, excommunicato
dicendum est, vt ex multis authorita-
tibus probat Didacus, qui hæc omnia
docet in sexto capite iam supra citato,
hinc & raptor alienæ sponſæ matri-
monium contrahere cum alia quoque pro-
hibetur, quamuis contractum tene-
at. b
Idem de † marrimonio clandestino olī
dici poterat, quia, licet peccaret, qui
clam marrimonium contraherat, non
tamen huiusmodi marrimonium irri-
tabatur, c quod secus tamen se habe-
re post Concilium Tridentinum dixi-
mus supra in titulo de marrimonio:
† Additur his etiam consuetudo, puta,
si consuetudo extet, ne filij duorum cō-
patrum, quorum neuter fuit causa co-
gnationis spiritalis, contrahere ne-
queant inter se marrimonium, atque
vt marrimonium inter eos contractū
ad certum tempus irritetur, n vel, si cō-
suetudine inter certi generis personas
contrahi ad euitandum scandalum pro-
hibeatur, v † quamuis econtra non
possit consuetudo marrimonium his
permittere, quibus adimit lex Ponti-
ficia. f
Alia verō sunt impedimenta, quæ non so-
lum possunt principio obſistere, ne ma-
rrimonium contrahatur, sed & si nula
habita eorum impedimentorū ratio-
ne contractum marrimonium super-
uenisset, irritumq; erit, † qd sanē intelligendum
est ita, vbi scilicet impedimentū prius
liberat, quam contraheretur, nam si
post contractum marrimonium super-
uenisset, dirimere marrimonium iam
contractum non posset, neque enim,
vel fornicatio cum vxoris consangu-
guinea, vel econtra post marrimonium
admissa, vel seruitus in altero eorum su-
perueniens potest marrimonium diri-

g mere, c quamuis fornicatio præca-
dens eiusmodi, & seruitutis error, &
ignorantia, quæ prius liberat, matri-
monium euertant, † sola autem reli-
gionis causa post marrimonium necdū
consummatum veniens professione facta
illud dirimit. h
Sunt igitur † sexdecim impedimenta,
quæ his infraſcriptis versibus compre-
henduntur. Sciendum est autem in
primis, Concilium Tridentinum statu-
isse, vt si quis dixerit, ecclesiam non po-
tuisse constituere impedimenta matri-
monium dirimentia, † vel in his con-
stituendis errasse, anathema sit, quod
quarto canone Sessiois vigesimæ quar-
tæ cautum est.
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen-
t. honestas
Si sis affinis, si forte coire nequibus
Hæc socianda vctant connubia, facta
retractant.
41 Quorum † in ordine primum, qui est
error, in vna ex quatuor causis esse po-
test, scilicet, fortunæ, qualitatis, per-
sonæ, & conditionis, quæ tamen tantā
inter se habent similitudinem, vt vix di-
scernere interdum possis, † vt vtrum in
42 persona, an verō in qualitate, vel fortu-
na erratum sit, veluti (gratia exempli)
si credam aliquem esse filium Regis,
vel magni viri, nullius tamen certi Re-
gis, vel magni viri consideratione ha-
bita, circa fortunam erit hic, vel qualita-
tem, non circa personam error, at si cer-
ti Regis, vel Principis, aut potentis
viri, puta Regis Hispaniarum magni
Ducis Ethruriæ, alteriusve filium cra-
dam, in persona erratum potius, quam
in fortuna vel qualitate dicitur, vbi Re-
gis illius, vel potentis viri notitia cer-
ta haberetur, non aliās, qui tamen per-
sonæ error, simul & qualitatis, vel con-
ditionis errore secum trahere potest,
& econtra, vel, si credatur esse primoge-
nitus, certi præcipis, quæ nouerat, cū nō
esset, in persona dicitur lapsus, si verō
alicuius indeterminati principis, i qua-
litate erit, vel fortuna.
43 Error † igitur in persona potest quidem
marrimonium impedire, & contractū
dirimere, vt, si pro vna persona, alia sup-
ponatur, cum enim sine consensu ma-
rrimonia consistere nequeant, consen-
sus

■ sus autem nullus in eo sit, qui errat, A
hinc consequens est, vt tale matri-
monium errore contractum dirimi possit,
quatenus de facto contractum fuit,
vnde, si error qualitatis, scilicet, no-
bilitatis, vel dignitatis redundet in per-
sonæ errore, æque marrimonium
vitabit, ac si in persona principaliter
accidisset error, puta, si femina matri-
monium contrahere proponat cum fi-
lio cuiusdam certi Regis, & quispiam
se Regis illius filium mentiens illi se
contingat, necum in qualitate & for-
tuna, sed & in persona error deprehen-
deret, † At in qualitate solum, vel
fortuna, contingens error, personam
minimè attingens marrimonio dirimē-
do non sufficit, vt, si de corpore qui-
dem constet, quia contrahentes iam se
de facie nouerant, sed celsiori quidem
fortuna alter alterum esse opinabatur,
marrimonium consistet secundum Ray-
nerium, & supplementum, sed Ho-
stiensis credit, hunc esse errorem per-
sonæ, quando crederetur esse filius cer-
tæ, determinatæq; personæ, vt puta
Regis Angliæ, Ducis Ferrariæ, cum v-
biq; habeatur notitia tantorum prin-
cipum, quare videretur mulier consen-
sisse in personam filij Regis, vel Ducis,
non in personam hanc, quæ aderat, qui-
bus non dissident, quæ dixit Diuus
Thomas etiam a Siluestro citatus, Di-
uuus inquam Thomas in quarto, distin-
ctione vigesima, ait, quod, si consen-
sus mulieris feratur in istam personam
directè, is nobilitatis error matri-
monio obesse non poterit, at, si directè in-
tendat consentire in filium Regis, qui-
cumque sit ille, aliusq; ei ostendatur,
sub velamento filij Regis, tunc quia hic
circa nobilitatem, vel fortunam com-
missus error in personæ errore redū-
dit, marrimonium impediet, ster igitur
conclusio, errorem personæ matri-
monium dirimere, non autem errorem
qualitatis, vel fortunæ, nisi hic fortu-
na, vel qualitatis error in personam re-
dunder, quando autem in personam
redundare dicatur ex prædictis constat,
† Error quoque pudicitie non vitiat,
puta, si corruptam inueniat, quam vir-
ginem crederat, v imo, † qui prosti-
tutam publicè mulierem sciens vxorē
ducit, vt eam à peccato eruat, apud

a l. si per errorem ff. de iuris. om. iud.
b 29. q. i. in prin. & §. 2.
c c. inter bona oper. de spon. vbi doctōr.
d capitul. si quis ingenuus, & per tot. vigesima nona questione
prima.
c DEVM valde meretur. c
47 In conditione † autem contingens er-
ror vtiq; marrimonium vitiat, in con-
ditione quidem errare dicitur quis, si,
48 † quem crediderat liberum, seruum
d esse inueniat, v repugnat enim huic
marrimonio non solum consensus, cū
(vt diximus) errans consensum præsta-
re non videatur, sed etiam id in primis
marrimonio huiusmodi oblat, quia
non potest alteri potestatem sui corpo-
ris dare, qui suæ potestatis non est, qua-
re, qui ancillam vxorem duxit, non po-
test eā vti vxorem tractare, & ipsa vti,
quandoquidem integra domino seruitu-
tia manet, nam marito ipso potiore,
prioremque potestatem dominus ha-
bet, v quod verum creditur, & si do-
minus tale marrimonium intelligens
consentiret, vbi alter conditionem hanc
nō ignoraret, f Quis econtra, vbi alter
conditionis eius ignarus esset, nec do-
minus id reuocasset, marrimonium qui-
dem valeret, & ille seruum libertatem
g assequeretur, & Atque ad eō inualidum
est tale cum seruo per errorem contra-
ctum marrimonium, † vt liceat ei, qui
liber est, post habitam erroris scientiā
49 thorum propria autoritate separare,
atque etiam cohabitationem scindere,
vbi marrimonium clam, non in faciem
ecclesie contractum sit, verum, si in fa-
ciem ecclesie marrimonium esset con-
tractum, Thori quidem, non tamen
cohabitationis diuisio propria autho-
ritate fieri posset, h cohabitatio autem
vt separaretur, iudicio ecclesie opus es-
set, quamuis notoria seruitus foret, vt
aduersus Hostiensem serē omnes scri-
pserunt, i Imō, † & si dominus post
marrimonium ancillā manumiserit,
50 vtiq; eius manumissionis ignarus cum
eaiam manumissā coiecit, non magis
tamen valebit marrimonium, quia ta-
lis copula virtute primi consensus sa-
cla videtur, vt aiunt Rosellus, & Na-
uarrus, K & quamuis Angelus ad-
dat, quod, si post manumissionem
Ggg 3 eam

e cap. propo-
sui: ca. si. de
coning. seruo.
f rex. in au-
ren. de nupt.
§. si vero ab
initio.
g gl. Hostien.
Ab. in capi-
tulo si. de con-
ing. seruo. Sil-
uester. ver-
lo matri-
monium. o. l. auo.
questio. secun-
da. numero. 5.
Angel. ver-
bo impedi-
mentum. 4.
nu. sexto. Na-
uarr. cap. 22.
numcro. 33. in
ji. Didac. cap.
tertio. §. septi-
mo. uersiculo
secundo. part.
2. capit.
h cap. porro.
cap. significa-
t. de diuor.
i Hostien. in
sum. Siluest.
vbi supra, nu-
mero decimo.
Nauarr. vbi
supra. numero
33. Angel. nu-
mero decimo-
quarto.
k Nauar. v-
bi supra. Ro-
sellus. uers. o.
impedimentū
3. §. 2.

eam cognouerit proposito nuper contrahendi, matrimonium erit sublato iam impedimento, Siluest. non admittit, demonstrans, & auctoritates, & & rationes ab Angelo adductas contra eum pugnant, nam, quae ratio ab Angelo adducitur, quia scilicet antiquus perseveret consensus, nisi contrarium exprimat, retorquetur, quia, si antiquus consensus durat, non potest ille, qui inanis erat, nouo contractui substantia dare. Item si liber cum ancilla contrahens, quam liberam crediderat, post cognitum errorem velit nihilominus matrimonio locum esse, illa autem nolit, compellenda est, quamuis matrimonium irritum sit, nisi alteri iam se coniunxerit, & e contra, vt ex glossa aiunt Silu. & Nauarrus iam citati ex glossa in capitulo ultimo de coniugio seruorum.

Non tamen e contra, si seruus, aut liber contrahat cum libera credens, eam esse seruam, propterea matrimonium irritum fiet, quod in conditione eius falsus fuerit, cum quarelibet nullam causam habeat, qui meliorem, quam sperasset, illius conditionem inuenit, nisi prorsus mente careat, vt ex communi theologorum, & canonistarum opinione Siluester ait, a citatus Raynerium, Petrum, Alfonso, Innocentium, Goffredum, & S. Thomam. Neq; a matrimonio tale rescilire & licebit, qui postea quam hoc resciluit, illam scilicet seruam esse matrimoniali affectu eam cognouit, a Imo, t & vbi matrimonium tanto affectu quis contrahit vxoris, vt cognoscatur, cum nihilominus contracturum fuisse, quamuis seruam esse intellexisset, credidit Richardus, c matrimonium dirimi non posse, quem & Nauarrus sequutus fuit, d cuius tamen rei vix euenire vsum comperies, vt probari tanta affectio praecedens possit, metisq; ipsius intimum penetrari, vbi seruam esse eam ignorasset.

Neq; matrimonium diremetur, & si libertina, vel adscriptitia conditionis alter sit, qui liber credebatur, vt Siluester & Nauarrus post Archidiaconum, Io. Andream, Henrichum, Vincentium tradiderunt, b idem ait Siluester & t vbi consuetudo est, quod partus sequatur patris conditionem, quia ex patre libero natus, licet matre serua, liber conse-

bitur, f Ac t sciendum est, quod, cum inter istos, vbi in aliquo eorum verus error, matrimonium non consistat, propterea, si is, qui errorem cognoscit, matrimoniumq; non tenere certus est, copulam carnis in eum eo, qui ignorat, peccato non vacat fornicationis, quamdiu alter conditionis suae ignarus est, quod secus esset in eo, q errore detinetur, imo & aliud esset, cum quis seruū se esse quidem nouit, sed tamen sperat, alterum non minus consenturum, & si conditionem eius non ignoraret, propter magnam, quam erga se in eo deprehendit, amoris vim, ac multo eiam magis, si falsū sibi persuadeat, notam esse illi suam conditionem. Quare debet is, qui alterius conditionem sibi nuper detectam suam inaequalē rejicere & aspernari vult, quam primum id cognoscit, aut ex causis non futilibus suspicatur, sese a tali coitu retrahere, & temperare, vbi fixum ei propositū sit, illi matrimonio stare nolle, nam, si hoc propositū illi se copularet, vti quilibet fornicator peccatum letale admitteret, quod si vitare vult, securoq; animo coniungi, animum contrahendi matrimonij inducat, seu contractum ratum habendi, interpellatus tamen a coniuge debitum reddere tenetur, licet petere, & exigere non possit, quamdiu negotium finitum non sit, si verò leui tantum ex causa temere moueatur, vt coniugem seruilis conditione prestum suspiceret, debet hanc temerariam, leuemq; suspicionem ponere, animoq; vxorio citra conscientiae scrupulum geniali muneri, & liberis operam dare. t Monitum verò esse eum oportet, qui post cognitum coniugis seruilium statum, aut habitam de ipsius conditione probabilem praesumptionē illi se copulauerit, quod praesumetur coniugali voto ei se coniunxisse, non fornicario, vt peccati vitetur suspitio, & matrimonium censebitur ratificatum, quod ad forum iudiciale, tamen ille contendat, fornicationis potius, quam reddendi matrimonialis debiti animū habuisse, nec refert, an secus, quae omnia Siluester post Richardum edocuit.

Leuem t verò, aut temerariam suspicionem subsequens copula nequaquam

a Sil. ner. matrimonium. 8. quest. 2.

b c. ad nostrā. de coniug. seruor. ca. femin. c. si quis ingenuus. 29. q. 2.

c Riccha. in 4. dist. 39. artic. i. q. i.

d Nauar. ubi sup. nu. 33. ver. imo & si cum matrimonium contrahit.

e Siluest. Nauar. vbi sup.

f ca. licet. vbi Abba. de coniug. seruor.

ratum facit hoc defectu nutans matrimonium, etiam quod mandatum ecclesie executus, id fecisset, quia titubans, & dubius consentire non videretur, vbi ecclesie ipsi praesumptionis temeritas nota esset, cum de affectu, qui occultus, reconditusq; est, iudicare ecclesia non possit.

Quod, t si contingat, consciū sibi quidem, tutumq; esse aliquem, quod matrimonium per se contractum errore conditionis, & status alterius nullum erat, & nihilominus praecipuum ei ab ecclesia fuerit, matrimonij vt vices ex quaatur, ac reddat, potest is sine criminis periculo ei non parere, si nolit, quia, cum huic matrimonio consensus abesse, propter errorem, non potest matrimonium dici illud, cui consensus abfuit, neque ecclesia potest matrimonium facere, quod matrimonium non est, & quod is sit maritus, qui maritus non est, vbi ille certus sit, a quod si dubitet, numquid omnino teneatur, debitū reddere, ecclesie praecipis obtemperandum erit, vt tutius agat, sin leui suspitio sit, eam exvere potest, ac debitum reddere, nec quis propterea matrimonium ratificare videtur, & si debitum reddat, cum suspitione leui laborat, vt dictum est.

Alterum t impedimentum nuptias contractas dirimens enumeratur, conditio, verum hoc perpetuo alijs impedimentis appositum fuit, cum seruilis conditio ex se nullum matrimonio afferat impedimentum, nisi (vt supra diximus) ab altero ignorata fuerit, b quia, t vt scripsit Apostolus ad Galatas tertio, neq; liber, neq; seruus a sacramenti ecclesie repellendus est, vnde neque a sacramento hoc matrimonij arceri debent, t imò, si contraxerint matrimonia serui inuitis, contradicentibusq; dominis, non sunt propterea dissolueda, c debita, t & consueta seruitia tamen non minus debent proprijs dominis exhiberi, d ex his constat, seruilium conditionem separatam ex se impedimentum non esse, quo circa recte Hostiensis, cum de hoc impedimento loquitur, sic declarat, nempe, conditio, id est, conditionis error.

Item, t votum solenne contractum matrimonij a voto postea sequutum abrumper, quamuis votum simplex im-

pediendi solum potestatem habeat, vt supra diximus, t votumque erit solenne, siue tacite, siue expresse fuerit iam professio facta, e vel, t si ordinibus sacris adlociari se aliquis fecerit, de quod idem est in hoc iudicium, imò, t & excommunicationem ipso iure incurrunt, quicumq; matrimonij contractum inirent religiosi, vel moniales post solenne votum, vel clerici in sacris ordinibus constituti, eosq; sic excommunicatos ecclesiarum praesolari publice tam diu nuntiare debent, seu, vt a suis subditis nuntientur, curare, quomodo errorem suum agnoscere humiliter, seq; separare distulerint, & absolutionem ab Episcopo allecuti fuerint, f Sed de ordinis sacri impedimento infra separatim agemus.

Cognatio t est quartum in ordine proposito impedimentum, quod contractum postea de facto matrimonium euertit, necdum ne contrahatur, impedire potest, eaque, t vel naturalis est, seu carnalis, vel est spiritualis, vt quae per Baptismum, Catechismum, vel confirmationem contrahitur, vel est legalis, nempe quae oritur per adoptionem.

Catechismo tamen non dirimitur, sed impeditur, t cognatio autem naturalis alia est, ex linea recta, quae scilicet inter ascendentes & descendentes viget, illaque nullo sine, terminisq; nullis coarctata est, t alia cognatio a latere fuit, vt quae inter fratres germanos fratres patruales, aliosq; ex eis descendentes manat, haec autem prohibitio certos fines habet, namq; ultra gradum quartum non viget, & cum dispari in gradu sunt, remotior spectatur a gradus, quamuis olim ante Concilium generale, neque in quinto, neque in sexto, nec septimo gradu contrahere liceret, h contra verò Fabiani Pontificis Maximi tempore, in quarto quidem gradu matrimonium contrahi prohibebatur, sed contractum tamen tenebat, nec dissoluebatur, i Concilium. t quoq; Tridentinum Canone tertio sessionis vigesima quarta sanxit, vt, si quis dixerit, eos tantum affinitatis, & consanguinitatis gradus, qui leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse ecclesiam in nonnullis eorum dispensare, aut

a Sil. vbi supra. coarr. c. 7. §. 2. nu. 1. par. 2. epist. ex s. T. bo. in 4. dist. 36. in si. 10. An. et Abba. in c. proposit. de coniu. seruo.

b c. si quis. in genus. 29. q. 2. c. i. 2. & vltim. de coniu. seruo.

c d. c. i. de coniu. seruo.

d d. c. i. de coniu. seruo.

e c. i. de voto. in 6. cap. i. vbi no. qui cler. uel vou. 28. dist. c. 3.

f clem. eos. de consa. & affinit.

g c. si. de consang. & affin.

h c. non licet. de consangu. & affin. c. i. & c. nullum. 3. §. 2.

i c. de propinquis. 3. §. 1. 2.

a. Abb. c. lire
ras. de restit. n.
spol.

b. ca. super eo.
c. significavit,
c. si. de eo. qui
qui dux. quam
pol. sil. ver. ma
rimonium 8.
S. nono. c. vela
tum. ca. si quis
viuente. 31. q.
prima.

c. c. interfecto
res. c. ad moni
re. 53. q. 2. ubi
gl. uerfic. num.
quam ducere.

constituere plures impediant, vel diri
māt, anathema sit, quocirca iam pater,
Panormitanum à veritate procul fuis
se, A & Paludanum, Florentinum, &
maiores, cum negarunt, posse Roma
num Pontificem dispensare, vt matri
monium contrahatur in aliquo ex gra
dibus prohibitis in decimo octauo ca
pite Leuitici, qui quidem gradus hi
sunt, infrascriptis versibus collecti.

Nata soror, neptis, matertera, fratris &
uxor

Et patris coniux, mater, priuigna, non
uerca,

Vxorisq; soror, priuigni nata utriusque,
Atque soror patris.

75 Succedit † in prædicto ordine quinta
matrimonij dirimēdi causa delictum,
seu crimen, id scilicet crimen, quod in
necem coniugis ab adultero patratum
est, † vt, cum maritus uxorem propriā,
aut alterius mulieris, cum qua mœca
batur, maritum interemit, quò posset
uxorem illam adulteram accipere, vel
econtrā, cum ipsa adultera uirum pro
prium, aut uxorem alterius interimi fe
cit, cum quo adulterebatur, ut adulte
rum ipsum maritali uinculo sibi copu
laret. Item, si coniuge adhuc superstitē
alij se matrimonio iunxit, uel iungen
dum promisit, cum quo adulterium
committebat, citra aliquam cetem.

Quorum primum sic declarandum est,
si uel homicidium utriusque consensu
& conspiratione admissum fuerit, uel
homicidium cum adulterio iunctum
fuerit, ubi alter tantum homicidij par
ticeps fuerit, namque ab altero tantum
nulla præcedēte pollutione admissum
homicidium non creditur, hanc uim
dirimēdi matrimonij habere: Ac mul
tò minus, si homicidium alio propo
sito fecerit, non ut soluto matrimonio
sibi ad illius coniugium uiam aperiret,
sed casu fortē, alio uel odio, uel inimi
sent. n Si quis igitur probatus fuerit, cum alia muliere copulam carnis habuisse, uel quibusdam alijs signis uideatur uirilem potestatem, & prudentiam habere, non desiderabitur, ut aetate quattuordecim annorum excesserit, non tamen sufficere ait Didacus, quod proli generandae aptus sit, nisi & iudicio uirili pollere uideatur, sic Pontificiam epistolam interpretatus, i hic, si uera est fama, quam & sanctissimi, iudemque doctissimi quidam uiri scriptis mandarunt, inueniunt scilicet, t g anno decimo, & qui nono aetatis anno K mulieres pregnantes reddiderunt, K ipfos tamen, ubi iudicio careant consensus, aptos non censentur matrimonio, quia consensu matrimonium, non concubitu efficitur, i quem consensum habere non potest, quisquis ab aetate iudicio careat, uerum uix inuenias aliquem, cui non & praecox prudentiam tribuerit, cui praecoces generationi uires natura largita sit. t Senilis autem frigiditas tunc demum impedit, uel dirimit Matrimonium, cum nulla ope suscitari calor ad opus uxorium potest, nam, si aliquo modo adiuuari, atque ope medica accendi posse speratur, creditum est, matrimonium contrahere posse, & contractum manere. m 257 t Alio modo natura impotens ad debitum thori esse quis potest, licet nec iusta aetatem, nec nimis longam agat, si uel ita sit frigidus, ut genitale membrum ei numquam non torpeat, uel e contra ita sit in feminis effusione festinus, quod consortis mutuum commixtionem expectare non possit, quorum uiriorum dispar est conditio, maius enim uitium, maiusque est impedimentum prioris, quam posterioris, quia facilius promptiusque est huic, quam illi remedium paratum, nam citius nimis calidum temperari, quam frigidum nimis potest calefieri, & non ita magnum opus est, festinum sistere, ut languidum, & segne in cursum stimulare, illudque solam seminum commixtionem auferit, hoc etiam effusione. Verum utrumque uitium non prius dirimet, quam, si post triennij

a ca. quod se de, de frigid. & malef. cap. puberes, ca. at restationes. ca. continebatur. & c. ex literis de despons. in pub. b in d. c. puberes. c in d. c. puberes. d per. matrimonium. 8. q. 16. e in sextodeci impedim. nu. 6. f Coar. nu. 9. 5. par. 2. capit. g Ange. in d. impedim. 16. nu. 16. h d. c. puberes d. c. de illis. 2. de despons. in pub. in 6. & c. fin. cod. tit. i ca. continebatur. de despons. in pub. ubi Abb. & Praeposit. Hostiensis in d. cap. puberes. Coar. d. c. 5. num. 3. K gl. 20. q. 1. Hieronym. Epistol. i. ad Pit. l In nuptias. de reg. iur. m gl. in cap. nuptiarum. 3. 2. quest. i. Siluest. uer. matrimonium. 8. quest. 16. num. 2.

259 triēnij cohabitationem permanere fuerit deprehensum, † quod si quamuis feminis effusione careret, naturali tamen calore membrum intenderetur, nonnulli matrimonium consistere dixerunt, a alij fecus, sed magis frequentes sunt (vt Siluester ait) qui opinantur, Matrimonium contrahere non posse, & mulierem esse audiendam, si dicat, se matrem effici optare, qua ex doctrina colligi videt, ita demum hoc procedere, si mulier dissolui petat.

260 † Sciendum est tamen, virum peccato non carere, qui se ineptum debito matrimonij reddendo cognoscens Matrimonium contrahit. b

261 Item naturæ vitium esse potest, si quis sit hoc habitu, vt cū muliere iam polluta quidem calere possit, remque vxoriam agere, non tamen virginis claustra valeat penetrare, quo casu ait D. Thomas, licere claustra pudoris aliquo instrumento ex arte medica referari, cum id non delectationis, sed medicinæ causa fiat, & sequitur iam citatus Siluest.

262 In muliere autem naturę impedimentum vix esse, ut ex frigidityte oriri possit, cum pati eam sufficiat, quod non vetat frigiditas, quare nulla, quantumuis decrepita mulier Matrimonium cōtrahere prohibetur, frequentius autem contingit, quia impar sit congressui virili, seu propter claustra, quæ habet nimium arcta, seu quia nimium sit uirile pondus, ita vt pati illud minimè queat mulier, qd, vbi contingit, aiunt cōcedendum esse vtriq; vt equalem sibi consortem adsciscat, eo dimisso, qui nō congruebat, si nullo pacto huiusmodi incongruitas tolli poterat: à quo tamē si reddita sit talis usu, quæ & priorem iam ferre queat, illi ipsi dicunt esse restituendam, ut cum eo per triennium cohabitaret, periculum factura, an æquatus iam sit congressus, quo triennio lapsō, nec tamen ulla accessione reperta, ad secundum redibit cum eo deinceps

c perpetuò moratura, c absurdum est. n. opinari, quod iterum, atque iterum ad priorem debeatur reuerti sapius expertura, quidnam secundi viri vsus ei contraheret, quamuis hæc opinatio nonnullis d hæserit; p † Priorem autem maritum, vt recuperare vxorem alteri iam alluetam possit, eiusdem ferè ætatis, & vale-

a gl. ca. vt hi qui 32. q. 7. l. b. c. 2. de frigid. & malef.

b sil. & Na uar. vbi sup.

c no. in c. fraternitatis. de frigid. & malef. c. sil. vbi f. nu. 3. & 4.

d sil. vbi f.

e no. in d. cap. fraternitatis. vbi glo. Abb. & alij. sil. uer sic. diuortium quest. 19.

f sil. d. ver. diuortiu.

g num. 59.

tudinis, cuius & secundus, oportet esse, quia tunc præsumetur, deceptam fuisse Ecclesiam, cū non minus primo aptam futuram esse eam, quā in secundo fuerit, & per longum usum credatur, quare comperto errore eū remouere decet. x

264 Horum † autem impedimentorum cognitio ex utriusque coniugis attestatione, & iuramento sumitur, adhibito seiprem propinquiorum iuramento, uel victorum ex vtraque parte, qui iurēt, credere se, illos rectum, & verum iurasse, quo peracto impotentem viro præcipitur, ne alium matrimonium contrahat, mulieri autem potestas fiet, alteras nuptias experiendi. At, si vir præcepto nequaquam obtemperans aliud matrimonium inierit, ac cognouerit, periurij delictum incurret, priorique coniugi restituendus erit, nisi illa eum ueluti adulteram, sibi que propterea commisce ri indignum, repellat, ubi fraudis cōscia non fuisset, quia tunc repellere non f possit. r

At, si mulier ita arcta sit, q, nulli succumbere possit, propterea que Matrimoniu stare non posse, declaratum fuerit, viro que data licentia aliam uxorem accipiendi, ipsa autem mulier postea manu medica tectari, & ampliari sibi claustra fecerit, sic vt iam matrimonium apta esset, matrimonium cum primo viro iterum cōtrahendum erit, sub conditione, si primum matrimonium non tenet, vt ait Borgasius in par. sexta tit. de sponsal. o

g Altero autem eorum duntaxat matrimonij dissolutionem petente propter vitium, quod in mariti corpore esse dicatur, quod in mariti corpore esse dicatur, si virium id oculorum inspectione deprehendi possit, vt quia forte genitalibus carere eum asseratur, aliquodve in membris vitium pati, subiectio oculorum id decernet, sin frigiditati adscribatur vitium, quod maritus neget, standum erit ipsius assertioni dicentis, se eā cognouisse, nisi mulier corpore suo probis carisque matribus exhibito, & ostēso, manifestum fecerit, florem eius illibatam esse, præcedente ipsarum matrū iuramento, quo affirmant, se bona fidem scrutaturas, & officio delaturas, quod pariter est seruandum; vbi mulier dicitur nimia arctitudine laborare, siue id ex parte viri, seu ex parte mulieris allegetur.

Quod

Quod, si mulier se cognitam asserat, 268 Quod† si ex coniugib. alter vitij sui nō viro id negante, propriamque sui ipsiusmet frigiditatem causante, mulieri fides adhibenda erit, se cognitam asserenti, cum verisimile non sit, eam se velle pollutam dicere, quæ polluta nō fuerit, plurimum tamen hoc in negotio iudicis arbitrium poterit, qui vtriusque mores prudētē æstimabit, ac turis certè vtriq; consilium erit, quod inspicitur per matres probas, & peritas eo modo, quem diximus supra, neque enim credo, mulieres defuturas, quæ se cognitas affirmarent, quamuis pollutæ non essent, ne matrimonium solueretur, licet hoc persuaderi sibi nō sinat Siluester, Ego quidem hoc ex facto contigisse vidi, nec mirum videri debet, quod huiusmodi cōtingant, tūc præsertim, cum vxor marito inæqualis est, & que talem virum nobilitate, & diuitijs illi parem inuentura non esset propter suam ignobilitatem, & inopiā, aliasue causas potēiores fortè, vt mul tæ existere possunt.

265 Qui verò accidit † casus, impotentesq; coniuges, aut eorum alterum effecit, is si membra ad procreationem apta corruerit, sic, vt sanitatis spes nulla reliqua fiat, non dubium est, quin matrimonium contrahendum impedire, & contractum post talem defectum dirimere possit. † At, si ex cantationibus, artibusq; magicis & demoniacis ortum impedimentum putetur, ij, si post expiatis peccatorum iuxta ritum ecclesię sordes, triennio simul cohabitauerint, & more coniugum sæpe experti fuerint, quidnam in opere coniugali valeant, nec tamen, se quicquam profecisse compererint, adito Præsule ecclesiastico, & restati cum iuramento, se bona fide ad operam thori enilos, sed frustra id fecisse, septemq; propinquorum, vel vicinorum attestacionibus cum iuramento adhibitis, quod ea credūt vera, manumitti poterūt, vt alias nuptias experiantur, videantq; an omnino sic in alijs, vt in istis ineptos se cognoscant.

267 Triēnalem enim cohabitationem post criminum abluionem, & ecclesię decretum ego opinor necessariam, quamvis Siluester cum alijs eam quoq; cohabitationem, quæ præcessit computandam existimet. a

268 Quod† si ex coniugib. alter vitij sui nō inficius, quod nuptias, impedire ac dirimere poterat, vel vitij, quod coniugi impedimento erat, nihilominus illud celans, vel impedimentum cōiugis, negligēs matrimonium contraxerit, non licebit ei à matrimonio, quod semel probauit, altero inuito discedere, sed loco fratris, & sororis sibi inuicè erūt, si tamen is, cui nil impedimento erat, matrimonium aliud postea contraxerit, matrimonium tenebit, quāuis prior rem vxorem maritus alere teneatur. b

269 Si contingat, † ecclesiam deceptam diuortium cōcessisse, post quod alter coniugum religionis votum solenne profectus fuerit, dehinc veritas emerferit, quod nulla diuortij cā verè subellet, annuendum erit ei, qui ad religionem non transijt, si cōtinere se omnino detrectans reddi sibi coniugem petat, coniugalemq; operam exigat, quam reddere ille teneatur quidem, non tamen c exigere potest. c

Alia, quæ ad hanc rem, similesq; questiones pertinent, petenda relinquo ex his, qui materiam hanc per compendia tractarunt.

270 Postremò † sciendum est, contingere interdum, vt matrimonium omni ex parte validum, & ratum dirimatur, q, duobus ferè modis contingit, vel, quia S. Pontifex plena autoritate vtens id dissoluit, vel quia coniuges ipsi vltro ad religionem sese transferunt.

271 Pontifex † quidem Romanus nondum consumatum matrimonium (vt nonnulli putant) soluere, & dirimere ex causa potest, quia dicitur, matrimoniu non nisi copula sequuta coniunctione illam, quæ est inter Christum, & ecclesiam significare, qua ratione ferè omnes inris nostri doctores, atq; etiam nō nulli ex Theologis moti hoc scripserunt, d & quia Alexander Tertius scripsit, quod dominus in euangelio dixit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimittere, intelligendum esse, secundum interpretationem sacri eloqui de his, quorum matrimonium carnali copula est consumatum, sine qua cōfirmari nō pōt, & item, † quia matrimonium vt sacramentum constitutione ecclesię ratificatur, vnde sit, vt alter ex coniugibus, dum

a Sil. ver. diuortium.

b Siluest. uer. matrimoniu. q. 16. nu. 5.

c Sil. uer. diuortium. q. 2. c. exrayner.

d gl. ult. in c. ex publico, de conuer. coniu. vbi Abb. & alij. Anchar. conf. 240. & conf. 377. & con. 410. Præpof. cap. fin. de spo. Auor. Imo. c. si. de transa. Fel. in d. c. quæ in ecclesijs. num. 20. Ioan. Andr. in no. uel. d. c. ex publico. Dec. cō. 112. col. 2. & conf. 603. nu. 17. Siluest. uer. diuortiu. quest. 4.

e d. c. ex pub.

dum alter est superstes, contrahere nõ possit, a quam ecclesiæ constitutione Pontifex Maximus quandoq; auferre ex causa potest, quod & duabus duorũ Patrum sanctorum autoritatibus adiuvari videtur, altera Augustini, altera Leonis, quos & Gratianus meminit.

b Augustinus enim sic ait, a Non est dubium, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua comixtio sexus non docetur fuisse, Leonis autem hæc inscripta verba referuntur, sci licet. c

275 Cum societas nuptiarũ ita à principio sit instituta, vt præter commixtionem sexuum non habeant in se nuptiæ coniunctionis CHRISTY; & ecclesiæ sacramentum, non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur, non fuisse nuptiale ministerium hæcenus quidem Leo, sed Theologis tamen ferè omnibus alia est sententia nempe, vt hanc potestatem Pontifex Maximus non habeat, matrimonium ratum, licet non consumatum commixtionem sexuum dissoluendi, cum eorum sententia, quam & Petrus Lombardus sententiarum magister alijs tradidit, matrimonium etiam ante carnis commixtionem referre coniunctionem CHRISTY, & ecclesiæ, illam, scilicet, coniunctionem, qua Christo per charitatem ecclesia vnitur, non illam, qua per susceptionem carnis capiti membra vnuntur, quare indiuiduam esse aded coniunctionem hanc consequitur, vt nec à summo Pontifice tolli possit, Augustini autem & Leonis dicta sic exaudienda sunt, vt matrimonium non consumatum typus non sit eius coniunctionis, quæ per susceptionem carnis facta est, per quam nostræ naturæ Christus hypostaticè est vnitus, quia & Soto in eodem libro quarto sententiarum, distinctione vigesima sexta, tertio articulo ad finem, non satis certò habet, an prædictus textus, d qui d Augustino tribuitur, ipsius verè Augustini sit, atq; vbi esse ipsius fateri & admittere velimus, non esse eliciendum ex eo hunc sensum, quem alij eliciunt sed voluisse hoc dicere Augustinum, matrimonium ante copulam non esse perfectum perfectione illa, quæ ex operatione sumitur, vel commissio non ac-

a gl. in d. c. ex publ. sil. ubi f.

b c. non est dubium. 27. q. 2.

c c. cum societas. 27. q. 2.

d d. e. non est dubium.

e d. e. cum societas.

f Coar. n. 14

cipitur ab Augustino pro coniunctione carnis, sed pro eo nexu, qui ex mutuo consensu adstringitur, quibus verbis non negat Augustinus, matrimonium esse illud, quod consumatum nõ est, sed concubinatum excludit, eodèq; modo & prædictam Leonis epistolam intelligit, i quam dicit f esse septuagesimam capite quinto, sed Didacus epistolam esse nonagesimam ait, capite tertio ad rusticum, in primo conciliorum, interpretatur enim Soto, Leonem scernere voluisse matrimonium à concubinatu, non autem matrimonium ante copulam carnis à matrimonio consummato, contenditq; ea in epistola, pro verbo (ministerium) quod passim habetur, legendum esse mysterium, id est sacramentum. Quare, cum prædictæ autoritates cessent, meritò est illa sententia amplectenda, quam supra diximus creberrimis Theologorũ calculis probatam, quamuis Caietanus in opere vigesimo septimo questionum, questione vigesima quinta ab hac opinione discesserit, ac Siluester, sed Didacus benè contrariam opinionem confutat, capite septimo paragrafo quarto, partus secundæ epitomes, f & Dominicus Soto libro quarto distinctione vigesima septima, articulo quarto, qui Soto pariter nihil referre, ait, quod Caietanus dixit, ex Antonino Archiepiscopo Florentino, Martinum Quintum, & Eugenium quartum dispensasse super matrimonio rato, quia (inquit) factum Pontifici nõ facit fidei articulum, quia risimile est, eos sequutos opinionem canonistarum, nec legitur, alios Pontifices similem dispensationem fecisse, & tamè verisimile est, tot temporum curricula plures incurrisse, & oblatos fuisse casus, qui dispensationem exposcerent, additq; idem Soto, Adrianum sextum super huiusmodi interpellationem dispensatione, cum diu reluctatus fuisset, Caietaniq; opinionem prædictam reiecit, denictum tandem importunitate respondiisse, se concedere, quod posset, verum credere, se nihil posse, neque hanc opinionem destruit citata Alexandri epistola, nam respondet Soto, eam declarationem ad questionem, quæ tunc mouebatur, satis fecisse, quare de matrimonio non consumato agere nihil oportet

275

f

erat, cum de eo dirimendo ingressu religionis tractaretur; Quanto certius igitur dicendum est, consumatum matrimonium nullo pacto omnia Pontificis Maximi dispensatione auferri posse, quamuis Socinus, & Decius & Gratus clientibus suis assentantes audacius responderint, vel docuerint, in hoc quoque matrimonio dispensari posse, a quos refert loco iam indicato Didacus Coarruuias.

276 Ingressu t autè religionis & professione solenni matrimonium ratum, nedum tamen consumatum solui, non est, quod amplius ambigatur, quandoquidem sacrosancta Synodus Tridentina canone sexto sessionis vigesime quartæ, sanxit, vt, si quis dixerit, matrimonium ratum, non consumatum per solennem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit, quod & canonicis antiquis diffinitum prius fuerat, a

277 quod t quidem ex diuina autoritate, c non ex humana fieri aiunt, c qui ex ipsis igitur in seculo manserit alias nuptias facere poterit, ex quibus et legitimi filij nascuntur, cum existimetur à Deo, non ab homine matrimonium d hoc casu dissolui, d Consumatum tve rò matrimonium nequaquam tolli per votum solenne satis i consensu est, qui cum sequuta fuerit iam carnis commixtio, itaq; alter alteri corpus suum tradiderit, potentior actus hic subsequenti actui professionis preferendus est, quod verum esse dicitur, tamen non volens, sed repugnans, & per vim mulier cognita fuisset, vt multis in id citatis probat

c Didacus. r Sistramen vterq; coniux eodem pariter religionis amore societate mutuo consensu dirimere velint, eis post consumatum etiam matrimonium consentiendum est. f

280 Ordinis autem t sacri causa non licet matrimonium ratum solui, licet nondum consumatum, c neque enim est par ratio religionis, & sacri ordinis, cum monachi instar mortuarum habeantur

h mundo, non sic clerici seculares. r

281 Episcopalis autem dignitatis allumendæ causa an liceat Pontifici Maximo, aliquem à nexu matrimonij liberare, valde anceps, multumque & diu agitata est questio non minus, per Theologos, quam per canonicos, & præter cetera-

ros magna rerum, exemplorumque copia eam versat Nemesiensis Episcopus Paulus Borgasus in dicto titulo de responsibus, & matrimonijs, concludens tandem pluribus rationibus, & argumentis, non minus fas esse Pontifici Maximo non consumato matrimonio potestatem alicui facere, ad episcopatum accedendi, quam ad religionem, vt maius, pinguiusq; sit episcopatus, quam religionis bonum, & quod in plures fundatur, quæ & fuit sententia Hostien. & Ioannis Lupi, Segobien. prioris quidem in summa tituli, de conuersione coniugatorum, posterioris in titulo de matrimonio, sed longè pluribus alia sententia est accepta, nempe, vt nõ debeat propter episcopalem dignitatem accessuram dirimi matrimonium ratum, quod dixerunt, Io. Andrea, Butrijus, Franciscus Arelinus, Paludanus, Florentinus, & Didacus, & Dominicus Soto, & Naqarrus, quorum rationes non refero, nec contrarias confuto, ne prolixior sum, illud certè non præteribo, si huic dispensationi ianua aperta esset, magnum fore Pontificis Maximi negocium, longè enim plures ad episcopatum se transferri dimissa vxore, quam ad angustam religionis obseruationem postularèt. Hoc autem audeo dicere, nonnumquam posse incidere, vt tanta, ac tam euidentis cernatur utilitas, quæ resultare possit ex huiusmodi dispensatione propter magnam viri prudentiam, & sanctitatem, & loci ad quem regendum expetitur, necessitatè, vt Pontif. Max. tunc moueri possit, ac meritò de beat tali indulgèdè licentia, modò ab ipsomet nõ sit procurata, itq; sit casus, cui aliunde vix prouideri possit.

282 Soluitur t etiam matrimonium ad tempus, seu ad finem aliquem contractum, vbi vel tempus illud finitum est, vel finis consequutus iam fuit, cuius gratia matrimonium est celebratum, nam, & si matrimonium perpetuum, & indissolubile sit, nonnumquam sic permitti à Pontifice Maximo diximus, vt tamdiu quis in matrimonio manere possit, quoad prolem susceperit, quod sæpè factum reperitur, puta, si quis princeps, vel magnè nobilitatis vir monachus factus, ne patitur familia suæ nomen extingui impetret, posse ex monachis

a Soc. con. 28. li. i. co. pe. Dec. c. quæ in ecclesiæ col. 5. f. constit. Grat. con. i. num. 3. i. libr. i. Loffred. conf. 50.

b cap. 2. ex publ. de conuer. coniugat.

c d. cap. 2. ubi gl. & d. cap. ex publ.

d ca. scriptis. 27. q. 2.

e Coar. d. c. 7. §. 4. nu. 10. Hostien. in sum.

f de conuer. coniug. §. 6. utriusq; virgo. quid si virgo. Palud. in 4. sentent. dist. 27. q. 3. col. 4. ubi etiam

q. 2.

f c. cum sis. de conuer. coniugat.

g extrauag. antiquæ. de v. 10. Ioann. xxij. gl. c. v. de v. 10. in 6. Coar. d. c. 7. nu. 9.

b gl. d. ca. v. de voto. ver. sacri. ad si.

i Io. A. in c. uni. de voto. in 6. But. in c. ex pa. 2. de conue. coniug. ubi Ar.

con. 59. Palu. in 4. di. 27. q. 3. Flor. part. 3. tit. i. ca. 2. 1.

§. 3. Coar. d. c. 7. §. 4. num. 9.

Soto, in d. dist. 27. q. i. ar. 4.

nachis ad matrimonium ire, & in eo tantisper morari, donec prolis compos effectus fuerit, cuius rei exempla aliqua meminit Martinus Azpilcueta, etiam quae nostra tempestate fuerunt, Paulusq; Borgasius in tractatu, de irregularitate parte sexta, titulo, de sponsalibus, & matrimonijs commemorat ex Paludano, Pontificem Maximum olim concessisse, vt Rex Aragonum, qui erat monachus, causa prolis matrimonium contraheret, item ex chronicis in vita Beati Laurentij Iustiniani refert idem Borgasius, quendam monachum congregationis Cassinensis B. Benedicti ex domo Iustiniana veneta dispensatum à Pontifice Max. fuisse, eò quòd esset solus, vt duceret uxorem propter liberos suscipiendos, quibus susceptis ad religionem rediret, qui post genitos septè filios iam senes ad monasterium est reuersus, vxorq; paritor monialis effecta est, nosque aliud exemplum posuimus supra in titulo, de Regularibus ex Felino.

Hic igitur solis duobus casibus, quos retulimus, matrimonium non cõsumatum, sed ratum solui potest, ita vt, qui in seculo remanet, illi vinculo obstrictus non sit, verùm alij recentu se addicere possint. Quae enim aliae quaedam adducuntur cause ad diuortium, vt viri a

a. uxor seuitia, a. preparatio veneni, a. b. liuae machinatio ad necem coniugis, b. c. furor maximus, c. nefandum contra naturam crimen à coniuge exactum, d. e. hæresis, e. adulterium, v. lepra ad thori separationem, & cohabitationem tantantum scindendam, non etiam ad matrimonij vinculum ipsũ diuidendũ spectant, quare non propterea licebit ei, qui separationem huiusmodi ex causis affectus fuerit, alias nuptias facere, dum coniux viuit.

DE GRADIBVS COGNATIONIS, & AFFINITATIS.
Tit. XIII.

EPITOME.

CVM tradaturus sit auctor de Gradibus cognationis, & de Gradibus affini-

tatis, priore loco Gradus cognationis tradit, eos tribus ordinibus disponens, scilicet, ascendentiũ, descendentiũ, transuersalium, & singulorum ordinũ compendiosa quaedam precepta dat, quibus nominibus singuli ordinum gradus appellentur, quod impedimentum nuptijs praestet, quomodo ad gradus specialia nomina habeant, & nuptias impediãt, & dirimãt, an, & quomodo vsq; ad gradum cognatio recte, vel transuersalis linea iure naturali nuptias impediãt. An quandoq; hæc impedimẽta à S. Põtifice auferri possint, & quomodo, & quibus excausis. Post hæc edocet, computari gradus tam ascendentiũ, quàm descendentiũ, & transuersalium, tam iure Ciuili, quàm Canonico. Quid si Pont. Max. sciens dissimulet, aliquosq; ferat in gradu prohibito coniunctos, an dispensare eos videatur. Affinitatis deinde gradus & genera docet, cum diffinitione, & modo eã contrahendi, & ordinibus ipsius.

SVMMA RERVM.

- 1 Cognatorum ordo triplex.
- 2 Parentes seu ascendentes qui sunt, & quibus nominibus appellantur.
- 3 Supra tritaneum nullum speciale nomen reperitur.
- 4 Coniuncti parentibus ex transuerso appellantur transuersales.
- 5 Descendentes qui dicantur, & quasint eorum nomina specialia.
- 6 Matrimonium prohibetur ascendentiũ cum descendentiũ vsque in infinitum.
- 7 Transuersales qui dicantur.
- 8 Transuersales prohibentur contrahere usque ad quartum gradum.
- 9 Prohibitio inter ascendentes an sit ex iure naturali quocumque in gradu, an tantum in primo.
- 10 Primus gradus in transuersalibus an prohibeat nuptias iure naturali.
- 11 Sara non fuit soror Abrahã, sed neptis ex fratre Lot.
- 12 Papa dispensare potest in secundo gradu transuersalium.
- 13 Raro tamen dispensat.
- 14 In tertio gradu non dispensatur nisi ex magnis causis.

- 15 Nobilitas generis potentior est, quàm nobilitas supplicãtis sola, vel patris eius.
- 16 Nobilitas ex vtroque parente est potentior, quàm ex altero tantum.
- 17 Existentibus gradibus imparibus an dispensatio mentionem facere debeat de vtroque gradu, an sufficiat, si de remotiore.
- 18 Causa legitima proli non spectatur, si proles suscepta fuerit mala fide, vt dispensatio facilitaretur.
- 19 Gradus ascendentiũ & descendentiũ quomodo computentur.
- 20 Gradus transuersalium quomodo computentur.
- 21 Gradus remotior attenditur.
- 22 Transuersalium gradus non efficiuntur, nisi duabus personis de iure canonico.
- 23 Vna quaq; persona adiecta efficit nouum gradum de iure ciuili, & cur ita.
- 24 Duo fratres sunt in primo gradu de iure canonico.
- 25 Linea transuersalis incipit à secundo gradu de iure ciuili.
- 26 Dissimulatio Pontificis Max. an habeatur pro dispensatione.
- 27 Intellectus c. quia circa. de consanguin. & affinitate.
- 28 Prelatus sciens aliquos in matrimonio prohibito non debet eos dissolueret cum scandalo.
- 29 Affinitatis diffinitio ex Io. Andree.
- 30 Affinitas potest simul esse cum consanguinitate & vtrumq; impedire.
- 31 Alia diffinitio ex Coarrruie.
- 32 Affinitas contrahitur ex quocumq; coitu in vase naturali.
- 33 Affines cur dicantur.
- 34 Sponsalia non produciunt impedimentum ante copulam.
- 35 Affinitas habet tres ordines.
- 36 Affines ascendentes qui sunt.
- 37 Affines descendentes qui sunt.
- 38 Affines transuersales qui.
- 39 Affinitatis genus inspicendum est nedũ gradus.
- 40 Affinitas primi generis tantum nuptias prohibet.
- 41 Affinitas ex fornicatione impedit tantũ vsque ad gradum secundum.
- 42 Genus affinitatis quomodo inueniatur.

**AD GEORGIVM TRIVVLTIVM
PERILLVSTREM MED. REGIVM
Senatorem, & Comitem.**



CM tu inter ceteros præcipuè soleas putare, meas nugas aliquo in præcio estimandas esse, nec quicquam libentius facias, quàm eas, vbi occasio id fert, omnibus commendare, statui has quoque tibi legendas offerre, à quibus enim potius, quàm his, quorum aliquod in me studium cognosco, & qui aliquam de me opinionem habere videntur, mea legi cupiam, & quibus accedit, quòd, cum tu de vtriusque curi tam Rom. quàm Mediolan. negocijs optimè sis edoctus, aliorumque Illustr. virorum in conuersatione ostenderit non semel, quãtum iure literis humanioribus, vsque et iudicio præses, vnde & clarissimos tibi, speciososque titulos ex vtraque aula comparasti, hinc sperandum est, non futile iudicium à te de scriptis meis profecturum esse, quod non paruum auctoritatem eis apportaturum sit; Accipies tu igitur hunc, quo totus pentatheucus proximè clauditur, titulum, nam, cum tu amicorum antiquissimus omnium mihi sis, te prudens ad limen, & vestibulum seruaui, vii cum, cuius gratis amplexibus excipi, & cuius manu in domesticos lares duci, iucundisq; sermonibus ab itinere laboribus recreari optem.

a l. iuriscon-
fultus. s. parē
tes. ff. de grad.
cognat.

b c. non debet
de consang. &
affinit.

Iur. s. Pontificij peritum gradus cognato-
rum, & affinium nosse oportet, si vult scire
an matrimonium consistat, an secus.
Cognationis autem gradus sic computan-
tur, & recensentur, namq; in primis
1 sciendum est, cognatorum seu consan-
guineorum alios ascendentes, seu parē-
tes & maiores dici, alios descendentes,
seu liberos, alios vero collaterales seu
2 transuersales; Parentes enim, seu ascē-
dentes, seu maiores dicuntur omnes,
quotquot ante me recta linea vsque ad
primum humani generis parentē Ada-
mum extiterunt, quamvis enim specia-
lia eorum nomina in sexto gradu extin-
3 guantur, nam supra tritaum nomē
a nullum reperitur, & non ideo tamen
sit, quin cognatio inter eos maneat, ma-
trimonium impediens faciendum, fa-
ciendumq; euertens, ad primum parentem
vsque; hi sunt igitur. Pater. Auus, Proa-
uus, Abauus, Atauus, Tritauus, alij ve-
rō superiores certo nomine, non appel-
lantur, quodq; de masculis, idem & de
feminis ascendētib; dictum puta, vz
matre Auia, Proauia, Abauia, Atauia,
4 Tritauia, ¶ Qui verō prædictis coniun-
cti sunt aliquo à recta linea flexu, cuius
modi sunt. Patris, Aui, Abauj, & aliorū
ascendentium frater, vel soror, ac femi-
narum frater, scilicet matris, Auie, &
aliam frater & soror, hi quamvis su-
periore in ordine sint, nō tamen paren-
tum, aut ascendentium nomine censē-
5 tur, sed collaterales, aut transuersales di-
cuntur, quia rectum ascendētis linēæ
cursum deserentes obliquo in loco si-
stunt: de quibus infra; ¶ Descendentū
autem, vel liberorum nomine veniunt
omnes qui ex eodem stipite meo perpe-
tuo filo oriuntur, nec dextram, aut si-
nistram in partem secedunt, quorum
nomina pariter ad sextum vsque ad gra-
dum propria sunt, infra gradum autem
illum, sine proprio, specialiq; cognatio-
6 nis nōe cernuntur: hi sunt filius, Nepos,
Pronepos, Abnepos, Atnepos, Trinepos,
¶ & hi pariter descendentes perpetuam
contrahēdi matrimonij, inuiolabilēq;
7 habent prohibitionem, cum enim dici-
mus, matrimonium cum ascendenti-
bus interdici, vtiq; & cum descenden-
tibus simul prohibitum fatemur, cum
non nisi respectu descendētium ascen-
dentes dicantur, & contra: ¶ Ex trans-

uerso autem, seu ex latere cognati mihi
extranuerso iunguntur, idem & mihi
collaterales sunt: hi sunt frater meus,
& soror mea: Aui, seu auie frater, & so-
ror, omnesq; ab illis fratribus, & soro-
ribus, per quoscumq; & quantumlibet
multiplicatos truncos descendentes, &
separiter omnium supra nominatorū,
& aliorum ascendētium fratres, & so-
rōres, omnesq; ab eis, vt supra fluētēs,
quorum nomina sunt: Patruus, idest
patris frater, amicus, idest fratris, &
ceteri omnes, qui à linea recta desce-
tes veniunt, quos Paulus Iurisc. recen-
set in I. Iurisc. de gradibus cognationū.
8. Inter ¶ hos autem ex latere venientes
cognatos matrimonium vsq; ad quartū
gradum dontaxat prohibetur hodie,
quamuis olim vsq; ad septimum prohi-
bitum, interdicitumq; esset, ¶ Inter ascē-
dentes igitur eo ordine, quo eos recen-
suimus, gradus numerantur, primum
scilicet gradum tribuendo Patri, sextū
tritaum, quemadmodum inter descen-
dentes primum gradum tribuimus fi-
lio, secundum nepoti, tertium pronepo-
ti, quartum abnepoti, quintum atnepo-
9 ti, sextum trinepoti, ¶ Et eam quidem
prohibitionem multi opinantur, quo-
cumq; in gradu ascendētium sint, ex
iure naturali prouenire, nempe Scotus,
Dyandus, Paludanus in quarto senten-
tiarum, distinctione quadagesima, Flo-
rentinus in tertia parte, capite quarto-
decimo tituli primi. §. 2. Siluester, ver-
bo, matrimonium, octauo, quest. 7. Alij
autem, vt S. Thomas, & Caietanus in
dicta quadagesima distinctione, que-
10 stione prima articulo 3. & S. Bonauen-
tura, & Ricardus sentiunt, cum quibus-
dam alijs a Didaco citatis, primum gra-
dum inter ascendentes, & descendē-
tes, idest inter patrem, & filiam, matrē,
& filium dontaxat prohibitum esse iu-
te naturali, ceteros verō diuino iure ad
compescendam libidinem, ¶ Transuer-
salibus autem primū gradum alij pro-
hibitum iure naturali, autumant, alij
contra: nam prohibitum esse iure na-
turali inter primi gradus cognatos ex-
tranuerso venientes idest, inter fratē,
& sororem dixerunt Augustinus libro
decimoquinto capite sextodecimo, de
ciuitate Dei, & libro vigesimo secūdo,
capite quinto supra trecesimum con-

tra factum. Paludanūq; & Florenti-
nus supra citati, & alij, quos citat pro-
batq; Did. c. 6. §. x. par. secun. epitomes,
titulo, de gradibus diuina, vel humana
lege prohibitis, qui etiam nihil obesse
ait, q; legatur, Abramum dixisse vxorē
sororē suam, ipse enim ex autoritate
Augustini libr. xvi. cap. 12. de ciuitate
11 Dei, respondet, Sacram Abramō neprem
ex fratre nempe Lot filiam fuisse, non
sororem germanam, quod & Gratia-
nus ait in principio quest. prim. causæ
35. Quod verō non interdicitum sit iu-
re naturali, scripserunt S. Thomas, &
Caietanus, & Fennandus Loazes ab eo-
dem Didaco citati, cum alijs pluribus,
quorum verior fortasse est sententia.
12 Concludunt autem Doctores, Ponti-
ficem Maximum posse etiam in secundo
a gradu consanguinitatis dispensare, &
hodie ¶ tamen parē admodum hanc
potestatem exercet, exceptis magnis
13 Principibus, ¶ in ceteris verō vix etiam
in tertio gradu, idq; non nisi concilian-
dæ pacis, aut scanda vitandi causa, aut
b prolis iam susceptæ legitimandæ; ¶ aut
magis nobilibus vt mos geratur, qui
15 ex nobili genere sint orti, ¶ plus. n. est,
ex nobili esse ortum genere, q; simpli-
citer nobilem esse, vel ex parentibus no-
c bilibus, c. si quidem generis nobilitas
faciliorem efficit impetrationē, quam
sola implorantis, vel etiam patris nobi-
16 litas, ¶ item preces illius oratur facilio-
res; qui ex vtroque parente genus cla-
rum ducat, quam, qui ex altero tantū:
non tamen immunes hæ concedi solēt
dispensationes, sed certe sportulæ prestā-
17 dæ sunt, quas compositiones vocant. ¶
Sacrosancti Syn. Trid. cap. 9. Sess. 24.
sanxit, vt in contrahendis matrimonijs
vel nulla omnino detur dispensatio, vel
rard, idque ex causa, & gratis concedat,
in secundo autem gradu vt numquam
dispensetur, nisi inter magnos princi-
pes, & ob publicam causam.
¶ Quod, si contingat, aliquos impari
gradu coniunctos esse, vt, quia alter a
stipite gradu tertio, alter quarto distet,
dubitari solet, an de vtroque gradu
in precibus, an de remotiore tantum,
idest quarto, fieri mentio debeat. Silue-
ster enim in verbo, matrimonium, 8. &
Did. c. 6. §. x. par. secun. epitom. aiunt,
satis fore, si de remotiore gradu impe-

trates meminertint, quia is solus remo-
tior gradus impedimentum præstat, ex
Gregorij constitutione, in cap. vlt. de
consanguinitate, hocq; etiam probat
constitutione extrauaganti Clementis,
incip. nuper, nondum typi excussa,
quam & Calderinus, sententiæ eiusdem
auctor citat in consilio primo, de con-
sanguinitate, & affinitate, & Paulus Bor-
galius cōmunicatur; Ait tamen Didac-
cus idem, hæc in specie, dupliciter lite-
ris concedi solere dispensationem, qua-
rum priores literæ dantur super quar-
to gradu, posteriores ad tertium decla-
ratorie, in idque citat Philippum Pro-
bum, ad Rubricam, de cognatione spi-
rituali in 6. Paulus Borgalius verō epi-
scopus Nemosensis in tractatu, de irre-
gularitate par. 2. tit. de desponationis
interpretatione ait, de vtroq; gradu mē-
tionem fieri oportere, atque ita fieri cō-
sueuisse; facilius tñ dispensationem me-
14 reri, vbi quartus gradus tertio adiunctus
ē, sed Pius V. S. M. sanxit, vt in quibus-
cumque dispensationibus, quas pro ma-
trimonijs contractis, aut contrahen-
dis inter viros, aut mulieres in uicē di-
uersis prohibitis gradib; consanguinita-
tis, vel affinitatis, aut mixtis ex com-
muni, seu ab eodem stipite surgentib;
quicumque illi sint, dummodo primū
quoquo modo non attingant, dispen-
satio, vel dispensandi licentia maneat,
gradus remotior attendatur, trahatque
secum propinquior, ac ob id sufficiat,
remotior tantum gradum exprime-
re, obtentis tamen postea super propin-
quiore literis declaratorijs iuxta prædi-
ctas Greg. & Clem. constitutiones, quas
innouauit, quamuis Pius III. olim
statuisset, non remotior tantum, sed
& propinquioris mentionem fieri de-
bere, dispensationesq; seu dispensandi
commissiones, & processus super eis
propter proximioris gradū suppressio-
nem de subreptionis, vel obreptionis
vitio, seu intentionis defectum notari
posse.
18 Addidit supra citatus Didacus, prolis
legitimandæ causam tunc non spectari,
vbi non bona fide suscepta proles fuit
set, ¶ Itē addidit, q; si ante impetratio-
nem matrimonium scientes contraxe-
runt hoc alit, quod sperarent, faciliore
fore in contracto iam matrimonio di-
Kkk spon-

a gl. Abb. &
alij in c. liter.
de rest. spol. &
in c. proposuit
de conce. pra-
bend. Parisius
conf. 56. li. 4.

b c. quia cir-
ca. vbi glo. &
doff. de con-
sanguin.

c Nauar. in p
pugnac. tract.
de reditib.

d Mand. in si-
gn. gratie. uer.
de dispensat.
matrimon.

e c. cum habe-
ret. de eo, qui
dux. vxor. vbi
Hoff. Io. And.
Ab. Prapof.

a Coar. ubi su
pr. Navar. c. si
quando colu.
14. de refer.

b c. si. ubi gl.
de consang. &
affinit.

c c. cum ad se
dem. 35. q. 5.
Pet. in arbove.

d Ab. & Hu-
rr. in cap. cum
iam dudum &
c. nisi. de præ-
ben. & c. quia
circa. de con-
sang. & affin.
Fel. in c. i. col.
6. ver. limita
tripliciter. de
ven. et pa. De.
in c. i. col. i. de
except.

e ca. non debet
eo. tit. de con-
sang. & affin.

f Naua. in c.
si quis autem
nu. 68. & 69.
de pen. dist. 7.

g Coar. par. 2.
epit. c. 6. s. n.
15.

spenlationem, subreptitiam, & irritam
hanc imperationem futuram, nisi ta-
lis fraudis mentio in imperatione fiat,
tamen si mentio facta sit, eos scientes co-
traxisse, ut aiunt Navarrus, & Did. A
At sacros. Syn. Trid. cap. 5. Sess. 24. san-
xit, ut, si quis intra gradus prohibitos
matrimonium scienter contrahere præ-
sumpserit, separetur, & spe dispensatio-
nis consequēde careat, idq; in eo mul-
to magis locum habeat, qui non tunc
matrimonium contrahere, sed etiam
consummare ausus fuerit, quod si igno-
rante id fecerit, solemnitatesq; requisi-
tas neglexerit, eisdem poenis subijcia-
tur.

Computandorum autem, enumerando-
rumq; graduum præcepta hæc in vni-
versum tradi possunt, namq; in sub-
ducendo graduum calculo ascenden-
tium, & descendendum tot gradus cō-
sentur, quot personæ intercedunt vna
dempta, quia stipēs vacat, numerumq;
non auget, veluti, gratia exempli, a me
ad abauum quinque personæ enume-
rantur, ego, Pater, Aulus, Proauus, A-
banus, & tamen quatuor tantum sunt gra-
dus. In transversalibus autem hæc
sit regula generalis, ut collateralium
meorum vnusquisque tot à me gradibus
seiuñctus dicatur, quos gradibus à
stipite is distat ex nobis, qui ab ipso sti-
pitate remotior est, & quare, si ego duo-
bus gradibus stipiti vicinus sim, tuque
ab eodem stipite quatuor gradibus di-
scedas, quarto gradu mihi eris coniun-
ctus, at, si pari gradu vterq; nostrum à
stipite sit remotus, tot cognationis gra-
dus nobis intercedunt, quot gradibus
nostrum vterius ad stipitem ascendit, &
si duas etenim personas vni gradui cō-
currere oportet iure nostro, in transuer-
salibus, & quamquam iure Cæsareo vna
quæque persona adiecta nouum gradum
efficiat, cuius diuersitatis ratio est, quia
iure nostro graduum enumeratio in pri-
mis propter matrimoniales cōiunctio-
nes inuenta est, quæ cōiunctio non ni-
si inter duas personas dari potest, iure
autem Cæsareo ut plurimum ad hære-
ditates, tutelæque deferendas enu-
meratio graduum refertur, quæ quidē
de vna persona ad aliam transire solēt,
nec parum duarum personarum con-
iunctionem exposcunt, c vnde & fiet,

24 q iure nostro duo fratres in primo gra-
du coniuncti erunt, sed civili iure in se-
cundo, quare & Iustinianus in titulo de
gradibus cognationum, & Iuriconsul-
tus in prima lege eiusdem tituli scripse-
runt, lineam, & quæ ex transuerso duci-
tur, a secundo gradu, scilicet, fratris, &
sororis incipere, horum autem collate-
ralium nomina plura in prioribus no-
stris institutionibus sub eodem titulo
vna cum eorum declarationibus pos-
ita fuerunt, vnde ea sumere licet.
25 Quæritur autem solet, vtrum dissimula-
tio Pontificis Maximi scientis, aliquos
in gradu prohibito contraxisse, dispen-
sationis vim habeat, & frequentissimi
quidem iuris nostri interpretes in hoc
conueniunt, vt, si quidem Pontif. Max.
declarauerit verbis, vel scriptis, se illud
factum dissimulare, pro dispensatione
haberi debeat, non tamen ex sola dissi-
mulatione, & coniuentionia, v quo se de-
re duas Innocentij Tertij decretales cō-
ciliant, quarum videbatur contrariæ
inter se, repugnantesq; sententiæ esse,
alteram incipientem, & quia circa, de cō-
sanguinitate, quæ rescripserat, dissimu-
lari posse, vt nobilis quidam remaneret
in copula contracta cum muliere sibi in
quinto consanguinitatis gradu coniun-
cta (nondum enim erat facta concilij
generalis constitutio, qua gradus nup-
tias prohibentes transversalib. ad qua-
tuor sunt restricti) vt graue, quod
imminere ex separatione videbatur, scā-
dalu evitaretur, tamen si falsæ causæ
allegatione, prolis scilicet, quæ tamen
re vera supplicationis tempore iam de-
sierat, dispensatio emanasset, ad quam
decretalem glossa vltima ait, q. ex ea dis-
simulatione ob causam adductam lice-
bat contrahentibus simul esse, quod so-
cus minimè licuisset, altera est decreta-
lis, quæ incipit, cum iam dudum, de fl-
bendis, qua idem Innocentius ait, mul-
ta per patientiam tolerari, quæ, si dedu-
cta in iudicium fuerint, exigente iusti-
tia non debent tolerari.

f Sed Martinus Azpilcueta, & Did. a
eam decretalem incip. quia circa, alio
modo interpretantur, neque enim ad-
mittunt, hanc fuisse Innocentij mentē,
ut decideret, dissimulationem pro di-
spensatione haberi, in eo negotio, nam,
si matrimonium illud dispensatione hu-
iusmodi

iusmodi confirmaro voluisset, iussisset
eodem rescripto, vt matrimonium nu-
per contraherent, quia nouo consensu
opus erat, A opinantur ipsi igitur præ-
dicta & alij rationibus cum Goffredo,
& Adriano, sensum illius constitutionis
fuisse, quod & prælati, qui sciat, ma-
trimonium inter aliquos contractum
non tenere, cum illi sibi persuadeat, va-
lere, ducti errore iuris, qui pro qualita-
te personarum bonam fidem nō exclu-
deret, potest eos æquanimiter ferre, id
est, ad separationem eos non compelle-
re, vbi ex dissolutione matrimonij gra-
ue scandalum immineret, ex quo in-
tellectu nequaquam illa pronuntia-
tio adiuuaretur, quam supra dixi-
mus receptam esse, scilicet Pontificis
Maximi expressam dissimulationē pro
dispensatione haberi, quam pronuntia-
tionem minus aliqui alij canones, vel
cōstitutiones adiuuant, quamuis enim
Pontif. Max. id se dissimulare aperiat,
alij de scribat, vt dissimulet, eos quidē
censetur sine molestia, aut animadu-
ersione relinquere, non tamen, quod ege-
runt, confirmare videtur; obicesq; sum-
mouere, aliud enim videtur esse, dissi-
mulare, quam dispensare, vel confirma-
re, quemadmodum aliud est tacere, vel
non negare, quā confirmare, aut con-
sentire, v sunt enim quidam actus me-
dij. Illud tamen mihi negocium facerit
plurimum, quod, si interpretemur,
Pontificem Maximum hac dissimula-
tione sua, quam expressit, noluisse obi-
ces, qui matrimonium impediebant,
auferre, videretur peccato expresse
consentire, quod, cum in potestate eius
esset, dispensando auferre, credibilis
est, eum sic rescripisse, ne in peccato
deinceps iacere eis necesse esset, quam
rationem rectè sublatā non vidi, quod
aliter tamen crederem, si generaliter,
nulla facti specie oblata sic Pontifex
rescripisset.

29 Affinitas verò (vt Io. Andreae diffiniit)
est personarū proximitas ex coitu pro-
geniens, omni carens parentela, verum
Didacus in capite septimo. §. 7. partis
secundæ Epitomes, animaduertens pos-
se hanc diffinitionem alicui scrupulū
injicere, quasi præsupponat, & nō posse
affinitatem, & consanguinitatem simul
esse, quod tamē falsum est, cum, si quis

ex duabus fororibus sibi cōsanguineis
alteram cognouerit, ad quartum gradum
sibi coniectam, alteram vxorem duce-
re prohibetur non propter impedimē-
tum consanguinitatis tantum, sed &
propter impedimētū affinitatis, quare
& dispensatione vtrumq; impedimē-
tum sublatum oportet, c hinc est
quod, ne huiusmodi hæsitatio aliquem
in prædicta diffinitione moretur, ipse
hoc modo diffiniuit, scilicet. Affinitas
est proximitas personarum ex coitu de-
ducta, atque (ut aliàs diximus) qua-
liscumque is coitus sit (modò in na-
se naturali) etiā illegitimus, etiam co-
actus, & cum dormiente, hanc tamen
affinitatem parit, qua vtriusq; ex coe-
tibus cognati sic copulantur, quod
nuptiæ inter eos uerite sunt, ideoque
dicuntur affines, ut ait Iuricons. quia
duæ cognationes diuersæ, quasi in eun-
dem finem, & cōiunctionem eunt, v
quare dictum est, & ex sponsalibus de
futuro, imò, et de præsentī, ante copu-
lam, carnis affinitatem nullā oriri, quā-
uis publicæ honestatis iustitia hinc na-
scatur, & et quamuis aliàs dixerimus,
posse interdum & affinitatem cum pā-
blice honestatis iustitia cōiunctam
esse: Quisquis igitur tibi sanguine
coniunctus est, is affinis erit illi, cum
quæ tibi carnis cōiunctio interces-
serit, ac e contra, vos autem ambo, qui
sic coijctis, affines non estis, sed affinita-
tis caput, & origo.

35 Affinitas & ipsa tres ordines habet,
quemadmodum & cognatio, vel con-
sanguinitas, v. z. Ascendentium, de-
scendentium, & transversalium, & Ascē-
dentium affinium nomina sunt inter
cetera: focer, focrus, id est mariti vel
vxoris pater, mater, vitricus id est præ-
sens matris mæx, qui tamen me non
genuit, Nouerca, id est, præsens
patris mæx vxor, quæ me non peperit,
aliorum autem affinium nomina ascen-
dentium, vel adiectione præpositionis
pro, distinguitur, vt prolocer, & similia,
vel eadē, quæ, & consanguineorū sunt.
Descendentes & affines sunt, veluti ge-
ner, id est filix mariti, nurus, id est filij
vxor, priuignus, vel priuigna, id est, vxor
ris, vel mariti ex alia vxore, alioque ma-
rito filius, filia, & alij, qui vteriores
sunt, præpositioe predicta distincti, vt
Kkk 2 pro.

24 q iure nostro duo fratres in primo gra-
du coniuncti erunt, sed civili iure in se-
cundo, quare & Iustinianus in titulo de
gradibus cognationum, & Iuriconsul-
tus in prima lege eiusdem tituli scripse-
runt, lineam, & quæ ex transuerso duci-
tur, a secundo gradu, scilicet, fratris, &
sororis incipere, horum autem collate-
ralium nomina plura in prioribus no-
stris institutionibus sub eodem titulo
vna cum eorum declarationibus pos-
ita fuerunt, vnde ea sumere licet.
25 Quæritur autem solet, vtrum dissimula-
tio Pontificis Maximi scientis, aliquos
in gradu prohibito contraxisse, dispen-
sationis vim habeat, & frequentissimi
quidem iuris nostri interpretes in hoc
conueniunt, vt, si quidem Pontif. Max.
declarauerit verbis, vel scriptis, se illud
factum dissimulare, pro dispensatione
haberi debeat, non tamen ex sola dissi-
mulatione, & coniuentionia, v quo se de-
re duas Innocentij Tertij decretales cō-
ciliant, quarum videbatur contrariæ
inter se, repugnantesq; sententiæ esse,
alteram incipientem, & quia circa, de cō-
sanguinitate, quæ rescripserat, dissimu-
lari posse, vt nobilis quidam remaneret
in copula contracta cum muliere sibi in
quinto consanguinitatis gradu coniun-
cta (nondum enim erat facta concilij
generalis constitutio, qua gradus nup-
tias prohibentes transversalib. ad qua-
tuor sunt restricti) vt graue, quod
imminere ex separatione videbatur, scā-
dalu evitaretur, tamen si falsæ causæ
allegatione, prolis scilicet, quæ tamen
re vera supplicationis tempore iam de-
sierat, dispensatio emanasset, ad quam
decretalem glossa vltima ait, q. ex ea dis-
simulatione ob causam adductam lice-
bat contrahentibus simul esse, quod so-
cus minimè licuisset, altera est decreta-
lis, quæ incipit, cum iam dudum, de fl-
bendis, qua idem Innocentius ait, mul-
ta per patientiam tolerari, quæ, si dedu-
cta in iudicium fuerint, exigente iusti-
tia non debent tolerari.

f Sed Martinus Azpilcueta, & Did. a
eam decretalem incip. quia circa, alio
modo interpretantur, neque enim ad-
mittunt, hanc fuisse Innocentij mentē,
ut decideret, dissimulationem pro di-
spensatione haberi, in eo negotio, nam,
si matrimonium illud dispensatione hu-
iusmodi

a ca. i. ubi gl.
de eo, qui dux.
in mari. quā
pol.
b re. qui tacet
gl. c. super eo.
de cogna. spir.
uer. nec contra
dicere.
c glo. & Præ-
posit. in arbove
affinit.
d l. non facile
§. affines ff. de
grad.
e Ab. & Præ-
posit. in c. spon-
sam. de spon-
sam. de spon-
sam. ver. matvi
monij. §. 8. s. 1.
Coar. ubi sup.

a c. infames §. 38
affinitates 3.
quos. 7. ubi gl.
ver. proposito.

b. c. quod aut
35. q. 6.

progener, promuris, id est, neptis ex filio maritus, nepotis ex filio vxor. A
38 Tranſuerſales, ſi ſunt collaterales ſunt affines marito, qui vxori iuncti ſunt ex linea tranſuerſa, quemadmodum & vxori affines ſunt, quos cum marito idem conſanguinitatis vinculum ex tranſuerſo iungit. Eorum autem affinium, qui iuſtis nuptis ſunt, hæc ſerè nomina reperiuntur, v. z. Leuir, qui eſt frater mariti. Sororius, qui eſt vir ſororis, glos. quæ eſt ſoror mariti, fratruſca, quæ eſt vxor fratris. ſantrices, ſeu inateres, quæ duorum fratrum vxores, n alij ſpecialia nomina affinitatis non habent, ſed alio nomine appellari ſolent, quo nomine, vel gradu conſanguinitatis ab eo appellantur, qui affinitatis cauſa eſt, nam, qui vxori meæ patruelis, vel patruus eſt, idem et mihi patruus, aut patruelis erit, & de ſimilibus.
